This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

G271.3
F847t
1906

2 G271.39 F847T 1906 LAC
2

LIBRARY
OF
THE UNIVERSITY OF TEXAS

THE GENARO GARCÍA
COLLECTION



S. FRANCISCI ASSISIENSIS

VITA ET MIRACULA

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi O. P.,
S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Josephus Ceppetelli Patriarca Constantin.,
Vicesgerens.

Praesentium virtute libenter annuimus ut opus cui titulus: « S. Francisci Assisiensis vita et miracula, additis opusculis liturgicis, auctore Fr. Thoma de Celano » ab adm. Rev. P. Eduardo Alenconiensi, Ordinis nostri Archivista generali, denuo editum ac ad fidem MSS. recensitum, publici iuris fieri possit.

Romae, ad S. Laurentii Br., die 25 Decembris 1905.

F. Bernardus ab Andermatt,
min. generalis o. m. cap.

S. Francisci Assisiensis

VITA ET MIRACULA

ADDITIS OPUSCULIS LITURGICIS

AUCTORE

Fr. Thoma de Celano

HANC EDITIONEM NOVAM AD FIDEM MSS. RECENSUIT

P. EDUARDUS ALENCONIENSIS

ORD. FR. MIN. CAP.

LIBRARY
UNIV OF TEXAS

ROMAE

DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

S. SEDIS APOSTOLICAE ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI

Platea Grazioli, in aedibus Doriae

—

1906

206117

LECTORI BENEVOLO

Pacem!

Quum, albescente vix saeculo, pollicebar me paucos infra menses novam Legendarum B. Thomae de Celano editionem evulgaturum, ne somniare quidem valuissem integrum prius elapsum iri lustrum quam praenuntiatum proderet opus. Ita tamen reapse fuit.

Ne quaeras, amabo, Lector humanissime, tantae procrastinationis causas. Quod potui feci. Culpa, si culpa fuerit, mea suis non caret hiisque fundatissimis excusationibus. Iam enim accuratus prioris Legendae textus praelo paratus erat, quum unum alterumque codicem adhucdum in Germaniae partibus latitare resciverim. Ambos evolvere, seduloque

rimari examine, statim in votis adfuisse nullus, nisi studiorum historicorum ieiunus, demirabitur. Unum porro e dictis codicibus absque mora prae manibus habui; alterum Vaticanae Bibliothecae transmissum, feriarum tempore, serius novi. Inde unus ferme effluxit annus quin textum, forte magis ac magis perpoliendum, typographo traderetur.

Postea vero!... Sed absit ut hac in die, qua melliflui facti sunt caeli, cuipiam memet velim praebere amarum, qui libentius cum amanuensi codicis Massiliensis exclamare peropto:

Finito libro sit laus et gloria Christo!

Non te plus aequo moveat, Lector optime, quod nullam reperias in Prolegomenis mentionem commentariorum non ita pridem editorum. Haec haud ignoro, pariterque perspicio deductiones in hocce meo qualicumque labore propugnatas, praelaudatorum eruditorum consonis opinationibus valde confirmari; quas tamen in medium proferre supervacaneum existimavi. Sane, quae scripsi Prolegomena

nullatenus hiis qui iurant in verbo magistri, sed illis qui, posthabitis opinionibus praeiudicatis, quaestiones historicas propriis non alienis ocellis perscrutantur, volui dedicata.

Caeterum opinionum momenta delet dies: *nec desunt qui, heri fucatis neo-critices cavillationibus indulgentes, Thomae de Celano fidem fere denegabant, quique hodie, detectis huius critices cerebrosis assertionibus, eumdem Hagiographum principem ac veluti praecentorem in historia franciscana conclamant. Et re quidem vera, dempto Celanensi, nullum perstat amplius de re franciscali certitudinis fundamentum, et ut verbis Apostoli utar, sicut parvuli fluctuantes circumferimur omni vento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris.*

Quotquot Assisinatis Legiferi genuinae historiae penitius incumbere percupiunt, sedulo caveant oportet ne Celanensis opera perfunctorie tantum et incuriose evolvant; sed e contra repetita et acuta perscrutatione meditentur. In hac certe meditatione exardescet ignis, quo mirifice collustrabitur non vir illustris,

non gloriosus heros, sed Sanctus ille admirabilis, Christi signifer, de quo Vates Italus, prae summo mentis acumine et filiali veneratione meritissime scripsit:

la cui mirabil vita
Meglio in gloria del ciel si canterebbe.

Romae, in "Festo festorum" die Natali Domini, 1905.

PROLEGOMENA

CAPUT I.

De fratre Thoma a Celano.

I. *De patria fr. Thomae.* — Aprutinis in partibus duo sunt oppida quorum nomen vulgare idem fere sonat et quae, licet non recte, eodem latino vocabulo fuere donata, videlicet *Celano* in dioecesi Marsicana et *Cellino* in episcopatu Pennensi.[1] De quonam vero eorum locorum fuerit oriundus noster Thomas, a saeculo XVII inter scriptores orta est quaestio. Qui de historia et de viris illustribus Marsorum scripserunt illum in *Celano* ortum habuisse volunt,[2] alii quidam eum a *Cellino* dicunt, vel quia ibi habuit ortum, vel quia e Penna oriundus hoc in loco fuit in ordinem Fratrum Minorum cooptatus.[3]

Antiquiores rerum franciscalium scriptores certo primae favent opinioni, ita fr. Salimbene Parmensis, a quo dicitur Thomas de Cellano.[4] Iordanus a Iano, qui eum noverat, scribit de Zelano[5] et in Chronicis anonymis fratrum minorum Germaniae legitur Thomas de Zelchio vel Celano.[6]

(1) Hodie *Cellino Attanasio.*

(2) Inter quos Febonio et Corsignani quorum opera postea citantur.

(3) Toppi, et ultimo P. Baiocco, de quibus infra dicam, et alii.

(4) *Chronica fratris Salimbene Parmensis O. M.* Parma, 1857, p. 68. - Auctor adhuc scribebat anno 1288.

(5) *Chronica fratris Iordani a Iano ord. Fr. Min.*, ap. *Analecta Franciscana*, tom. I, Ad Claras Aquas, 1885, p. 8, n. 2. - Scripta sunt anno 1262.

(6) In eodem tomo *Analectorum*, p. 281. - Illa Chronica multa repetunt, fere ad verbum, quae leguntur in opere Fr. Iordani. Idem dicendum de *Chronicis fratris Nicolai Glassberger*, ibid., tom. II, 1887.

Secundam vero aperte tuetur Bartholomaeus Pisanus, quem et suspicor eidem originem dedisse. In primo *Conformitatum* libro, fructu XI, enumerans loca fratrum in Provincia Pennensi distinguit locum Celani, *Cellino*, in custodia Pennensi et locum Selani, *Celano*, in custodia Marsicana, et in primo natalitia sortitum esse fr. Thomam asserit. En illius verba: « Provincia Pennensis sex habet custodias:... Custodia Pennensis habet locum... Celani de quo fuit frater Thomas, qui mandato apostolico scripsit sermone polito legendam primam beati Francisci...; Custodia Marsicana habet locum... Selani ».[1] Quaenam vero fides adhibenda sit Pisano? Nulla, respondeo nihil haesitans; nam ex eo quod ei libuerit nomen Celanum dare oppido semper in documentis synchronis Cellinum dicto,[2] nullo modo sequitur Thomam ex hoc loco fuisse oriundum vel denominatum. Frater Thomas ab omnibus dictus fuit de Celano: quare dum adhuc hodie exstat oppidum hoc nomine designatum, quod scriptoribus saeculi XIII non erat ignotum et cuius meminit ipse Thomas, hoc vocabulo significatum velle aliud oppidum nullo tempore ita nomina-

(1) In edit. Mediolan. 1513, fol. 110, 3; Bonon. 1590, fol. 156, 3-4.

(2) « Nella Cronaca Casauriense negli anni 998 e 999 si trovano registrate molte terre abruzzesi, le quali ora hanno lo stesso nome di allora. Fra queste vi è Cellino. Inoltre abbiamo un diploma di Carlo d'Angiò del 5 settembre 1273, 2ª indiz., nel quale è riportato il nome di Cellino ». Ita Canonicus Iacobus BARBATI Celanensis in opusculo *Tommaso da Celano e le sue opere*, Casalbordino, 1894, qui citat FARAGLIA: *Saggio di Corografia Abruzzese medioevale*. Attamen pro veritate confiteor me *Chronicon Casauriense*, (MURATORI, *Rerum Ital. Scriptor.* II, p. II, col. 767-1018) semel atque iterum exploravisse, quin nomen Cellini invenirem; sub annis 998, 999, nullum instrumentum habetur in variis editionibus quas diligenter inspexi. Hiis documentis addere est tum instrumentum erectionis Episcopatus Adriensis, kal. apr. 1251, in quo nominantur ecclesiae adiicientes huiusmodi domanio, inter quas « Sanctae Mariae in Musano de *Cellino* » (UGHELLI, *Italia sacra*, tom. I, c. 1140, Venetiis, 1717), tum Bulla Clementis IV, 1 apr. 1345, qua indulget « guardiano et fratribus ordinis Minorum castri de Cellino Pennen. dioecesis » ut locum « in castro Cellini » in alia parte transferre possint. *Bullarium Franciscanum*, tom. V, p. 158, num. 307, Romae, 1902. – Pisanus scribebat librum Conformitatum ann. 1385-1399. Ergo eius tempore *Cellino* latine dicebatur Cellinum, non autem Celanum.

tum? Erravit Pisanus et error illius facile potest admitti. Sciebat Thomam e Celano in provincia Pennensi oriundum; catalogum nomina locorum mendose referentem prae manibus habebat, quem describendo quando ei occurrit Celanum, deceptus addidit verba superius relata: « de quo fuit fr. Thomas ». Haec opinio eo magis confirmatur: 1° quod Pisanus vocabulo inusitato, Selanum videlicet, designat locum *Celano*;[1] 2° quod si illi fides adhiberetur Cellini evenisse dicendum foret mortem illius militis qui beatum Franciscum receperat hospitio, dum ipse Thomas scribit Celani illud successisse factum (vid. p. 367). Aliunde vero certum est praedictum Thomam, quum de Celano loquitur, hoc vocabulo designare oppidum prope lacum Fucinum; nam in Legenda secunda referens quomodo S. Franciscus Celani cuidam vetulae pauperi dederit mantellum, addit « cum esset in palatio episcopi Marsicani »,[2] et sic omnis aequivocatio tollitur (vid. p. 235, cap. LIII). Insuper alium burgum pariter Celanum dictum nominans, ne confusio oriatur, adiungit « in provincia Capitinatae »[3] (vid. p. 375: 1).

(1) Paulinus Puteolanus (ob. 1344) in suo *Provinciali ordinis fratrum Minorum* scribit pariter Sellanum ad significandum *Celano*, in custodia Marsicana, sed omittit locum Cellini in custodia Pennensi, cuius tempus fundationis ignoratur (Marcellino CERVONE da Lanciano, *Compendio di storia dei Frati-Minori nei tre Abruzzi*, Lanciano, 1893) sed qui tamen, quum scriberet Paulinus, iam exstitisse videtur ex Bulla citata. *Provinciale* Paulini, a Waddingo in Annalibus ad ann. 1399-1400 usurpatum, primo edidit Franc. Ant. RIGHINI, Romae, 1771, deinde P. Conradus EUBEL, min. conv., Ad Claras Aquas, 1892, et iterum in citato tomo V Bullarii Franciscani.

(2) Episcopus Marsicanus sedem fixam habuisse Celani non videtur, attamen ante eversionem castri (1222) ibidem domicilium retinere potuit apud castellum Comitis de Celano. Ab ann. 1195 ecclesiam Marsicanam regebat Ingeramus; anno 1230 invenitur Ioannes. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, Monasterii, 1898.

(3) In antiqua divisione Ordinis Capitinata erat una e Custodiis provinciae Sancti Angeli; nullus vero locus hac in regione hodie invenio qui Celanum vocetur. Habetur quidem in antiqua provincia minoritica Apuliae, et in Custodia Brundusina, locus vulgo dictus *Cellino San Marco*. Quum autem inter custodiam Capitinatae et custodiam Brundusinam

Qui Thomam e Cellino denominatum volunt argumentum desumunt ex orthographia vocabuli apud Salimbene, qui scribit Cellanum. Sed duplicatio consonantis L vocem non immutat, sicut non immutatur usu diphtongi *ae*, et quovis modo scribatur, Caelanum, Cellanum et etiam Selanum, semper idem sonat, quod dici nequit de voce Cellino. Unde ad hanc suppositionem fulciendam non ad monumenta certa recurrunt, sed ad traditionem localem, monumentis destructis confirmatam, vel instrumentis apocryphis uti sunt illa ad quae devenio.(1)

Non solum enim fr. Thomam conterraneum contendunt, sed etiam asserunt eum a stirpe Castelleonum (Castiglione) fuisse genitum, et illud probatum putant quodam documento, labente saeculo XVI conficto, quod historiae ita contradicit ut nullam mereatur fidem, et cuius auctor ingenue fatetur se illud assumpsisse ab antiquis scripturis et praecipue ex quodam instrumento quod tunc non amplius inveniebatur, sed quod legerat, et memoriae mandaverat.(2) Vere qui talibus contenti sunt, critici sensus sese ieiunos demonstrant.

tota iaceat Apulia, Burgum Celani in Capitinata significare locum *Cellino San Marco* in regione Brundusina, proferre non auderem. Non inde tamen sequeretur *Cellino* in custodia Pennensi legitime latine verti Celanum, originem enim vocabuli repetunt a Sileno Bacchi nutritio.

(1) Cf. *Cronaca serafica ovvero ricerche storiche su la venuta di S. Francesco di Assisi in Penne*, pel P. Costantino Baiocco di Caporciano, min. riformato, Napoli, 1876. Inter alia dicit P. Baiocco: « Che poi cotesta antica denominazione del paese Cellino sia vera, ne fanno indubia pruova alcuni avanzi di epigrafi che sopravivevano ancora nel principiare del volgente secolo (XIX) su preziosi cimelii di tavole pitturate (sgraziatamente ORA PERITE) ove colla dizione latina *Cellanus*, significavasi il moderno e purgato *Cellinus* o *Cellino* », quam assertionem confirmat solummodo dicens hanc traditionem habuisse in Cellino: « Notiz. raccol. in Cellino ». - Toppi, *Biblioteca Napoletana*, Napoli, 1678, simpliciter affirmat: « Tomaso de Cellino (e non da Celano) » et vult emendatam « quella particola *de Celano* », p. 295.

(2) Duo apographa parum inter se diversa huius instrumenti asservari dicit P. Baiocco in domo Castelleonum, quae per extensum referre longius foret, sed quorum partem, quae ad rem attinet, verbotenus praebeo: « Pater Franciscus A. D. 1222 in his partibus ductus ad conciliandos et pacandos Dominos Pallearae Castelleones (*al.* patronos Pallae

Cautius et sanius loquuntur Celanenses, qui documenta conficta non invocant; sed solum referunt in eorum terra vagam haberi traditionem, iuxta quam Thomas noster originem traxerit e quadam familia *Barbone* adhuc exstante.[1]

II. *De eius ingressu in Ordinem Minorum et gestis.* — Quidquid sit de patria et stirpe fr. Thomae, communiter admittitur eum Ordini Minorum fuisse aggregatum circa annum 1214 vel 1215, post reditum S. Francisci ab Hispania. De seipso enim loquitur cum exclamat: « Sed bonus Deus cui mei et multorum sola bonitate placuit recordari. Cum iam ivisset (B. Franciscus) usque in Hispaniam, in faciem ei restitit, et ne ultra procederet, aegritudine intentata, eum a coepto itinere revocavit. Revertente quoque ipso ad ecclesiam Sanctae Mariae de Portiuncula, tempore non multo post, quidam litterati viri

aureae Castelleonei) et Palmerios litigantes sylvas gallicas (*al.* gallicias) bona feudalia praedictarum familiarum, cum conventione et pacto conciliatos ut singuli praedicta bona Ecclesiis donarent... Valesius Castelleonus (donavit) Ecclesiae Sanctae Annuntiationis erectae in sua parte feudali, et in hoc loco beatus Franciscus fundavit locum pro suis fratribus. Praedictus Valesius Castelleonus tanto amore accensus erat in B. Franciscum (*al.* in Patre Francisco) ut non solum locum hunc sed etiam proprium filium donavit, nuncupatum Pompeum, qui suscepto habitu religionis ita vita et doctrina splenduit, quod Summus Pontifex Romanus mandavit facere Sequentiam pro mortuis... Praedictus Pompeus, in fonte baptismali sic vocatus, in religione Thomas de Celano (*al.* Cellano) sic antiquitus dictus Cellinus, in quo loco habitum religionis suscepit... Haec accepi et assumpsi ab antiquis scripturis et praecipue ex quodam Instrumento inito a Patre Francisco cum Domino Valesio Castelleoneo, quod servabatur apud Magistrum Petrum Paulum Taurum ab Insula, sed modo non invenitur, ego praedictam scripturam vidi, legi et memoriae mandavi ut supra... ». Porro, ut infra dicetur, non Cellini Thomas habitum suscepit, sed apud ecclesiam Sanctae Mariae de Portiuncula, ut ipse testatur, et illud non evenit anno 1222, cum eo tempore constet eum fuisse Custodem in Theutonia. Istiusmodi documenti primum apographum scriptum fuit die 20 novembris 1598 et secundum iisdem temporibus; nam si in primo citatur opus Rodulphii Tossinianensis, anno 1586 editum, in secundo citatur *Liber Conformitatum*, iuxta editionem quae Bononiae prodiit anno 1590.

(1) Barbati, *op. cit.*, p. 5: « Una vaga tradizione in Celano dice che Tommaso abbia avuto origine dalla famiglia Barbone, tuttora esistente ».

et quidam nobiles ei gratissime adhaeserunt. Quos ipse, ut erat animo nobilissimus et discretus, honorifice atque digne pertractans, quod suum erat unicuique piissime impendebat. Revera discretione praecipua praeditus considerabat prudenter in omnibus cunctorum graduum dignitatem ».[1] Unum ex hiis litteratis viris fuisse Thomam quasi certum videtur, opera enim illius probant studia quibus incubuerat antequam Ordinem intraret et iam, forsitan, erat sacerdos. Quod autem fuerit ex nobilibus,[2] quos distinguit a litteratis, non constat, sed illius inter Minores aggregationem clare demonstrat exclamatio: « Bonus Deus cui mei... placuit recordari », et quam dulciter eum commoverit benigna receptio Seraphici Patris adiuncta verba testantur.

Si hanc exceperis, nullam de se ipso mentionem facit Thomas in Legenda I^a. Verosimiliter factum proprium refert in II^a quando narrat quomodo S. Franciscus Bononiam propinquans audivit « fratrum domum noviter ibi esse constructam ». Commotus hoc vocabulo « domus fratrum » quod aliquid proprietatis insonabat, paupertatis zelator sanctus « mandat fratribus domum festinanter exire. Propter quod, relicta domo, etiam infirmi non remanent, sed eiiciuntur cum aliis ». Narrationem concludit: « Testimonium perhibet et scribit haec ille qui tunc de domo aegrotus eiectus fuit ».[3]

(1) *Leg. I*, p. I, cap. XX, p. 58.

(2) Quidam eum coniiciunt e familia Comitum de Celano, sed nullo modo probatur.

(3) *Leg. II*, p. II, cap. XXVIII, p. 215. SABATIER, *Speculum perfectionis seu S. Francisci Ass. Legenda antiquissima* (Paris, 1898), p. LXIV et ibid. not. 3, contendit hunc infirmum fuisse fr. Leonem, sed unicum illius argumentum est assertio vel suppositio maioris antiquitatis Speculi, quale illud edidit, quam Legendae II. Sed non omnes admittunt Speculum a docto viro editum vetustate praestare Legendae in omnibus partibus, et etiam plures illud volunt Legenda posterius. Insuper Thomas de Celano loquitur in forma praesenti: « Testimonium perhibet et scribit haec ille qui tunc eiectus fuit », dum in Speculo, cap. VI, p. 16, formam praeteritam usurpat compilator: « Et frater exsistens infirmus, qui de ea domo tunc fuit eiectus, testimonium perhibet de hiis et scripsit hoc » Huic interpretationi obiici potest eamdem quasi formam bis in Speculo inveniri: « Qui scripsit haec vidit hoc multoties et testimonium perhibet

Quidam etiam coniiciunt Thomam de seipso loqui pariter in Leg. II[a], memorans quomodo post obitum B. Franciscus cuidam sociorum praedicationibus aliquando intendenti apparuerit, et ipsi viam simplicitatis incedere iusserit. Et illud probare volunt ex verbis quae sequuntur: « Testis sibi est Deus tantam post visionem hanc sensisse dulcedinem ut pluribus diebus rorificum patris alloquium suis videretur auribus praesentialiter instillari ». (1) Talis coniectura non destituitur probabilitate. Forsan etiam ipse est ille frater spiritualis de custodia Marsicana, qui gravibus tentationibus vexatus, cupiebat aliquid de unguibus sancti Francisci habere ut a tentatione liberaretur (vid. p. 201, cap. XIII), attamen cum hunc fratrem dicat « spiritualem » instare non auderem. Ad certa redeamus.

Si de se ipso non loquutus est Thomas, nomen illius invenitur in Chronicis quae supra memoravi. Etenim huius obedientiae, quam summam dicebat S. Franciscus, (2) assequendi meriti ductus desiderio, unus fuit ex eis fratribus qui anno 1221 in Capitulo apud Sanctam Mariam de Portiuncula congregato, sese ad eundum in Theutoniam obtulerunt, quod tunc reputabatur idem esse ac ad martyrium depu-

de hiis », cap. XXII, p. 45; « Qui vidit hoc scripsit et testimonium perhibet de hiis », cap. LVIII, p 107. Attamen quaedam intercedit diversitas, nam in primo loco compilator Speculi in testimonium vocat fratrem tunc eiectum e domo, dum in aliis duobus de semetipso loquitur. Aliunde data non concessa prioritate Speculi, peti potest: Cur fr. Thomas hoc in loco tantum hanc formam servavit quae saepius et diversimode invenitur in Speculo? Nisi quia de se ipso loquebatur? Addam: in redactione Speculi, quam edidit P. Leonardus Lemmens, quae antiquior est quam illa edita a Sabatier, illud factum de domo Bononiensi non legitur (*Monumenta antiqua Franciscana*, II, Speculum perfectionis, Redactio I. Ad Claras Aquas, 1901). Unde concludendum existimo Thomam de Celano fuisse hunc fratrem infirmum.

(1) P. II, cap. CXLVII, p. 316: 18. Ita RINALDI in editione Legendarum fr. Thomae, p. x.

(2) « Summam vero... illam esse credebat qua divina inspiratione inter infideles itur, sive ob proximorum lucrum, sive ob martyrii desiderium. Hanc petere multum Deo iudicabat acceptum ». *Leg. II*, p. II, cap. CXII, De tribus obedientiis, p. 284: 21.

tari. [1] Eis enim qui zelo Dei et animarum ire volebant, eamdem obedientiam, imo ampliorem dabat S. Franciscus, quam euntibus ultra mare apud Saracenos. Cum Caesario Spirensi, ministro in hiis partibus constituto, ivit ergo Thomas de Celano aliique plures, videlicet 12 clerici et 13 laici. Tridenti insimul convenerunt circa festum S. Michaelis (29 sept.) et inde per Bulsanum, Brixinum, Sterzingam iter facientes, Augustae iterum coadunati sunt circa festum B. Galli (16 oct.); et tunc fratres suos ad diversas Theutoniae regiones destinavit Caesarius.

Quo fuerit missus Thomas non referunt Chronica, sed illum fuisse inter praecipuos fratres huiusce primae missionis clare perspicitur; nam anno sequenti 1222, convocatis fratribus ad capitulum in Wormatia, Caesarius eum instituit custodem conventuum Moguntinensis, Wormatiensis et Coloniensis. Instante vero Capitulo generali Ordinis, celebrando apud Sanctam Mariam de Portiuncula, et non tam taedio quam beatum Franciscum visendi caeterorumque fratrum vallis Spoletanae desiderio captus, Caesarius cum uno socio versus Italiam iter arripuit, instituto vicario Thoma tunc unico custode. Ministerio absolutus fuit Caesarius et loco ipsius destinatus est Albertus de Pisis (1223), qui cum in Theutonia pervenisset, convocatis senioribus, fratre videlicet Iohanne de Plano Carpinis et fratre Thoma, vicario et custode aliisque nonnullis, egit capitulum Spirae, iuxta murum apud leprosos, in nativitate beatae Virginis. Hoc in capitulo Thomas videtur absolutum fuisse a munere custodis et nomen illius non amplius comparet in Chronicis; unde arguunt plures quod tunc in Italiam sit reversus. [2]

(1) Nisi prolixior quam ut heic inseratur referenda esset ingenua narratio Iordani a Iano, tam de timore quem illi incutiebat solum nomen Theutonicorum, quam de curiositate qua ductus ut cognosceret quos iam martyres aestimabat cum eis se iungens obedientia ad Theutoniam fuit destinatus. Apud illas gentes quarum furorem timuerat, per quadraginta annos pacifice perseverans, anno 1262, senex et debilis, memoriale gestorum in hac missione dictavit, quod sequuti sunt alii Chronicarum scriptores. *Loc. cit.* p. 7.

(2) « In Germania trattennesi Fr. Tommaso fino al 1224, se il vero

Ex eo quod ad patriam redierit non sequitur illum Assisii degisse praesentemque fuisse tempore mortis beati Francisci; nam, uti bene animadvertit Rinaldi, « Thomas dicens (p. 91: 8), se describere tota parte secunda (Leg. I) obitum beati Francisci et gesta ante duos annos, prout potuit *recte scire*, indicat per illud tempus a sancti patris praesentia semper abfuisse ». [1] Ita facillime explicantur quae, uti quibusdam lubet, minus exacte de morte beatissimi viri retulit, sed de hiis fusius erit dicendum. Alia autem opinio unice fundatur super verba quae in *Tractatu Miraculorum* leguntur, ubi de Stigmatibus sancti Francisci: « Vidimus ista qui ista dicimus... » (p. 345: 27); [2] sed, meo iudicio, haec forma loquendi, qua pluries in Leg. II utitur, non indicat scriptorem fuisse testem ocularem. Bis enim haec verba adhibet: « quantum oculis vidimus » (p. 240: 21), « ut oculis vidimus » (p. 267: 7), et saltem prima vice Thomas non refert quae ipse vidit, sed quae socii familiares quotidiano commercio noverant. Quando de se ipso loquitur singulari forma dicit: « vidi, testatus est mihi ». [3]

Facilius admitti potest Thomae praesentia solemnitatibus canonizationis sancti Francisci, Assisii, 16 Iulii 1228, celebratis, et tunc, si non antea, quum fiebant de illa canonizatione collationes, accepit a Gregorio IX mandatum scribendi vitam seraphici Patris. Opus suum perfecerat mense februario 1229, quod tunc obtulit Summo Pontifici, iuxta notam quae legitur in codice Parisino.

Anno sequenti adfuit translationi corporis Sancti Francisci, nam post Capitulum tunc celebratum Iordanus a Iano,

dicono le Croniche ms. della Provincia d'Argentina »; ita cl. P. PAPINI, *Notizie sicure della morte, sepoltura, canonizzazione e traslazione di S. Francesco d'Assisi*... Edizione seconda, Fuligno, 1824, p. 120. Sed illa conclusio unice eruitur e silentio Chronicarum antiquarum, uti mihi scripsit P. Hilarinus Felder, qui illa Chronica prov. Argentinae, quorum plurima sunt apographa (Friburgi quatuor adservantur apud Min. Conventuales), diligenter et benevole inspexit.

(1) In editione Legendarum, p. IX.

(2) *Analecta Bollandiana*, tom. XVIII, p. 89.

(3) Cf. p. 348: 21; 377: 13.

custos Thuringiae, cuius socius olim fuerat, negotiis custodiae sibi commissae compositis, antequam in Theutoniam rediret, fratrem Thomam de Celano visurus Assisium petiit, qui gavisus dedit ei de reliquiis beati Francisci, de capillis videlicet et vestimentis; quibus maximo cum gaudio et gratissimo animo acceptis, in Germaniam maturavit reditum. (1)

Ex tunc memoria Thomae iterum mysterio circumdatur ad tempus quo, Crescentio ab Aesio ordinem Minorum regente (1244 – aug. 1247), de mandato illius Ministri Generalis Legendam secundam scripsit. Successor Crescentii, beatus Ioannes a Parma (1247-1257), ipsi pariter commisit compilationem Tractatus Miraculorum.

Iubente Alexandro IV composuit adhuc Legendam sanctae Clarae, quam praefatus Papa solemniter in sanctarum Virginum catalogo adscripserat, mense septembri 1255. Hoc opus ultimum tempus certum vitae fr. Thomae signat, qui ad illud perficiendum Assisium perrexit et postea ad custodiam Marsicanam reversus est. Adscriptus erat probabiliter Conventui fratrum Taleacotii erecto (2) et curam spiritualem ge-

(1) *Chronica fr. Iordani*, loc. cit., p. 17; *Chronica anonyma*, ibid., p. 289.

(2) Tempus certum fundationis conventus Taleacotii ignoratur; dicitur in pene exsurgentis Seraphicae Religionis exordio a quadam Matrona de Ursinis constructus. In sacristia ecclesiae servatur quoddam Diurnale vetus, cuius operculo conglutinata est chartula in qua legitur: « Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio, mense novembris, septimo idus, die iovis, in festo sancti Grisogoni, consecratum est altare maius ecclesiae ad honorem beati Francisci confessoris, per manus Hieronymi de Iacobutiis, episcopi Verulani, ad precem Domini Guidonis, episcopi Sorani ». Plura sunt observanda: haec notula licet in membrana scripta non est illius temporis, forsan ab alio documento fuit infideliter descripta, nam festum S. Chrysogoni non celebratur VII id. nov. seu die 7, sed die 24 alias VIII kal. dec. Reapse anno 1233 festum S. Chrysogoni incidit in fer. V, sed quo iure episcopus Soranus, tunc quidem nomine Guido, delegare potuit in ecclesia aliena episcopum Verulanum? Insuper nomen Hieronymi de Iacobutiis in serie Episcoporum Verulan. non invenitur et Ughellus nullum huiusce nominis praesulem signavit in Italia Sacra. Aliundeque die 17 iunii 1252, Innocentius IV indulgentias elargiebatur subsidia contribuentibus *pro ecclesiae et conventus aedifi-*

rebat monialium ordinis Sanctae Clarae in vicino monasterio Sancti Ioannis de Varro. (1) Hoc munere fungens, die et anno ignotis, debitum naturae solvit et ibidem fuit sepultus.

III. *De translatione corporis B. Thomae et de cultu illi praestito.* — Sepulcrum Thomae a Celano miracula eius intercessione operata gloriosum effecisse ferunt, et licet omnino deficiant documenta saeculorum XIV et XV, quae postea gesta sunt quodammodo hanc traditionem corroborant, sicut et cultum quod ex tunc Beato Thomae fuit praestitus.

Historia monasterii Sancti Ioannis de Varro nobis non fuit transmissa; unice constat illud circa ann. 1476 omnino fuisse a monialibus derelictum. Talis desertionis causae nos latent, cum documenta quibus potuissent indicari, licet diligenter quaesiverim, invenire non valui. Ad ann. 1506 cl. Waddingus haec habet: « Occurrit memoria Monasterii vetustissimi et per triginta annos Abbatissa et Sororibus carentis Sancti Ioannis de Varro, oppidi Talliacotii, Marsicanae dioecesis, et propterea hoc anno a Pontifice uniti conventui

catione, (*Bullarium Franciscanum*, tom I, Bulla CDXVI, p. 615). Die 1 maii 1259 Alexander IV permittebat fratribus huius conventus ut de illicite acquisitis et de redemptionibus votorum, auctoritate pontificia commutatorum, usque ad 50 uncias argenti recipere valerent, et die 18 maii 1260 visitantibus ecclesiam certis diebus indulgentias concedebat (*Ibid.* tom. II, Bulla CD, p. 335, et DLX, p. 396). Attamen, in nota huiusce ultimae Bullae adiuncta, editor Bullarii, cl. Sbaralea, dicit hunc Conventum primitus extra oppidum constructum fuisse, postea translatum intra, ubi nunc cernitur, et forsan occasione huiusmodi translationis primae litterae apostolicae sunt datae. — Cf. G. GATTINARA, *Storia di Tagliacozzo dalle origini ai giorni nostri*, Città di Castello, 1894. Fere omnia quae sunt hic relata ignoravit auctor, qui iam traditis a Febonio et Corsignani pauca novit adnectere.

(1) Prima huius monasterii, quod Tossinianensis per Dominam Ioannam de Aragonia, uxorem quondam Ascanii Columnae, traditum refert, mentio certa occurrit in quadam Bulla Innocentii IV, data 3 iunii 1250, qua consulit paupertati monialium, concedens ut ipsis applicari possint, usque ad centum libras provisinorum, redemptiones votorum. *Bullarium Franciscanum*, tom. I, Bulla CCCXXVIII, p. 548. — RODULPHIUS TOSSINIANENSIS, *Histor. Seraph. relig.* f. 277.

Sancti Francisci oppidi praedicti ». [1] Litterae Pontificiae, quibus alludit Annalista, reapse fuerunt datae, sed Regestum quod indicat non amplius, sicut et alia multa, in Archivo Vaticano invenitur. Praedictae Bullae exsistentia etiam comprobatur catalogo Regestorum Iulii II, in quo, ad ann. III Pontificatus illius, haec legitur mentio: « *Marsican.* Guardianus et Fratres Domus Sancti Francisci terrae Taliacozzii Marsican. dioec.: Unio cuiusdam monasterii monialium certo modo vacantis Sacristiae dictae domus. Ad perpetuam ». [2]

In possessionem bonorum temporalium monasterii Sancti Ioannis de Varro immissi, Minores Conventuales apud se tenere voluerunt corpus Beati Thomae, cuius sepulcrum, ut ferebat vulgi rumor, noctu luce supernaturali circumdatum videbatur. Huius translationis adiuncta ignoramus, nam fidem integram praestare non audeo Phoebonio, [3] attamen translationem non legitime peractam fuisse suspicandum est, quum 16 martii 1517, instante Iacobo Marsorum Episcopo, Curia Romana monitorium contra raptores expediverit. [4]

(1) *Annales Ord. Minor.* t. XV, p. 365. In margine: Ex Reg. Lib. 79, fol. 297.

(2) Iulius II, tom. II, ann. III et IV: anno III, vol. XXI, fol. 297. — Sbaralea qui hanc notitiam e Waddingo deprompsit (*Bull. Franc.* t. I, p. 144, d) desertionis causam in bellis vel pestilentiis forsan quaerendam esse adiungit, dicens talem unionem factam fuisse « ex constitutione Sisti IV qua sancitum fuit ut Monialium Clarissarum monasteriorum, quae ab illis deserebantur vel ab illis destituta remanebant, bona temporalia Minoribus Conventualibus applicarentur ». Cf. *Mare magnum ord. min*, seu Constit. « Regimini universalis », 31 aug. 1474. *Bull. Rom.*, ed. Taurini, 1860, t. V, p. 217 et ss., § 11.

(3) Iuxta Phoebonium moniales solum anno 1527, post Romae excidium et vastationem, monasterium dereliquisse credendum foret, et tunc ad vicinum oppidum Scanzano aufugientes, locus sepulcri B. Thomae indicatus fuit ab abbatissa. Dum homines huius oppidi de translatione reliquiarum cogitarent, a Conventualibus sunt praeventi, qui nocturno tempore corpus sustulerunt; illudque circa ann. 1530 evenisse erronee coniicit idem auctor. Cf. *Vita di S. Berardo Cardinale... e d'altri santi della diocesi de' Marsi*, raccolte dal Dottore Muzio Febonio, abate di Trasacco, Roma 1673.

(4) Rinaldi in editione Legendarum, pag. x.

Hoc monitorium, a me quaesitum ubi spes erat illud inveniendi, adhuc desideratur sicut et fides scripta variorum prodigiorum quae occasione translationis sacrarum exuviarum patrata refert idem Phoebonius. (1) Ea documenta, licet in forma originali non sint cognita, comprobant et famam sanctitatis et cultum Beato Thomae praestitum, aliter enim de reliquiarum translatione non cogitavissent illi Fratres, qui corpus Beati « post aram maiorem » reponendum non dubitaverunt. (2)

Primis saeculi XVIII lustris illud depositum fidelium devotione fuit digne exornatum, et ossa Beati Thomae compte disposita habituque Minorum Conventualium vestita, in capsa lignea, crystallo ad partem anteriorem munita, ornamentisque aureis decorata, fuerunt venerationi piorum exposita. (3) Talis arca sub ara maiori adhuc hodie conspicitur cum hac inscriptione :

B. THOMAS DE CELANO S. F. D.
SCRIPTOR CRONICAR̄ ET SEQVENTIAE MORTVOR̄.

(1) In eodem libro, in quo pp. 51-66 legitur: *Vita del B. Tomaso da Celano uno de' compagni di S. Francesco, il cui corpo riposa nella cappella Ducale al Convento de' Minori Conventuali in Tagliacozzo.* Ibi citantur varia testimonia subscripta a testibus, referuntur nomina eorum cuius opera vel consilio translatio peracta fuit. Haec omnia certo non somniavit nec conficit auctor, sed authenticum scriptum cui alludit magni momenti foret ad ea constabilienda.

(2) Iuxta citatum Phoebonium, « in un tabernacolo di legno », secundum autem instrumenta quae refert P. Baiocco « in arca lapidea » (cf. supr. p. XII, n. 2). Contradictio potius apparens est quam realis, nam dicta instrumenta fuerunt anno 1598 scripta, opus vero Phoebonii editum fuit anno 1673, et in hoc temporis intervallo potuerunt Conventuales reliquias ex arca lapidea extractas in tabernaculo ligneo deponere, quod ferme confirmatur ab eis quae mox expono.

(3) Corsignani, de corpore beati Thomae Taleacotii translato et in ecclesia Sancti Francisci reposito loquens, addit: « dove in oggi entro dorata cassa con gran venerazione conservasi: la quale cassa ultimamente è stata abbellita e dorata dalla devozione dei Tagliacozzesi con intagliamenti ammirabili incastrati in tavole di abete: e il corpo si mira vestito coll'abito de' Minori Conventuali, e colle sacre osse ben disposte e compositamente unite ». *Reggia Marsicana, ovvero memorie topografiche storiche... della provincia dei Marsi*, Napoli 1738, t. II, p. 165 et ss.

Cineres in primo tumulo collecti vase crystallino fuerunt inclusi, et in aliis reliquiariis e ligno deaurato reservantur fragmentum tunicae et linteoli in quo fuit involutum corpus Beati discipuli Sancti Francisci. (1)

In sacristia servatur etiam Missale manuscriptum, saeculi XIII, quod traditio refert fuisse ad usum beati Thomae, et translatum a monasterio Sancti Ioannis de Varro. (2)

Singulis annis, die 2 augusti, in festo Portiunculae, detegitur capsa, quae sub ara maiori collocata est cum vase cineres continente, alia vero reliquiaria lignea ad altaris ornatum saepius deserviunt.

Non Taleacotii solum cultum obtinuit Beatus Thomas, sed etiam in terra quae illius ortu decorata fuit. Celani enim, ad haec usque ultima tempora, in porta quae a vicino conventu dicebatur Porta Sancti Francisci, eius effigies una cum imagine Seraphici Patris depicta videbatur, (3) et teste Corsignani pluries iam invocato, Beati Thomae festivitas, ineunte saeculo XVIII, quolibet anno secunda Dominica octobris cele-

(1) Inscriptio arcae turpe interpolata fuit a quodam ignoto, qui putans originem Thomae e Cellino ita confirmare, secundam litteram L introduxit. Sed primo adspectu fraus detegitur, nam deficiente spatio, in angulo efformato a lineis quibus littera L componitnr, hanc aliam minorem atramento depinxit. Idem ille est qui aliis reliquiariis inscriptiones posuit in quibus Beatum a Cellino denominat. Haec sunt, ad vas crystallinum: « *Sacri cineres B. Thomae Castelleonii a Cellino S. P. Francisci discipuli* »; ad reliquiaria lignea: « *Ex tunica Beati Thomae a Cellino Sancti Patris Francisci discipuli* », et: « *Ex linteolis in quibus involutum est corpus Beati Thomae a Cellino S. P. Franc. Discipuli* ».

(2) Folio chartaceo operculo conglutinato saeculo XVIII fuit scriptum: « *Sacrorum liber quem in facienda re divina contrectaverunt venerabiles manus B. Thomae Castelleonei a Cellino, socii et discipuli Sancti Francisci Assisiatis eiusque vitae celeberrimi scriptoris* ». Eadem manus quae inscriptiones reliquiariorum exaravit, addidit: « *Ex conventu monialium S. Ioannis de Varro inusso ac destructo translatus* ».

(3) « Sulla porta di S. Francesco di Celano, abbattuta pochi anni or sono, si vedeva in pregevole affresco effigiato il Santo Patriarca con a lato il Beato Tommaso avente in mano un libro colla scritta *Dies irae*. Questa pittura del secolo XIV rimontava nientemeno all'epoca in cui venne costruita quella porta », BARBATI, *op. cit.*, p. 20. – Cf. CORSIGNANI, *l. c.*, p. 170.

brabatur. (1) Hodie Porta Sancti Francisci destructa est et festum non amplius colitur, sed memoriam celeberrimi filii oppidi Celanensis vivam servat illius effigies depicta in aula maiori aedium municipalium.

Cultum insuper Beato Thomae eorum tempore praestitum testantur varii scriptores, quos inter Rodulphius Tossinianensis (1586) qui locum « Taliacozzi » nominans adnectit: « Ibidem visitur capsa Beati Thomae de Celano »; (2) Phoebonius qui non solum Beati titulo eum decorat in Historia Marsorum, sed illius vitam edidit cum Actis aliorum sanctorum dioecesis Marsicanae; (3) Corsignani, qui in variis operibus semper eum Beatum nominat et concursum populi ad eius reliquias memorat, (4) qui acta « illius per doctissimos Bollandiani operis continuatores illustranda » confidebat, et ad hunc finem quae colligere potuerat eis transmiserat. (5)

Sola praesentia, sub ara maiori ecclesiae Sancti Francisci, urnae in qua ossa beati Thomae reponuntur, annuaque eiusdem expositio, testantur hunc cultum, ab immemorabili praestitum et numquam interruptum, hodie perseverare licet Ecclesiae Romanae iudicium nondum intervenerit.

Faxit Deus ut titulus Beati quo insignitur *Scriptor Chronicarum et sequentiae mortuorum* a supremo in hiis rebus iudice confirmetur!

(1) « Celebratur eiusdem festivitas Celani quolibet anno secunda Dominica octobris », CORSIGNANI, *De Viris illustribus Marsorum*, Romae, 1712. In hoc fidem praestare possumus scriptori qui Celani ortum habuit.

(2) *Historiarum seraphicae religionis libri tres*, Venetiis, 1586, fol. 277.

(3) *Vita di S. Berardo*... Roma, 1673.

(4) « ... Onde è che dove il suo sacro corpo riposa vi è frequente concorso », *Reggia Marsicana*, t. II, p. 170.

(5) *Ibid.*, p. 171: « Ma con molte ansie si aspetta la ben compiuta Vita del nostro Beato, nel mese di ottobre, nella grandiosa opera Bollandiana, per aver noi anco anni sono comunicate varie cose agli infaticabili Padri ». — « Denique ad mensem octobris Acta Beati Thomae a Celano Minoritae, cuius sacrum corpus in ecclesia patrum conventualium S. Francisci oppidi Taleacotii Marsorum publica veneratione multis ab hinc saeculis colitur... doctissimos Bollandiani operis continuatores illustranda confidimus », *Acta SS. MM. Simplicii, Constantii et Victoriani quorum reliquiae Celani... coluntur*, Romae, 1750, p. 249. Documenta quae transmiserat non amplius inveniuntur in archivis Bollandianis.

CAPUT II.

De scriptis Fr. Thomae de Celano.

Ad haec usque ultima tempora, Thomas a Celano historici probi et veridici fama gaudebat, sed hodie vix nominari potest quin subrideant illi, qui in historia franciscana describenda primum arrogant locum sibi, parvique faciant retrogradum, qui Celamense audet invocare testimonium. Unde illa subita iudiciorum mutatio?

Criticam historicam iactantes surrexerunt nonnulli, liberi examinis sectatores, qui eruditione quam nemo in dubium vocat et sermonis elegantia non solum multorum oculos obfuscaverunt, sed etiam quorumdam ita perturbaverunt mentem, ut illos novatores sibi magistros eligerent et sequerentur, ne dicam antecederent, quasi ad ostentandum se opiniones fictas et vanas catholicorum evinxisse. (1)

Criticam non refugio, sed hoc nomine censendam non aestimo illam quam subiectivam dicunt, seu internam, sub cuius specie, quidam proprias excogitationes pro lege assumendo, illas supremos Canones criticae vocant, et eos qui ipsorum placita non admirantur fere despiciunt. Haec est causa mutationis in iudiciis circa Thomam de Celano. Iussu Pontificis Gregorii IX scripsit Legendam I^am^; mandato vero Generalis Crescentii II^am^, et Tractatum Miraculorum praecipiente Ioanne de Parma. Unde eum scriptorem officialem contemptim nominantes, illius scripta, vel quasi necessario sinceritate destituta, vel minus exacta praesupponere malunt. At illa non est sola neque potissima eorum livoris causa.

(1) Haec schola hodie magistrum salutat Paulum Sabatier. Doctissimo viro necessitudine quadam vincior necnon et gratitudine, nihilominus eius doctrinas quas noxias aestimo, licet armis imparibuss, debellare non haesito, quia « vetus proverbium est », ut diceret noster Thomas, « amicus Plato, sed magis amica veritas ». Illum et alios refutando errores non homines insequor.

Thomas Franciscum virum penitissime catholicum depinxit. Neocriticis vero praeplacet quemdam somniare Franciscum haereticantium Reformatorum pene praecursorem, et hinc Thomae detrectant scripta, quibus inanes huiusmodi somniationes radicitus praeoccupantur. Hoc aperte declarare non possunt, etenim sensus intimos palam praeferendo non ita facile lectorem deciperent, sed venenum publice si non propinant, illud instillare satagunt, insinuationibus utuntur non declarationibus explicitis. Franciscum virum summe catholicum rebellem fuisse affirmare non valent, sed rebellionis sensus in eo aliquando fuisse susurrant. Qui dicebat primis fratribus quos ei dederat Deus: « Euntes ad matrem nostram sanctam Romanam Ecclesiam, notificemus Summo Pontifici quod Dominus per nos facere coepit, ut voluntate et praecepto illius quod coepimus prosequamur »;[1] non tanquam filium animo volenti subditum depingunt, sed uti vinctum et in servitute redactum. Qui in Testamento suo, quod tanti facere videntur, nihil adeo se timere manifestat quam filios habere non pure catholicos, et qui volebat tales, si forte inventi fuissent, tanquam homines in vinculis diu noctuque custodiri, donec coram Domino Hostiensi « qui est dominus, protector et corrector totius fraternitatis » praesentarentur, effingunt a Curia Romana delusum, et verba quae negare non possunt, explicare non erubescunt tum pusillanimitate spiritus, tum frustratione exspectationum quae sibi magis cordi erant, tum infracti animi lassitudine, aliisve gratuitis insinuationibus quae sincerum criticum maxime dedecent.

Hunc Cardinalem Hostiensem qui « revera ferventissime se habuit circa eos (Franciscum et fratres) ac si esset omnium pater »,[2] ut principale Curiae Romanae instrumentum in deludendo et captando pauperculum Franciscum arguunt,

(1) *Leg. 3 Soc.*, cap. XII, *Act. SS.*, 46. — Consulto heic testimonium refero Trium Sociorum, quorum opusculum extollunt Hypercritici, illudque perpetuo scriptis Thomae anteponunt.

(2) *Leg. 3 Soc.*, cap. XV, *Act. SS.*, 61. « ... Immo plus quam patris carnalis dilectio ad carnales filios se naturaliter extendat, amor huius spiritualiter efferbuit ad virum Dei cum suis fratribus ».

illique ad crimen vertunt consilia quibus nascentem Ordinem ad rectum iter dirigebat, quasi ad alienum finem illum deduxisset. Unde Legendam, quam, iubente illo ad Summum Pontificatum evecto, conscriptam, et ab illo approbatam, hoc ipso sinceritatę carentem, atque non genuinam Sancti imaginem, sed iuxta Curiae placita accommodatam et deformatam repraesentare, conclamitant. Oh mira criticae subiectivae conclusio! Sane Thomas eum quem excogitant Franciscum non depinxit; clarius eum catholicum ostendit, quam ut scripta eius detrectare non fiat ipsis necessarium. Sed, quaeso, numquid haec est sana et proba critica, quae in testimoniis non tam veritatem quam opinionum praeiudicatarum confirmationem quaerit?

Tales persuadere non spero; quapropter ne tempus inutiliter insumatur, ad scripta fratris Thomae transeo.

I. *De Legenda prima.* — « Iubente domino et glorioso Papa Gregorio » primam Legendam scribere testatur Thomas in illius prologo. Hoc idem dixit Bernardus a Bessa: « Plenam virtutibus beati Francisci vitam scripsit exquisitae vir eloquentiae fr. Thomasus, iubente domino Gregorio nono ».[1] Mandatum illud honorificum, verosimiliter circa tempus canonizationis Sancti acceptum, brevi tempore explevit, nam, sex mensibus elapsis post solemnia Assisii celebrata, opus erat perfectum et Summo Pontifici, quo iubente fuerat conscriptum, illud obtulit auctor, uti constat notula quae in codice Parisiensi ad calcem Legendae invenitur. « Apud Perusium felix Dominus Papa Gregorius nonus, secundo gloriosi pontificatus sui anno, quinto kalendas martii (25 febr. 1229) legendam hanc recepit, confirmavit et censuit fore tenendam ».[2] Talis nota manu posteriori fuit in praedicto codice

(1) *Analecta Franciscana*, tom. III, App. III, p. 666. Librum de laudibus fr. Bernardi de Bessa pariter edidit P. Hilarinus FELDER a Lucerna, Romae 1897.

(2) Paucis diebus ante, 21 februarii, Pontifex expediri mandaverat Litteras Apostolicas, « Sicut phialae aureae », quibus orbi catholico canonizationem Sancti Francisci renuntiabat et ad festum illius celebrandum adhortabatur. *Bullar. Francisc.*, t. I, Bulla XXXIV, p. 49.

adiuncta, sed authentia diversitate temporis non minuitur, et ex ipsa Legenda, quae de Translatione corporis sancti Francisci (25 maii 1230) non loquitur, probatur eam antea fuisse perfectam.

Eo quod fuerit iubente Gregorio nono scripta et ab eo confirmata, Legenda prima aliquando dicta fuit *Legenda Gregorii*. Hoc nomine illam designat Waddingus, qui non videtur huius appellationis auctor. Ex opere fratris Thomae tanquam e fonte manarunt aliae Legendae prioribus temporibus scriptae, uti Legendae Iuliani de Spira, (1) Ioannis de Ceperano (2) et antiquum Poema de Vita sancti Francisci. (3) Posteriores etiam scriptores, uti sanctus Bonaventura et auctor opusculi communiter dicti *Legenda trium sociorum*, multa ex opere fr. Thomae desumpserunt. Summo enim favore accepta fuit Legenda prima, tam extra ordinem Minorum quam intra. Sic v. g., quinto post obitum sancti Francisci anno, illam prae manibus habebat Lucas episcopus Tudensis, qui nonnulla eius excerpta in opere suo contra Albigenses reportavit. (4)

(1) Hanc Legendam, cuius fragmenta edita fuerant a P. Suyskenio in Actis S. Francisci, recensuit et integre dedit P. VAN ORTROY, *Analecta Bollandiana*, t. XXI, pp. 148-202. Incipit: « Ad hoc quorumdam ».

(2) « Eam quae incipit *Quasi stella matutina* (scripsit) vir venerabilis dominus, ut fertur, Ioannes apostolicae Sedis notarius », ita Bernardus de Bessa, *loc. cit.* Opus notarii Ioannis adhuc latet, solum habemus, in antiquis lectionariis ordinis Praedicatorum, novem lectiones « ex gestis eius abbreviatis quae sic incipiunt *Quasi stella* », quas typis dedi: *Legenda Brevis S. F.*, Romae, 1899.

(3) Editum ab Antonio CRISTOFANI: *Il più antico poema della vita di S. Francesco d'Assisi*, Prato, 1882. Cf. *Miscellanea Francescana*, t. IV, p. 33, t. V, pp. 5, 73, 124, et t. VI, p. 26. *Analecta Bollandiana*, t. XIII, p. 66.

(4) *Lucae Tudensis episcopi, de altera vita, fideique controversiis adversus Albigensium errores, libri tres, nunc primum in lucem prolati...* a P. Ioanne MARIANA S. I. theologo, in *Maxima Bibliotheca Veterum Patrum...* a Margarino DE LA BIGNE, edit. Lugdun., t. XXV (1677), pp. 188-251. Lucas ad litteram citat Thomam de Stigmatibus sancti Francisci, et sat mirabile est hunc clarum virum exemplum Sancti Francisci usurpare « contra illos qui dicunt tres tantum clavos fuisse fixos in manibus et pedibus Salvatoris », dum paulo post videbimus quemdam fratrem Mi-

Donec sanctus Bonaventura Legendam novam compilaret, opus primum Thomae fuit praecipuus fons scriptus historiae sancti Francisci, cui pauca addidit in Legenda secunda, licet multa facta singularia retulerit, historiae ordine non servato.

Licet infundatas, ne dicam iniustas, habeam multas censuras quibus scriptorem notant hodierni critici, qui in eius opere non invenientes quae desiderant, detrectant auctorem, non ideo contendo Legendam primam sub omni respectu perfectione donari. Non absque causa Thomam studio accusant erga fratrem Heliam, quem pluries cum laude nominat et cui Sanctum Franciscum morientem specialem benedictionem dedisse refert.(1) Attamen ad diiudicandum serenius opus est ante mentis oculos habere statum Heliae tempore quo Thomas refertur, abstrahendo ab omnibus postea gestis quae aequabilitatem multorum conturbaverunt. Intimis sociis dicere poterat sanctus Pater se non videre in Ordine nullum sufficientem tam ampli gregis pastorem,(2) nihilominus multorum oculi ad Heliam convertebantur, qui fuerat Sancti vicarius,(3) qui Pontificis, cuius amicitia cum seraphico viro omnibus

norem, zelatorem strenuum paupertatis, scribere quod « domina Paupertas... ipsos clavos, ut creditur, non in sufficienti numero vulneribus fabricavit... sed tres, rudes et asperos et obtusos ad iuvandum supplicium praeparavit ». Ita HUBERTINUS DE CASALI in opere *Arbor vitae crucifixae*, Venetiis 1485, qui citat *Sacrum Commercium beati Francisci cum domina Paupertate*, licet in hoc opusculo allusio ad numerum clavorum non habeatur, quae forsitan est interpolatio ipsius Hubertini. *Sacrum Commercium* edidi Romae, 1900.

(1) Helias nominatur octies in Leg. I, vid.: pp. 71: 9; 99: 4; 102: 20; 110: 13, 21; 113: 2, 6; 114: 5. Benedictio narratur p. 113.

(2) *Leg. II*, cap. CXXXIX, p. 307.

(3) Sabatier eiusque asseclae coniiciunt hanc electionem Heliae in vicarium ex parte Sancti non fuisse liberam, sed a Cardinale Hugolino quasi impositam, quia Cardinalis ille, qui volebat Ordinem iuxta fines secretos Curiae dirigere, in eo docile instrumentum perspexerat. Clausis oculis hoc admittant qui pascuntur coniecturis, sed historia non fundatur supra opinionibus et somniis! Dotes Heliae noverat Sanctus; quid igitur mirum si illum elegerit? « Nullum sufficientem intueor » dicere potuit postea, sed inde non sequitur quod antea Heliam magis idoneum non iudicaverit et consequenter libere nominaverit.

nota erat, fiducia gaudebat, ad Heliam, dico, qui a citato Episcopo Tudensi vocatur « sanctissimus vir », [1] de quo Thomas de Eccleston exclamat: « Quis in universo christianitatis orbe vel gratiosior vel famosior quam Helias », [2] cuius hanc laudem texuit Bernardus de Bessa: « Vir adeo in sapientia humana famosus, ut raros in ea pares in Italia putaretur habere », [3] quem tandem Chronica XXIV Generalium dicunt « virum utique famosa prudentia illustratum ». [4]

Ille fuit probabiliter qui Thomam Pontifici praesentavit ad vitam Sancti describendam et eum de multis certiorem reddere curavit. Noverat Thomas, sicut et caeteri, partes Heliae ultimis annis vitae beati Francisci et testimonium eius non habebat suspectum. Illius tamen dicta, susurrant contradictores, subcernere potuerat et debuerat, socios Sancti interrogando. [5] Potuerat certe; debebatne considerata personae a qua informabatur qualitate? Anno 1228 verba Heliae fiducialiter accipiebantur, quid igitur mirum si Thomas fidem praestiterit integram viro quem, cum multis, forsitan sine pari aestimabat? Miserrimus Heliae lapsus, post vitam in

(1) *Loc. cit.* Lib. III, cap. XIV, p. 276.

(2) *De adventu Minorum in Angliam. Analecta Franciscana*, t. I, p. 230. Circa 1230 scribebat Thomas de Eccleston.

(3) *Catalogus Generalium ministrorum. Analecta Franciscana*, t. III, p. 695, et *Liber de laudibus*, ed. Romae 1897, p. 97. Ille catalogus circa ann. 1300 compilatus videtur.

(4) *Analecta Franciscana*, t. III, p. 31. Ante ann. 1369 conscripta sunt. In alio codice legitur: « Virum utique famosum, prudentia (*al.* providentia) saeculi illustrem ».

(5) Quinam fuerunt testes fideles et probati quos in Prologo Thomas scribit se interrogavisse? Hoc non constat, sed evidens est quod non unius Heliae testimonium receperit, immo, iuxta recentem Heliae biographum, illi aperte contradiceret in descriptione Stigmatum (Lempp, *Frère Élie de Cortone*, Paris, 1901, p. 218). At haec contradictio melius diceretur clarior expositio, nam Helias in Epistola de morte sancti Francisci dicit: « manus et pedes quasi puncturas clavorum habuerunt ex utraque parte confixas, reservantes cicatrices et clavorum nigredinem ostendentes »; dum Thomas clarius scribit: « non clavorum quidem puncturas, sed ipsos clavos ex eius carne compositos ferri retenta nigredine ». Cf. p. 118: 13.

Ordine institutis seraphici Patris oppositam, oculos multorum ita obfuscavit quod semel reum semper reum fuisse arbitrantur. Sed apologiam Heliae non instituo, ad Thomam revertor.

Ex eo quod vicarium sancti Patriarchae in lucem protulerit, minime sequitur eum falsa scripsisse, et eis qui scriptorem mendacii arguunt incumbit probrosam insimulationem non solum cerebrosis insinuationibus sed firmis testimoniis comprobare. Benedictionem singularem Heliae datam retulit; probent narrationem Thomae contrariam esse veritati. Verba, quae in ore Sancti ponit, absolute authentica non contendo, quia aliis in locis dicta eiusdem videtur amplificare; sed quomodo, quaero, dum tanti erant testes potuisset huiusmodi benedictionem confingere?(1) Opponere volunt hodie narrationi fr. Thomae capitulum *Speculi perfectionis* in quo refertur benedictio data fr. Bernardo a Quintavalle : at ex illa benedictione speciali a Sancto primo suo socio concessa, quomodo legitime concluditur fictam esse eam Heliae datam, quum praesertim adiuncta utriusque probent factum nec eodem loco, nec eodem tempore evenisse?(2) In Legenda secunda, Thomas iterum benedictionem fratribus datam narrat, tunc quidem non amplius Heliam nominat, sed primam benedictionem ipsi datam fuisse expressis verbis testatur: « Incipiens a vicario suo capitibus singulorum (dexteram) imposuit », et quae in Legenda prima scripserat non retractat, licet correctionem seu attenuationem ponat: « ut alibi scripta est (id est in Leg. I) aliquid insonuit speciale, sed potius ad officium detorquendum ». (3)

(1) Iulianus de Spira, qui ante annum 1235 scribebat, narrationem Thomae acceptare videtur. *Analecta Bollandiana*, t. XXI, p. 197, n. 68; *Acta SS.* t. II octobris, p. 663, n. 620.

(2) Benedictio Heliae data fuit dum Sanctus adhuc maneret Assisii, in palatio episcopi (p. 113: 24), benedixit fr. Bernardo postquam fuerat in loco Sanctae Mariae de Portiuncula reportatus. Cf. *Speculum*, ed. SABATIER, cap. 107, et praesertim ed LEMMENS, p. 42, n. 17. Beatus Franciscus erat in loco Portiunculae et Bernardus erat Assisii.

(3) Cf. p. 332: 5-13. — Ita enim legenda sunt verba quae primus editor mendose reportaverat: « ut alibi, *tempore enim*... ». Error P. Rinaldi, in transcribendo codicem Assisiensem, multa convicia Thomae contraxit, quae pensare deberent illorum auctores.

Pergunt moderni censores: multa Thomas omisit quae narrare potuisset, si interrogavisset Sancti socios. Verum est, sed diceres quod opus attente non legerint. Ait enim auctor: « ea sola, quae necessario magis occurrunt, ad praesens intendimus adnotare, ut qui plus hiis dicere cupiunt quid addant semper valeant invenire ».[1] Imperfectam esse narrationem suam ipse fatetur; quid amplius velint isti, vere nescio! Si deperdita fuisset Legenda prima Thomae, quid sciremus de historia sancti Francisci? Quae omisit alii scriptores subministrant; compleatur utique eius opus eorum auxilio, sed ex animo et indesinenter detrahere Legendam primam, defectus eiusdem amplificando meritaque reticendo, propositum revelat quod sanae criticae adversatur.

Aliam adhuc de Thoma querelam movent. Dum plures fratres nominat, sociorum praedilectorum, data occasione, nomen omittit, et in tali omissione aemulationem latere murmurant. Equidem scriptor illos non nominat, sed laudes quibus singulos eorum ornat nulli alii ex fratribus decernit.[2] Vituperatur etiam Thomas ob praeconia quibus virginem Claram extollit. Immoderationem quamdam agnoscere non dubito, licet gratus sim illi, qui nobis sic testatur in quanta existimatione tunc habebantur Pauperes Dominae. Ad adulationem accedere etiam dicunt laudationes quibus Pontificem Gregorium nonum prosequitur. Iussu illius scribebat Thomas, et cum de principe vel rege agitur facilius est excedere quam intra iustos consistere fines, et plus mihi videtur excusatione dignum quam censura notandum. Quovis tempore in usu fuit adulatio, et inter Thomae detractores scio nonnullos qui, non solum data sed etiam quaesita occasione, copiosum thus adolere noverunt!

Etiam dicendi genus Thomae damnant recentiores aristarchi. Sane ampullositates non satis reiicit, antitheses et ver-

(1) Pag. 91: 10. Eadem protestatio, licet minus explicita, habetur etiam in Prologo.

(2) Pars II, cap. VI, p. 107. Cum laude simili nomen reticet illius fratris, « fama non modicum celebris », qui vidit animam S. Francisci caelum conscendere. *Ibid.*, cap. VIII, p. 116: 3.

borum repetitiones affectat; sed unusquisque proprio talento utitur et quod unum delectat alteri displicet. Non ita acerbe aestimatum fuit nostri auctoris genus scribendi ab illis quos hodie ei anteponunt critici, et Legendam, quam deprimere satagunt, aequiori animo iudicabant Socii sancti Francisci. In opere quod de eodem Sancto conscribunt, monent se multa omittere, quae in legendis de ipso confectis « sunt posita tam veridico quam luculento sermone », et circa ea quae narrant desiderio tenentur, eo quod « si venerabilibus viris qui praefatas confecerunt legendas haec nota fuissent, minime praeteriissent, quin saltem pro parte suo decorassent eloquio ».[1] Scitisne quid contra decisiva huiusmodi encomia proferant detractores? Asserunt haec verba irrisorie fuisse conscripta! Vere et illi illudunt lectori.[2]

II. *De Legenda secunda.* — Quindecim effluxerant anni ex quo Thomas de Celano Legendam sancti Francisci perfecerat, ea quae ex ipsius ore audierat vel a fidelibus et probatis testibus intellexerat describens, ut ipse dicit in Prologo, adiungens, in « Introitu » ad secundum opusculum, se ea sola

(1) *Leg. 3 Soc.*, in epistola ad Crescentium.

(2) Audiatur iudicium docti viri, controversiis nostris extranei, qui de Thomae scriptis sub respectu litterario unice tractat: « Fra Tommaso è uomo di vivace ingegno e di larga cultura, che conosce del pari le altezze sillogistiche della scienza teologica, i fervori dell'ascetica e la profonda soavità del sentimento popolare; ma intelletto meditativo e acuto, non stempera mai, come Iacopone e Bonaventura, suoi confratelli, in vane parole l'abbondanza degli affetti o la foga de' pensieri, anzi ne modera e raccorcia l'espressione. Sicchè il suo stile, senza ornamenti d'oratoria, appare sempre incisivo, sobrio, denso, quasi rattratto, e il periodo procede per ellissi, schiva le congiunzioni e dà efficacia di senso agli avverbi; e lo scrittore è più pronto a lasciare scorgere il suo pensiero nelle antitesi, ne' contrasti e ne' paragoni, che non a distenderlo nella frase ampia e fiorita. Ciò si osserva non solamente nella narrazione consueta, ma pur ne' luoghi, come nel riferire della morte, dei prodigi e delle visioni di Francesco d'Assisi, dove l'affetto del frate storico è sì vivo, che si travede nella frase, la quale si mantiene rudemente breve e scultoria ». FILIPPO ERMINI, *Il "Dies irae" e l'innologia ascetica nel secolo decimoterzo, studi sulla letteratura latina del medio evo.* Roma, 1903, p. 13.

quae necessario magis occurrebant ad praesens adnotare, ut qui plus hiis dicere cuperent, quid adderent semper valerent invenire.

Talis deficientia in monumentis scriptis fratres contristabat, et lapsu temporis rarescebant socii, qui testes fuerant vitae seraphici Patris. Unde Capitulum generale, Ianuae congregatum anno 1244, hanc imperfectionem corrigere voluit. Electus fuerat in Ministrum generalem Crescentius de Aesio, « venerabilis senex, homo iustus et disciplinae zelo probatus », uti referunt Chronica XXIV Generalium[1] quae addunt: « In quo capitulo idem Generalis praecepit universis fratribus, quod sibi in scriptis dirigerent, quidquid de vita, signis et prodigiis beati Francisci scire veraciter possent. Quo inducti fratres Leo, Angelus et Rufinus, quondam socii sancti Patris, multa, quae de ipso vel viderant vel audiverant a fide dignis fratribus... per modum Legendae[2] in scriptis redegerunt et eidem Generali fideliter transmiserunt. Aliis etiam multis quae noverant recolligentibus, multa miracula, quae Sanctus in diversis orbis partibus fecerat, fuerunt publicata. Et post, frater Thomas de Celano, de mandato eiusdem Ministri et generalis capituli, primum tractatum Legendae beati Francisci, de vita scilicet et verbis et intentione eius circa ea quae pertinent ad regulam, compilavit... Quae dicto Generali et capitulo dirigitur cum prologo qui incipit: *Placuit sanctae universitati vestrae* ».

Chronicis concors est Salimbene, qui brevius scribit de novo Generali loquens: « Hic praecepit fratri Thomae de Cellano, qui primam Legendam beati Francisci fecerat, ut iterum scriberet alium librum, eo quod multa inveniebantur de beato Francisco quae scripta non erant. Et scripsit pulcherrimum librum tam de miraculis quam de vita, quem appellavit: *Memoriale beati Francisci in desiderio animae* ».[3]

(1) *Analecta Franciscana*, t. III, p. 261.

(2) « Per modum Legendae »: Socii contrarium protestantur in epistola. Quum scribebat compilator Chronicarum, post medium saeculum XIV, iam orta erat confusio circa Legendas sancti Francisci et eorum auctores. Sic Thomam dicit, « de Ceperano » et alii plures cum illo.

(3) *Chronica fr. Salimbene*, l. c.

Notentur haec verba Salimbene « eo quod multa inveniebantur quae scripta non erant », ex quibus legitime concludendum est quod praeter Legendas Thomae, Iuliani de Spira et notarii Ioannis, nullum aliud scriptum fuerat vulgatum.(1) Inde sequitur pariter novum opus fuisse postulatum non eo quod Legenda prima facta fuerat exosa, sed quia incompleta. Electio Thomae ad illa scripta colligenda et revisenda probat insuper eum fratrum existimationem non amisisse, uti clamitant eius detractores.

Verba Chronicarum resumamus, quia plura diligenti examine indigent. Praecepto Generalis inducti, legimus ibi, Socii sancti Patris multa in scriptis redegerunt. Illud clare ipsi etiam testantur in epistola: « Cum de mandato proximi capituli generalis et vestro teneantur fratres ». Unde ipsis contradicunt qui citata verba praetermittentes, contendunt illos unice *sua sponte* scripsisse; scripserunt ut praecepto generaliter dato obtemperarent. Videretur ex illorum epistola mandatum praecipue spectasse ad signa et prodigia colligenda; attamen gesta Sancti non excludebantur, unde visum est illis « pauca de multis gestis ipsius intimare... non contenti narrare solum miracula... sed etiam sanctae conversationis eius insignia ».

Ex data litterarum, videlicet « Graecii, 3 augusti 1246 », legitime concludi potest opus Sociorum non antea fuisse compositum, etenim quare biennio illud abscondere voluissent non intelligeretur; aliunde ad colligenda testimonia fratrum quos citant, aliquod temporis spatium fuerat necessarium. Sed quale fuit opus cum hiis litteris Generali transmissum?

(1) Dicendo *vulgatum* non excludo *Speculum perfectionis* quod Sabatier asserit scriptum ab anno 1227. Illum sequuntur plures, inter quos nonnulli volunt hoc opus fr. Leonis ita animos fratrum, eodem anno in Capitulo congregatorum, commovisse, ut loco Heliae, vicarii sancti Francisci, elegerint in generalem Ministrum Ioannem Parentem. Secum igitur pugnarent dicendo *Speculum* paucis fuisse cognitum, quum causa fuerit exclusionis Heliae a maiori parte fratrum qui convenerant ad Capitulum.

Hodie leguntur ubique initio opusculi quod vulgatur sub nomine *Legendae trium Sociorum.*(1) Cum autem ea quae continet talis legenda discrepent ab illis quae nuntiat epistola, non pauci iudicant eam non esse genuinum opus Sociorum Sancti. Etenim illi dicunt: « per modum legendae non scribimus,... continuatam historiam non sequentes ». At nulla alia legenda invenitur melius ordinata ac illa, quae summa cum cura ordinem temporum servat. Addunt se multa seriose relinquere quae in aliis legendis sunt posita. Attamen plurima referunt quae iam scripserat Thomas, cuius etiam verba usurpant, et alia quae nova sunt non congruunt cum promissis in epistola. Ergo opusculum communiter dictum *Legenda trium Sociorum* non est opus in eorumdem litteris annuntiatum.(2)

Praeter hanc Legendam alia habentur fragmenta, quae vulgantur sub titulo *Speculum perfectionis*, et quae dicuntur excerpta ex scriptis fr. Leonis et aliorum Sociorum beati Francisci. Licet hoc opus fuerit compilatum tempore incerto, in eo tamen multa inveniuntur quae notam authenti-

(1) De *Legenda 3 Soc.* traditionali loquor, nam de illa paucis abhinc annis edita, et in sua vera integritate fabulose dicta, silere praeoptarem. Si tamen iudicium meum requiritur, duobus verbis me expediam. Nullus studiis franciscalis historiae deditus, nisi excipias nonnullos qui opiniones praeiudicatas amplectuntur, huic integritati fidem praestat, et opus musivum, a doctis editoribus laboriose confectum, pro genuino tenet. Hoc unum mihi videtur mentem editorum declarare: hanc legendam compositam, si ipsis credendum est, ad corrigendam illam quam Thomas scripserat iussu Gregorii IX, et quam ille Papa, qui cum Sancto intima familiaritate coniunctus fuerat, confirmaverat et censuerat fore tenendam, S. P. Leoni XIII f. r. dedicatam voluerunt, atque dicere non dubitabant, verius dici poterit Legenda Leonis quam illa fratris Thomae Legenda Gregorii! quasi huiusmodi dedicationis acceptatio, post septem saecula, quid minimum valeret contra iudicium Gregorii noni. - *La Leggenda di S. Francesco, scritta da tre suoi compagni, pubblicata per la prima volta nella sua vera integrità* dai Padri MARCELLINO da Civezza e Teofilo DOMENICHELLI dei Minori. Roma, 1899.

(2) Haec potius indicantur quam evolvuntur. Varias opiniones exposui et meam dedi in dissertatione *La Légende de Saint François dite « des trois compagnons »*. - *Etudes Franciscaines*, t. VII, p. 461; t. VIII, p. 29 et ss.

citatis ita praebent, ut possint haberi, iuxta *incipit* variorum codicum, pro scriptis Sociorum.(1)

Fragmenta huiusmodi apprime conveniunt cum promissis in epistola Sociorum; dicunt enim se voluisse « pauca de multis gestis ipsius Sancti intimare, non contenti narrare solum miracula sed etiam sanctae conversationis eius insignia, et pii beneplaciti voluntatem ostendere cupientes. Velut de amoeno prato quosdam flores arbitrio nostro pulchriores excerpimus... ». Vere sunt flores pulcherrimi et odorem suavissimum redolent, illa fragmenta quorum lectio et meditatio trahunt animos « volentium eius vestigia imitari ».

Fasciculum, prout efformatum fuerat a Sociorum piis manibus, non amplius habemus, sed flores ex illo excerptos in *Speculo* invenimus, quorum venustas et odor aliorum desiderium auget.

Alii fratres pariter, referunt Chronica, quae noverant recolligentes, scriptas relationes Ministro generali transmiserunt, qui omnia tradidit Thomae, et « ipse primum tractatum Legendae secundae de vita scilicet et verbis et intentione eius circa ea quae pertinent ad regulam compilavit... cum prologo qui incipit: *Placuit sanctae universitati vestrae...* » – « Scripsit, ait Salimbene, pulcherrimum librum.. quem appellavit *Memoriale beati Francisci in desiderio animae* ». Revera duo codices qui supersunt huius Legendae titulum habent, unus: *Memoriale in desiderio animae de gestis et verbis sanctissimi patris nostri Francisci*; et alter: *Memoriale gestorum et virtutum sancti Francisci*. Prior, scilicet codex Assisiensis, praebet prologum, qui incipit: *Placuit sanctae universitati olim capituli generalis et*

(1) Compilatio *Speculi*, prout illud edidit Sabatier, fuit completa anno 1318. Redactio edita a P. Lemmens anterior videtur, sed nec illa opus genuinum praebet, nam initio declaratur « compositum ex quibusdam scriptis fratris Leonis et aliorum sociorum ». *Incipit*, quasi iisdem verbis expressum, in omnibus codicibus legitur, quod manifeste probat vanam esse opinionem illorum qui, contra evidentiam, in *Speculo* videre volunt opus genuinum Leonis. Ad hanc thesim fulciendam necesse est ipsis dicere quod *Speculum*, iuxta illos anno 1227 completum, numquam tamen fuit perfectum ante mortem Leonis, qui quotidie nova capitula addebat. Quo non mortalia ingenia cogis, critica subiectiva!

vobis... secundus, videlicet Massiliensis, partem huiusce prologi exhibet.

Chronica citata dum referunt de Thoma quod « primum tractatum compilavit », clare indicant hoc secundum opus duabus partibus constare, et ita esse videbimus; sed ad praesens de primo tractatu dicendum est, qui, ut specificant dicta Chronica, erat de vita Sancti et de verbis et intentione circa ea quae pertinent ad regulam. Porro si Prologum legimus haec invenimus: « Continet in primis hoc opusculum quaedam conversionis (sancti Francisci) facta mirifica... Dehinc vero exprimere intendimus, et vigilanti studio declarare quae sanctissimi patris, tam in se, quam in suis, fuerit voluntas bona, beneplacens et perfecta in omni exercitio disciplinae caelestis, et summae perfectionis studio, quod semper habuit apud Deum in sacris affectibus, et apud homines in exemplis ».

Ideo Legenda secunda constat duabus partibus, quarum prima, (in codice Assisiensi dicitur *particula*), est de vita et conversione Sancti, et illi soli applicanda sunt verba Thomae scribentis ibi narrari facta « quae in Legendis dudum confectis non fuerunt apposita quoniam ad auctoris notitiam minime pervenerunt ».[1] Secunda pars vero, primam extensione valde superans, plurima facta singularia narrat, quae sane multum conferunt ad voluntatem bonam et perfectam Sancti dignoscendam. Quae pars magnam praebet conformitatem cum *Speculo perfectionis*, unde illam iudicare non dubito excerptam e scriptis Sociorum, quorum in praedicto libro habemus fragmenta. Per modum legendae, continuatam historiam sequendo, non scribitur, sed sub diversis rubricis narrantur facta eiusdem speciei, quae diversis locis et temporibus evenerunt. Huic praecipue convenit titulus quem Thomas operi imposuit: *Memoriale beati Francisci in desiderio animae*[2], cui etiam alludit in Introitu ad illam secundam partem. Auctor opus absolvit nonnulla nova narrando de transitu beati Patris.

(1) Quum haec verba legunt, summo gaudio triumphant Thomae detractores, huic confessioni generalitatem quam non infert tribuentes.

(2) « Nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animae », Isai., XXVI, 8.

Ut testaretur haud modicam quam in compositione huius libri partem habuerant Socii, Thomas eorum nomine loquitur in Prologo, etiam sua faciens verba ipsorum in epistola ad Generalem, et iterum in Oratione finali Socios adducit, qui Sanctum exorant pro ipso: « Supplicamus etiam... pro illo filio tuo, qui nunc et olim devotus tua scripsit praeconia. Hoc ipse opusculum... una nobiscum tibi offert et dedicat ».

Qui authenticum aestimant opus traditionaliter dictum *Legenda trium Sociorum*,[1] in illo inveniunt fontem primae particulae et nonnullorum capitulorum secundae partis.[2] Sed haec authenticitas, hodie serie discussa, a nonnullis negatur, et quin ab hoc opusculo promanaverit Legenda secunda Thomae, volunt e contra eius opus esse fontem opusculi Sociis adscripti. Quamvis ego, cum P. Van Ortroy,[3] existimem tale opusculum compilatum fuisse labente saeculo XIII, non ideo negarem inveniri posse in eo particularitates quae a Sociis fuerant narratae, licet non sit eorum opus genuinum. Facile enim admitti potest *Speculum* non omnia quae scripserunt Socii referre, etiamsi compilatum fuerit ex scriptis eorum, nam de vita Sancti in saeculo et de conversione eius omnino silet. Ignotus auctor Legendae Sociis adscriptae habere potuit quaedam scripta illorum, quibus iam usus erat Thomas et illa coniungens cum duabus legendis praefati Thomae hoc pulcherrimum opusculum compilavit.[4]

Haec non affirmo, sed coniicio et sapientiorum iudicio

(1) Ita dicta fuit quia initio refertur epistola trium Sociorum, scilicet fratrum Leonis, Ruffini et Angeli.

(2) Sic, v. g., cap. LXXV, *De conversione fratris Sylvestri*.

(3) *Analecta Bollandiana*, t. XIX, pp. 119-197: *La Légende de S. François d'Assise dite « Legenda trium Sociorum »*: « J'ai abouti à cette conclusion que la légende traditionnelle des trois compagnons est un habile pastiche, datant au plus tôt de la fin du XIIIe siècle ». — Cf. dissertationem citatam, *La Légende de S. F. dite « des trois compagnons »*.

(4) Codices semper incipiunt: « Haec sunt quaedam scripta per tres socios beati Francisci, de vita et conversatione eius in habitu saeculari, de mirabili et perfecta conversione eius, et de perfectione originis et fundamenti ordinis in ipso et in primis fratribus ». Sed quis non videt haec verba nullatenus pertinere ad opusculum?

propono. Quod in ea opinione potissimum me confirmat est omissio in opere Thomae quarumdam narratiuncularum, quae in *Speculo* habentur et quae videntur revera ex scriptis Sociorum excerptae. Illas praetermisit scriptor Legendae quia, consentientibus Sociis, arbiter designatus a Generali, illius erat decernere inserenda vel omittenda. Dixerant enim in epistola: « Quae scribimus poteritis facere inseri (in legendis) si vestra discretio viderit dignum ».

Caute vero agendum est in discernenda quae sunt vere Sociis tribuenda inter omnia in *Speculo* collecta, ubi deest conformitas cum Legenda. Hanc enim habet opus Thomae utilitatem, quam agnoscere deberent illius detractores, quod velut Lydius lapis qui aurum ab aliis metallis decernit, ipsum authenticas narratiunculas manifestat. Etenim tales habere possumus illas quas accepit Thomas et suo decoravit eloquio, dum aliarum, hoc testimonio destitutarum, authenticitas remanet incerta.

Chronica XXIV Generalium supra citata de hac Legenda Thomae addunt: « quae dicitur *Legenda antiqua* ». Non est hic locus dissertationem instituendi de opere tali nomine designato, quod diversum est a Legenda nostra; attamen quidam, evulgata Legenda sancti Bonaventurae, quae dicebatur *nova*, ita nominaverunt opus Thomae.(1)

De differentiis inter recensiones quas praebent duo codices cogniti, in quibus hoc opus invenitur, loquar in alia parte praesentis Introductionis, quae de Codicibus tractat.

III. *Tractatus Miraculorum.* — In Prologo Legendae primae, divisionem illius in tribus opusculis declarans, Thomas scribebat: « In (primo) miracula pauca de multis, quae

(1) Sic ipse scriptor Chronicarum, p. 8. — Franciscus BARTHOLI, *Tractatus de indulgentia S. Mariae de Portiuncula*, Legendam primam hoc nomine designat. Ed. Sabatier, Paris 1900, p. 4 et 32. — Bartholomaeus Pisanus licet distinguat Legendam antiquam a Legenda fratris Thomae, attamen uno loco scribit « Frater Thomas in Legenda beati Francisci antiqua sic dicit », Fruct. XXVIII, ed. 1513, fol. 194, c. 3. Semel citat ad litteram Leg. I.: Fr. XVIII, fol. 161, c. 3, et saepius Leg. II. Aliquandoque sub nomine Legendae antiquae inveniuntur extractiones Legendae I, uti v. g. descriptio hominis exterioris, Fr. X, fol. 98, c. 2.

ipso vivente in carne Dominus Deus noster per eum operari dignatus est inseruntur ». Et subiungebat: « Tertium vero miracula multa continet, et plura tacet, quae cum Christo regnans in caelis, gloriosissimus Sanctus operatur in terris ».(1) Iterum in Prologo Legendae secundae dicebat: « Miracula quaedam interseruntur prout se ponendi opportunitas offert ». Sed haec non erant satis piae fratrum curiositati, qui, ut praecepto Capituli Ianuensis parerent, signa et prodigia beati Francisci collegerant, et cupiebant legere in unum collecta omnia illa miracula, quae Patris eorum sanctitatem ostendebant et confirmabant.(2)

Quapropter beatus Ioannes a Parma, qui post Crescentium electus fuerat in generalem Ministrum, « praecepit multis litteris fratri Thomae de Celano ut vitam beati Francisci... perficeret, quia solum de eius conversatione et verbis, in primo tractatu, de mandato fratris Crescentii Generalis praedicti compilato, omissis miraculis fecerat mentionem. Et sic secundum tractatum, qui de eiusdem sancti Patris agit miraculis, compilavit, quem cum epistola quae incipit *Religiosa nostra sollicitudo*, misit eidem Generali ».(3)

(1) In tertio opusculo referuntur « miracula quae coram domino Papa Gregorio perlecta sunt et populo nuntiata ». Vid. p. 136 et ss.

(2) In prima Legenda Thomas a narratione miraculorum se expediebat hiis verbis: « Verum non quia miracula quae sanctitatem non faciunt sed ostendunt, sed potius excellentiam vitae ac sincerissimam conversationis ipsius formam decrevimus explanare... » (p. 72: 12). In epistola ad Generalem, verba Thomae quasi ad litteram describentes, Socii dixerant: « non contenti narrare solum miracula quae sanctitatem non faciunt sed ostendunt, sed etiam sanctae conversationis eius insignia et pii beneplaciti voluntatem ostendere cupientes... ». At illud axioma iam Thomas mutuatus erat a S. Gregorio Magno docente « corporalia illa miracula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem faciunt » (*Lib. II quadraginta Homiliarum in Evangelio.* Hom. 29. MIGNE, *Patr. Latin.* t. 76, c. 1216). Haec homilia legitur infra octavam Ascensionis Domini, et licet hodie in Breviario Romano omittatur locus recitatus, probabilius olim inveniebatur in libris liturgicis.

(3) *Chronica XXIV Generalium*, *l. c.*, p. 276. — Memoria teneantur verba Chronicarum quae heic, et loco prius citato, memorant *primum* et *secundum* tractatum.

Haec epistola hucusque non fuit inventa, nam unicum exemplar hodie cognitum praefati Tractatus Miraculorum sine ullo prologo incipit. Aliae autem notae authenticitatis in eo sunt quae nihil dubii relinquunt.(1) Verba quibus concluditur apprime consonant cum dictis Chronicarum. Ait enim auctor: « Minime ad haec scribenda nos vitio vanitatis ingessimus,... sed rogantium fratrum extorsit haec importunitas et nostrorum perfici iussit auctoritas praelatorum ».

In illo tractatu multa miracula iam in duabus legendis narrata inseruntur, licet quandoque brevius factum referatur. Quoad vitam vero Sancti pauca nova referuntur, et sunt: usus beati Francisci depingendi signo thau cellarum parietes (p. 343: 33), ac tria facta iam cognita a sancto Bonaventura qui illa ab eo desumpsit, scilicet quomodo apud Senas oves, ab ipso beato Viro salutatae, magnis balatibus salutationis rependerunt applausum; de cantu alaudarum in hora transitus ipsius (Mir. 31 et 32); et casum militis qui Celani eum ad prandium invitaverat (Mir. 41). Aliam particularitatem, circa infirmitatem Sancti in reditu ex Hispania, et quomodo providentia ipsi occurrit in via, iam in parte nota fecerat *Liber de laudibus* (Mir. 34).

Maximi autem momenti est relatio adventus dominae Iacobae de Septemsoliis ante ultimum diem Sancti Francisci, quae omnem haesitationem tollit et genus nobilis feminae clare manifestat.(2)

IV. *De ordinatione Capituli generalis an. 1266.* — Antequam ad opuscula liturgica fratris Thomae deveniam, necessario aliquid dicendum est de ordinatione facta in Capitulo generali Parisiis celebrato anno 1266.

(1) Dissertationem de authenticitate huius Tractatus non instituo. Clare et abunde fuit demonstrata a P. Van Ortroy in *Analectis Bollandianis*, quum primum hoc opusculum edidit; t. XVIII, pp. 81 et ss.

(2) Mirac. 37-39. — « Iohannes Frigia Pennates, tunc puer, postea Romanorum proconsul et sacri palatii comes ». Haec verba quae in lucem proferunt nobilem Iacobam fuisse uxorem Gratiani *Frangipani* et matrem Ioannis heic designati, mihi copiam fecerunt scribendi opusculum circa sanctam Francisci amicam, « *Frère Jacqueline* ». — *Etudes Franciscaines*, t. II, et etiam distincte editum.

In comitiis Narbonensibus (1260), ait Waddingus, rogaverunt patres sanctum Bonaventuram, ministrum generalem, « ut ablata varietate multarum legendarum, ex diversis historiarum fragmentis, quae de sancto Francisco circumferebantur, gravem et sinceram ipse conciinnaret historiam ».[1] Diversa enim erant scripta, sed nullum totam vitam Sancti absolute enarrabat, necesse ergo erat omnia fragmenta in unum colligere et coaptare, ut haberetur opus unicum sed completum, quod vere dici posset Legenda, seu narratio continua, quam fratres legere valerent tam in officio divino quam in mensa communi.[2]

Pergit Annalista: « Quibus licet responderit plures sibi superesse curas officii, quam ut ad seria studia posset attendere, tandem acquiescens in se assumpsit onus gesta sui Institutoris narrandi... Legendam autem hanc compilavit anno sequenti Parisiis, (1261)... Hanc in compendium redegit vir sanctus, ad preces cuiusdam episcopi Galli, quae *Legenda minor* nuncupatur... Utramque historiam, longiorem et breviorem, obtulit triennio post in comitiis Pisanis fratribus Ordinis, quas reverenter cum gratiarum actione, suppressis aliis quibusque Legendis, admiserunt ».

Utrum res ita se habuerint asserere non auderem, eo quod talis suppressio decreta fuit in Capitulo celebrato Parisiis anno 1266: « Item praecipit generale capitulum per obedientiam quod omnes Legendae de beato Francisco olim factae deleantur, et ubi extra ordinem inveniri poterunt, ipsas fratres studeant amovere, cum illa legenda quae facta est per generalem ministrum fuerit compilata prout ipse habuit ab ore eorum qui cum beato Francisco quasi semper fuerint et cuncta

(1) *Annales Minorum*, ann. cit., n. 18. — « Id nullatenus attentassem, nisi me Fratrum fervens incitasset affectus, generalis quoque Capituli concors induxisset instantia ». *Prologus Leg. maioris.*

(2) Codex Vaticanus 7570 sequentem praebet monitionem: « Haec maior vita, sive legenda beati Francisci, pro aedificatione fratrum, in loco quolibet habeatur et potest legi ad mensam per totam octavam natalis beati Francisci. Minor autem legenda, quae de hac excerpta est, poni debet in libris choralibus... »; S. BONAVENTURAE *Opera omnia*, t. VIII, p. LXXXVII.

certitudinaliter sciverint, et probata ibi sint posita diligenter ».[1]

Quaenam autem erat vis huius ordinationis in mente Capituli generalis? Quidam volunt tale decretum fuisse tantum de Legendis liturgicis,[2] et haec opinio potissimum confirmatur insertione praesentis decreti in collectione ordinationum *unice* liturgicarum, quam praebet quidam codex Bibliothecae Vaticanae,[3] et aequiparatione cum ordinatione aliquot ante annos lata in Ordine Praedicatorum, de Legenda sancti Dominici inserta in Lectionario.[4] Alii autem contendunt in illo praecepto contemplatas esse omnes legendas quascumque,[5] et illud confirmant forma generali decreti in quo dicitur « omnes legendae olim factae », et impossibilitate constringendi alios ad liturgiam mutandam, praesertim accipiendo legendam sancti Bonaventurae. Attamen negari non potest ab illis etiam legendas liturgicas, extra ordinem

(1) Hoc decretum primus edidit P. Rinaldi (p. XI edit. Legendarum) ex codice hodie deperdito Bibliothecae coenobii S. Francisci Eugubii. A. G. Little illud invenit in collectione Ordinationum capitulorum generalium (Ms. Phillips 207), quam partim edidit (*The English historical Review*, t. XIII, pp. 704–708) et textum ab illo editum retuli. Postea idem decretum invenit P. Van Ortroy in codice 429 Reginae Sueviae apud Bibliothecam Vaticanam (*Analecta Bollandiana*, t. XVIII, p. 174). Codex ille est vetus martyrologium, quod fuit ad usum fratrum Minorum Pontisarae (Pontoise), et ad cuius finem additae sunt ordinationes liturgicae Capitulorum generalium, ff. 91–104, decretum habetur f. 103 a., post ordinationem de commendatione facienda in Memento tam vivorum quam defunctorum « recommendatorum ministri et capituli generalis ». Sequitur decretum capituli an. 1269 de missa B. V. Mariae celebranda die Sabbati. In hac collectione omittuntur ordinationes quae non spectant ad liturgiam.

(2) *Etudes Franciscaines*, t. I, p. 656; *Analecta Bollandiana*, loc. cit.; *Miscellanea Francescana*, t. VII, p. 159.

(3) Vid. supra, nota 1.

(4) « Mandat magister quod Fratres utantur legenda beati Dominici quae inserta est in lectionario, et aliae deinceps non scribantur ». *Monumenta ordinis fratrum Praedicatorum historica*, t. III, p. 105. *Acta Capitulorum generalium*. Hoc decretum latum fuit anno 1260. Cf. *Acta SS.*, t. I Augusti, die 4: de S. Dominico, n. 18.

(5) Cf. LEMMENS, *Documenta franciscana*, pars II, p. 11.

usitatas, in hoc decreto complecti et difficultas non erat maior pro illis quam pro aliis. Impossibilitas vero quam inveniunt aliqui in nimia extensione legendae minoris, solum probat illos numquam libris liturgicis studuisse, nam quando legenda longior erat, pars tantum ponebatur in breviario. Quin alia exempla requiram, infra citantur quinque breviaria in quibus tantummodo partes Legendae liturgicae nostri Thomae inseruntur.

Quidquid igitur fuerit de mente Capituli, videtur illud praeceptum (generaliter) interpretatum fuisse. Id saltem testatur Angelus Clarenus, qui iam illo tempore aggregatus fuerat in Ordinem. « ... Quae scripta erant in Legenda prima, ait, nova edita a fratre Bonaventura, deleta et destructa sunt ipso iubente... ».(1)

Forsan in hoc decreto quaerenda est causa quare pauci codices Legendae secundae inveniantur. Forsan, dico, quia hoc etiam efficere potuit breve intervallum quo separantur compositio huius Legendae (1246-1247) et Capitulum Narbonense (1260). Certo certius minus diffusa erat quam Legenda prima, et quando edita fuit nova, quae omnia in unum colligebat et quae maiori fratrum numero satis erat,(2) in oblivionem deducta est.

(1) *Chronica tribulationum*, ap. *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte*, t. II, p. 265. — Recte animadvertunt docti PP. editores operum S. Bonaventurae: « Notandum tamen, ardentem Clarenum, scribentem *ipso iubente*, et aliquos recentissimos scriptores protestantes detrahere Bonaventurae, ac si ipse destructor litteraturae Franciscanae circa vitam S. Francisci fuisset. Decisio illa facta est a Capitulo, non a Bonaventura, qui certo ad imponendum aliis opus a se conscriptum prorsus incapax erat ». *Opera omnia*, t. X, *Dissertatio II*, p. 58, nota 6.

(2) Sapientiores sunt quam ut illas omittam praemonitiones PP. Editorum S. Bonaventurae: « Ut autem de hac S. Francisci vita iudicium feratur, illam non debemus metiri secundum regulam eam, quam recens scientia historica in iudicandis hominum vitis vulgo adhibere solet. Haec enim vim ponit praecipue in accurata rerum exteriorum gestarum, temporum aliarumque circumstantiarum indagatione et enarratione. Pro more illius aetatis S. Bonaventura alium sibi proposuit *principalem finem*, potius practicum quam scientificum, ac proinde etiam alium modum tractandi aliaque media ad hunc finem assequendum censuit eligenda. Salva rerum gestarum veritate, quam, ut ipse dicit, sollicite indagavit, eo fine elegit

Non omnes enim quaerebant in legendis argumenta adversus Communitatem Ordinis, uti fecerunt Spiritualium duces, et quum opus sancti Bonaventurae multorum piae devotioni responderet, decretum Capituli generalis, quod nobis hodie quasi incredibile videtur, certe ab eis qui illud tulerunt non ita aestimabatur abnorme. Iudicare enim debemus de actis antenatorum iuxta mentem ipsorum; lugere possumus quae fecerunt, sed saepe saepius intentiones eorum nota censurare ad nos non pertinet. Pro bono pacis, aiunt scriptores, latum fuit illud decretum. Quot et quantas ruinas coacervaverunt proposita minus laude digna! Scriptores protestantes praesertim adversus hoc decretum hodie insurgunt, et Vandalos conclamant eius conditores: minor tamen fuit probabilius numerus codicum, virtute huius ordinationis destructorum, numero bibliothecarum quas vastavit caeca rabies ipsorum et maiorum!

Quod ad legendas Thomae attinet ostendit decretum non fuisse tam rigorose observatum ut delerentur. Legendae primae non desunt exemplaria, secundae quidem rariora facta sunt, at illud decreto Capituli non est unice tribuendum (1)

res et descripsit, ut profectus legentium spiritualis promoveretur, devotio erga Sanctum et veneratio excitetur, ac summi Regis caelestis gloria augeatur Quapropter in hac vita scribenda magis intendit adumbrare sanctissimi viri vitam internam, in Christo absconditam vereque supernaturalem, quam exterioris vitae decursum secundum tempora, loca aliaque singulatim referre ». *Opera omnia*, t. VIII, p. LXXXVI. — Brevius dicam : antiqui sanctum depingebant, recentes hominem quaerunt. Illos in hoc studio culpare non audeo, magis enim me movent exempla sancti quem video hominem similem nobis, quam adumbratio cuiusdam entis quem diceres humani nihil habuisse.

(1) Novem codices adhibui ad praesentem editionem Legendae primae, et tres hodie deperditos, certe non virtute decreti praefati, indicavi. Bartholomaeus Pisanus prae manibus habuit Legendam secundam, Iacobus a Voragine primam saltem et Tractatum miraculorum (*Analecta Bollandiana*, t. XVIII, p. 174) sicut et compilator Chronicarum XXIV Generalium, qui litterarum auctoris citat prima verba, et ex illo deprompsit miracula plurima. — Aliunde pro aliis legendis eadem codicum penuria notatur, quin recurrendum sit ad ullum decretum proscriptionis; sic v. g. primae legendae sancti Antonii quatuor tantum codices supersunt et Legenda « Benignitas » nondum fuit inventa. Cf. *Collection d'études et de documents sur l'histoire religieuse et littéraire du moyen âge*, t. V, Paris, 1904.

sed etiam menti eorum qui alia opera illi anteponebant, « ideo, ut formula Thomae utar, bene ait saecularis poëta »:

Pro captu lectoris habent sua fata libelli! (1)

V. *De opusculis liturgicis.* — 1° *De Legenda breviata ad usum chori.* Huius Legendae prooemium clare indicat breviatorem fuisse Thomam. Scripta fuit instante quodam fratre Benedicto, qui putatur Benedictus ab Aretio, (2) antequam Legendam secundam compilaret, cum ex partibus authenticis constet nihil in ea inveniri quod iam in prima non habeatur, nisi miracula quaedam excipias, quae forsan, quum primum opus perfecit, nondum fuerant patrata, vel ad auctoris notitiam minime pervenerant. Attamen posterior est translationi corporis sancti Francisci cum in ea memoretur resurrectio cuiusdam mortui in Alamannia, quae tunc ab ipso Pontifice Gregorio IX solemniter fuit attestata. (3)

2° *De Sequentiis.* Waddingus de operibus Thomae disserens ipsi tribuit « Sequentias tres, quarum prima incipit: *Fregit victor virtualis*; secunda: *Sanctitatis nova signa*; tertia: *Dies irae dies illa.* Duae priores, quae sunt ad laudem sancti Francisci concinnatae, in hac editione inseruntur, ut simul coniuncta habeantur quae de sancto Patre pius Thomas conscripsit. De tertia nihil proinde dicetur; aliunde non desunt opera quae de illa ex professo tractant. (4)

VI. *De Legenda sanctae Clarae.* — Thomas scripsit etiam Legendam sanctae Clarae post illius canonizationem, iussu Pontificis Alexandri IV, qui eam Sanctorum catalogo adscripserat, anno 1255. Prologus Legendae, licet habeatur sola

(1) Terentianus Maurus, *De litteris, syllabis et metris ad filium et generum Liber*, Venetiis, 1503.

(2) De fratre Benedicto ab Aretio cf. *Miscellanea Francescana*, t. VIII, pp. 6-8; Lemmens, *Catalogus sanctorum fratrum minorum*, Romae 1903, p. 14.

(3) Cf. Bulla « Mirificans », 16 maii 1230. *Bullar. Francisc.* t. I, p. 64. — Alia miracula ibidem narrata (p. 443, 15) fusius describuntur in Tractatu miraculorum.

(4) Praesertim commendatur recens opus Philippi Ermini, *Il "Dies irae" e l'innologia ascetica nel secolo decimoterzo*, Roma, 1903.

versio italica principii eiusdem, hanc attributionem confirmat. « Al santissimo in XPO Padre signore mio per divina providentia della sacrosanta Romana Ecclesia sommo Pontefice Alessandro quarto frate Tomma da Celano con votiva subiettione si raccomanda con gli devoti baci degli beati piedi ».[1] Etiamsi tale *incipit* non haberetur attenta lectio huius Legendae sufficienter indicaret scriptorem, cuius dicendi genus proprium quibuscumque paginis deprehenditur.[2] Hoc autem nullatenus dici potest de Legenda sancti Antonii, quam quidam eidem Thomae vellent adscribere. Alteri curam edendi Vitam beatae Clarae relinquo, ut brevi illud eveniat exoptans.

(1) *Il Codice Magliabechiano della Storia di S. Chiara*, epistola cl. Abbatis Cozza-Luzi ap. *Bollettino della Società Umbra di Storia Patria*, vol. I, fasc. 2. In prooemio etiam huius versionis italicae nomen auctoris Legendae designatur. « El quale (Alexander IV), poi che al catalogo delle sante vergini hebbe questa santissima ascritta, comandò al santo frate Tomma da Celano, già compagno et discepolo di santo Francesco, el quale ancora per comandamento di papa Gregorio .9. haveva scritta la prima leggenda di esso beato padre Francesco, che ancora scrivesse questa della preclara memoria vergine Clara ».

(2) Longius foret omnia reportare, pauca referam iuxta editionem Bollandianam, *Acta SS.* t. II Augusti, die 12. « Num. 3: mentem compassivam gerebat, *miserorum miserias miserantem*; n. 9: *crescit* animus bello *crescente*; n. 10: *frangit* sui corporis alabastrum ut domus Ecclesiae repleatur *fragrantia* unguentorum; n. 11: *penetrat penetralia*, ... a superbi sanguinis *genere* sancta humilitate *degenerat*; n. 12: *timor* non *tumor*; n. 13, *saeculo* foris relicto, sine *sacculo*; n. 28: devotionis *affectus*, *effectus* ostendit; n. 36: non ibi *fluida loquela fluidum loquitur* animum, nec verbi *levitas levem* prodit affectum ». Non solum huiusmodi iterationes verborum produnt scriptorem, sed tota legenda ipsa clamat Thomae a Celano nomen.

CAPUT III.

De Codicibus.

I. Legenda prima.

Barcinonensis. Codex membranaceus, saeculi XIII, 370×250 mm., fol. 178, 2 col.

Hodie adservatur in Archivo Regni Aragoniae, *Archivo general de la Corona de Aragon*, Barcinone, inter antiquos libros manuscriptos monasterii Rivipullensis, *Ripoll*,[1] sub numero 41 (in dicto monasterio 61) Titulum sequentem profert: « Iste liber est de penis infernalibus et Barlaam, et vita beati Benedicti, et de vita et miraculis beati Francisci, et debet manere in armario claustri ».

Continet: ff. 1-2: Decretum cuiusdam Capituli Ordinis S. Benedicti, quod incipit: « In nomine Domini, anno eiusdem M°CC°XX septimo, die S. Martini, abbates et priores Ordinis Sancti Benedicti per Aragonensem provinciam constituti... ».

ff. 3-34: Incipit Liber de penis infernalibus.

ff. 35-105: Incipit Liber gestorum Barlaam et Yosaphat servorum Dei, greco sermone editus a Iohanne Damasceno viro sancto et erudito (versio latina).

ff. 105-142: De residuis vitae Ioannis Alexandrinorum Antistitis per Leoncium factae. Vita Sancti Brendani Abbatis.

ff. 143-178: Vita Sancti Francisci. Explicit f. 178 a.

Codex ille unus est ex antiquioribus in quibus Legenda Sancti Francisci invenitur, at nescio quo fundamento fulti qui-

(1) Monasterium Sanctae Mariae perpetuae Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, territorii Rivipullensis, dioecesis Ausonensis (*Vich*), erectum fuit anno 888 (Chevalier, *Topo-Bibliographie*, c. 2559). Occasione dedicationis ecclesiae, 15 ian. 1032, habitus est conventus Episcoporum in dicto monasterio (Labbe, *Concilior. Collect.*, ed. Venet. 1730, tom. XI, c. 1275). Incendio vastatum est anno 1835 et tunc 233 codices e flammis erepti sunt, quorum maior pars in Archivo Regni Aragoniae fuit reposita (I. Carini, *Gli archivi e le biblioteche di Spagna*... Parte I, p. 27. Palermo 1884).

dam illum dicebant autographum ipsius Thomae a Celano: siquidem ad calcem operis amanuensis addidit:

Poncius exoret Franciscus pro te ut oret
Gloria sit Christe quem liber explicit iste
Finito libro reddatur gratia Christo
Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus
Qui scripsit scribat per multa tempora vivat.

Huiusce codicis, quem in hac editione sequor, accuratissimum apographum habui fraterna benevolentia A. R. P. Francisci Xaverii ab Arenys-de-Mar, nostrae provinciae Catalauniae Ministri Provincialis, cui gratitudinem ex animo testatam publice volui. (De methodo in editione observata vide infra cap. VI).

Ebroicensis. Cod. membr., saec. XIII, 290 × 210 mm., fol. 136, hodie repositus in Bibliotheca civitatis Ebroicensis et catalogo adscriptus sub num 111.[1] Fuit olim celeberrimi Monasterii, Ordinis Sancti Benedicti, Beatae Mariae de Lyra, in dioecesi Ebroicensi.[2]

Continet opuscula varia, diversis temporibus scripta:

ff. 1-2 transcriptae sunt tres Bullae Innocentii III quae ad Terrae Sanctae necessitates spectant et directae (I et III) Archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis et etiam (II) universis Christifidelibus in provincia Rothomagensi constitutis. (3)

ff. 3-29 a: Severi Sulpicii dialogi tres de virtutibus sancti Martini.

ff. 29 b-32 b: Epistolae eiusdem ad Eusebium presbiterum ... et ad Aurelium diaconum.

ff. 33 a-67 b: Glosa in evangelium secundum Ioannem.

ff. 68 a-92 a: Petri Lombardi Sententiarum liber I.

ff. 93 a-128 a: Vita beati Francisci.

ff. 129 a-136 b: Historia de excidio Troje.

(1) *Catalogue général des Manuscrits des bibliothèques publiques de France.* Départements, t. II, p. 454, Paris, 1888.

(2) Fundatum anno 1046 (CHEVALIER, *Topo-Bibl.*, c. 1075).

(3) « Graves orientalis », ap. Lateran., 6 kal. ian., an. II, 27 dec. 1199. — « Nisi nobis dictum », ibid. 2 non. ian., an. II, 4 ian. 1200. — « Vir unus », ibid., an. VIII, 1205. — Cf. POTTHAST, *Regesta Pontificum Romanorum*, tom. I, 922, 935, 2518; MIGNE, *Patr. Latin.*, t. 214, c. 828, 832; t. 215, c. 634. Eaedem litterae apostolicae per totum orbem catholicum fuerunt mandatae.

Ille codex non describitur in catalogo manuscriptorum huius monasterii quem edidit Montfaucon.[1] Iam praebet textum Legendae non ita genuinum ac praecedens et alii. Opinarer facile amanuenses codicem describendo paulatim variantes induxisse, quarum numerus successivis in apographis semper, ut assolet, excrevit.

Heidelbergensis. Cod. membran., 258×185 mm., fol. 180, qui, uti legitur in folio operculo agglutinato et initio manuscripti, fuit olim Monasterii Ordinis Cisterciensis Sanctae Mariae Virginis in Salem.[2] Hodie invenitur in Bibliotheca Universitatis Heildelbergi, in Ducatu ab Aquis Ameliis (Baden) in Germania dicto. Codex ille signatus « Sal. IX, 24 », varia opera continet diversis temporibus scripta, et sunt:

I. Saec. XIII, 2 col. — ff. 1 a-47 b: In nomine sanctae Trinitatis incipit prologus. interpretis regulae Sancti Basilii episcopi.

ff. 47 b-51 b: Sermo ad monachos de obedientia et stabilitate: « Instruit nos... ».

ff. 51 b-54 b: Incipit Regula Sancti Columbani (incomplet.).

II. Saec. XI, plena facie. — ff. 55 a-99 a: Prologus Vualafridi Strabonis de Vita Sancti Galli: « Nisi me sanctarum... ».

ff. 99 b-117 b: Incipit praefatio de vita et virtutibus beati Otmari.

III. Saec. XIII, 2 col. — ff. 118 a-150 a: Vita sancti Patris Francisci.

ff. 151 a-169 b, plena facie: Incipit prologus in vitam Sancti Dominici primi patris ordinis Praedicatorum: « Multifarie multisque... ».

ff. 169 b-170 a: Explicit vita Beati Dominici confessoris. — Passio militum decem milium.

ff. 170 b-172 b: Incipit passio Longini martiris qui lancea latus Domini perforavit: « In diebus Domini nostri... ». Explicit: « Haec acta sunt in Cesarea Capadocie decimo kal. decembris sub praeside Octavio, regnante Dño n. I. C.... Amen ».

ff. 173 a-180 b, 2 col.: Incipit vita fratris Hugonis De Tennebach: « Omnipotens Deus... ». Explicit: « Per omnia saecula saeculorum. Amen ».

(1) *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova*, Parisiis, 1739, t. II, pp. 1256-1261.

(2) Monasterium Sanctae Mariae in Salem, Salmansweiler, uno milliario distans a civitate Uberlinga, erectum fuit anno 1138 (CHEVALIER, *Topo-Bibl.*, c. 2817) et anno 1803 fuit saecularizatum, tunc bibliotheca Universitati Heidelbergensi fuit unita.

Licet Rosedale [1] Vitam S. Francisci scriptam reputet saeculo XIV ineunte, alii, non minoris auctoritatis, eam ante medium saeculum XIII exaratam iudicant, inter quos cl. P. Fidelis a Fanna Ord. Min., qui Europae bibliothecas lustrans ad parandam editionem Operum Sancti Bonaventurae, hunc codicem inspexit et in tabulis suis notavit, unde mihi fuit cognitus fraterna charitate P. Leonardi Lemmens, O. M., in praesenti superioris Collegii Sancti Bonaventurae ad Claras Aquas, qui pariter ex eisdem tabulis mihi indicavit codicem Wirceburgensem de quo infra. Publicas gratias praelaudato P. Lemmens rependere laetor. Romae prae manibus hunc codicem habui, petitionem meam benigne commendante Illmo Dño de Rotenham, Borussiae Ministro apud Sanctam Sedem. Non paucas variantes ex illo collegi, quas adscribendas aestimo amanuensi parumper incurioso.

Londinensis, in Museo Britannico adservatus, sic describitur in Catalogo manuscriptorum bibliothecae Harleianae: [2]

47. Cod. membran. in fol. min. a diversis Librariis exaratus, in quo continentur:

1. Tractatus S. Bernardi Abbatis super Canticum de Evangelio, sc. Magnificat. 1 b.

2. Meditationes S. Bernardi Abbatis Clarevallis. 4 b.

3. Vita S. Francisci: cui praemittitur Prologus qui sic *Incipit* « Actus et Vitam... ». 13.

4. Liber Questionum S. Augustini Episcopi ad Orosium Presbyterum vel Dialogus Augustini ad Orosium Presbyterum. 44.

Rosedale, qui sedulam profitetur se curam impendisse in dicto codice examinando, nonnulla addit in descriptione codicis, scilicet mensuram foliorum esse 275 × 190 mm., et 43 eorum numerum, pro parte quae ad nos attinet, et sunt duabus columnis exarata. Praefatus Rosedale non solum retinet

(1) *St Francis of Assisi*, London, MCMIV. Fusius infra de hoc opere dicam.

(2) *A Catalogue of the Harleian Manuscripts, in the British Museum*, vol. I. London, 1808. Eodem modo iam descriptus erat in Catalogo anno 1759 edito.

Vitam S. Francisci ante medium saeculum XIII scriptam, et proinde dictum codicem omnibus aliis antiquiorem, sed eo usque pergit ut eumdem innuat esse ipsum fr. Thomae autographum.

Praefati codicis textum summa cum diligentia recognovit benevole cl. vir J. H. Reddau, qui mei causa labori improbo se accinxit, sed in transmittendo apographum ita imperitiam exaggeravit, quod non sine quadam oscillatione eo usus sim, licet summam gratitudinem ipsi testari ex animo velim.

Monspessulanus, ita dictus eo quod in Bibliotheca Scholae Medicorum Montpellier hodie servatur sub num. 30,[1] fuit olim, ut legitur in fronte libri, « Codex MS. Bibliothecae Buherianae A . 24 . MDCCXXI », cum titulo: « Passionale vetus ecclesiae S. Benigni Divionensis[2] incipiens a passione S. Catharinae et desinens in vita S. Francisci ». Codex ille membranaceus, in fol., 440 × 340 mm., numerat ff. 271, 2 col., cui addere sunt ff. duo, unum pro titulo et aliud pro Indice. Multas Sanctorum Legendas continet, variis temporibus (saeculis XII-XIV) scriptas, quarum prima est « Passio beatae Katherinae virginis et martyris ».

(1) *Catalogue général des manuscrits des Bibliothèques publiques des départements*, Tome I, Paris, 1849. Iam fuerat descriptus a Doct. MAITZ: *Handschriften der Universitätsbibliothek zu Montpellier* (Reise nach dem südlichen Frankreich, 1837) apud G. H. PERTZ: *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, VII Band, ss. 195-196, Hannover, 1839. Licet codex ille adscriptus fuerit Bibliothecae Buherianae anno 1721, non enumeratur a Montfaucon inter Codices Mss. viri clarissimi et doctissimi Bouhier, in suprema Divionensi curia praesidis (*Bibliotheca bibliothecarum*, col. 1346). Prosapia Bouhier plures viros scientia et magistratu celebres nominat, inter quos peculiari mentione dignus est Ioannes Bouhier, huius manuscripti possessor; Rosedale, inter alia quae de illo codice refert, somniat Ioannem istum praesidem fuisse Aureliani (Orléans); qui Divione natus 1673, ibidem obiit an. 1746. Bibliothecae Buherianae hodie dispersae codices inveniuntur Parisiis, Trecis, Divione et Monte Pessulano.

(2) Monasterium benedictinum Sancti Benigni Divionensis erectum circa annum 509 (CHEVALIER, *Topo-Bibl.*, c. 2672) bibliothecam copiose instructam non videtur habuisse (OMONT, *Catalogue général des Mss. des Biblioth. publ. des départements*, tome V, Dijon. Paris, 1889).

Legenda Sancti Francisci incipit fol. 257 et cum fol. 271 explicit manca, in capite IX secundi opusculi, hiis verbis « suspiriis ostendebant » (in praesenti editione p. 117 : 16). Angulus superior fol. 264 conscissus fuit et sic desunt ex parte quinque primae lineae col. 2 et 3 huius folii.

Hanc legendam scripsit librarius parum litteratus, qui errores multiplicavit ita evidentes, quod in notis saepe huius codicis non feci mentionem, quia ad textum originale restituendum variantes quas praebet nihil conferunt.

Ossecenus, seu monasterii Cisterciensis Osseci (Ossegg) in Bohemia,[1] est unicus codex, ex illis qui heic citantur, qui non migraverit ab una bibliotheca ad alteram. Ita describitur in opere *Xenia Bernardina*:[2]

48. Cod. chartaceus, saec. XIV, fol. 225, in-fol. (296 × 210 mm.), 2 col.

f. 1 a. Postillae. Incip.: « Ecce rex tuus ... ». Expl.: « Cum Holofernes offendisset civitates Israel. Dic historiam ».

f. 84 b. Incip.: « Angelus Domini descendit cum Anania... ». Expl : « in pelago quidam flos pulcherrimus oritur ... » (incompl.).

f. 85 a. Secunda pars novi passionalis. Incip.: « Maria interpretatur ... ». Explicit secunda pars novi passionalis.

f. 182 a. Sermo de S. Bernardo. Incip.: « Infra octavam Virginis gloriosae ... ». Expl.: « et merito passionis altero ipse concentus altius in dona ».

f. 183 a. Sermones de passione Iesu-Christi. Incip.: « Scietis quia post biduum ». Expl.: « moriebatur ex obedientia patris et non involuntarie ».

f. 196 a. Visio cuiusdam militis Hybernicensis de aedificatione multorum conscripta. Incip.: « Venerabili ac Deo devotae Dñae B... fr. Marcus ... ». Expl.: « quatenus illi placeas ... Iesu Christo D. N... saeculorum. Amen ».

f. 204 b. « Incipiunt quaestiones diversae. Homo quare dicitur... ». Expl.: « cum fratre Iohanne Maria ».

f. 206 a. Vita S. Francisci.

Gaudeo me posse gratias agere R. P. Ambrosio Tölg, huius monasterii bibliothecae praefecto, qui textum praefati

(1) Monasterium Ossecenum erectum fuit anno 1194 (CHEVALIER, *Topo-Bibl*, c. 2208).

(2) Pars II, *Die Handschriften-Verzeichnisse der Cistercienser-Stifte*, vol. II, p. 138, Vindobonae, 1901.

codicis accurate recognitum mihi transmisit necnon et Revmo Abbati Meinrado. Rosedale hunc codicem inspexit illumque saeculo XV referri posse reputat; contenditque textum magnam habere conformitatem cum illo quem edidit Rinaldi, maxime in eis quae addit vel omittit. Talem conformitatem invenire non valeo, sed multas dissimilitudines cum aliis codicibus in illo sunt notandae et, meo quidem iudicio, non quaerenda est earum fons nisi in mente amanuensis, qui forsan Thomae a Celano dicendi formam barbaram ducens, raro quidem verba sed saepissime verborum ordinem commutavit; has variantes, quando solam structuram tangunt, omisi.

Oxoniensis in *Catalogo Codicum MSS qui in Collegiis Aulisque Oxoniensibus hodie adservantur*,[1] ubi de Codicibus Collegii Corporis Christi, sequenti modo indicatur:

CCII. Membranaceus, in 4to minori, ff. 94, sec. xiii.

1. S. Francisci vita, in tria opuscula distincta, auctore Bonaventura, sive cuiuscunque sit. fol. 1.... Praemittitur, manu G. Fulman, notitia ista: « Alia est ab illa quam scripsit Bonaventura, qui tamen hanc vidisse, aliquando et exscripsisse videtur ».

2. Fragmentum S. Francisci Regulae et officii. p. 95. — Incip. in cap. viii cum verbis « provincialibus et custodibus in capitulo Penthecostes ».

3. Regula S. Augustini de vita clericorum. p. 120. — Incip.: « Ante omnia, patres carissimi, diligatur Deus », ut inter opera Benedict. tom. i, col. 789. — In calce: « Explicit regula sancti Augustini de vita clericum (*sic*) ».

4. Expositio regulae S. Augustini [auctore Hugone de S. Victore]. p. 120. — Tit. « Incipit exposicio regule sancti patris nostri Augustini episcopi de vita clericorum ». Exstat impress. Diling. 1581.

Licet codex ille praefato in Catalogo non numeretur inter eos qui fuerunt olim Gullielmi Fulman C. C. C. (Coll. Corp. Chr.) socii et rectoris ecclesiae de Mesey Hampton, nota manu illius scripta et mentio quae in principio legitur « Ex dono Guill. Fulman... » omissionem auctoris catalogi indicant.

(1) Edidit Henricus O. Coxe, A. M. Bibliothecae Bodleianae Hypo-Bibliothecarius, Pars II, p. 80, Oxonii, 1852.

Rosedale advertit plurium scriptorum apographa in codice illo haberi, et folia 1-94 (153 × 113 mm.), 2 col., quae Legendam Sancti Francisci praebent exarata fuisse post medium saeculum XIII iudicat. Desunt in codice duo folia quae in editione praesenti respondent fragmento « sua ipsum recolligens... » (pag. 18 : 26); - « antiquitus constructa » (pag. 24 : 13). Finis pariter Legendae deest et explicit cum verbis « vir ille nimio » (pag. 146 : 3).

Post vitam Sancti Francisci hoc in codice invenitur fragmentum Regulae, quam sequitur Bulla Gregorii IX « Quo elongati », data Anagniae IIII Kal. octobris, Pont. ann. II (28 sept. 1230). Postea pag. 98 immediate incipit non officium sed missa *In natali Sancti Francisci*: « Gaudeamus omnes in Domino, diem... » (Rosedale legit: « Gaudiamus omnes in Domini Dei » !), quae explicit in Evangelio (Matth. XI): « Venite ad me omnes qui laboratis et onerati » (Rosedale legit: « laboratis et omnes » !).

Egregio viro Montgomery Carmichael, Liburni vice consule Angliae, qui inter historiae franciscanae cultores fama non mediocri gaudet, benevole pro me intercedente, Rev. Carolus Plummer, C. C. C. Socius et Capellanus, hunc textum diligenter recognovit, quibus me gratissimum profiteor.

Parisiensis inter codices Latinos Bibliothecae, hodie Nationalis dictae, repositus et signatus 3817, fuit olim Codex Colbertinus 153. Unita bibliotheca Colbertina bibliothecae Regiae signatus fuit: Regius $\frac{3596}{12}$, donec inscriberetur sub numero quem semper retinet. (1) Initio codicis legitur titulus « Homiliae Veterum », et incipit « Legenda in octava Pentecostes ». Vita Sancti Francisci huic codici fuit adiuncta quando ultimo compaginatus est, quia forsan eiusdem mensurae sunt folia (Codex 425 × 305 mm.; Legenda 410 × 305 mm.) et occupat folia 255-282. Desunt quatuor prima

(1) *Catalogus Codicum manuscriptorum Bibliothecae Regiae*, pars III, tom. III, Parisiis, 1744.

capitula et incipit in capite quinto sub initio « intrinsecus ad subitum » (in praesenti editione pag. 14 : 16).

Ad calcem legendae, fol. 282, col. 4, habetur notula, quae in hoc solo codice legitur, circa approbationem et confirmationem Gregorii IX. Sed illa notula manu diversa scripta fuit, et si legenda iudicatur a peritis saeculo XIII exarata, haec additio facta videtur saeculo XIV potius labente.

Wirceburgensis fuit olim Monasterii Ord. Cisterciensis Beatae Virginis de Ebrach,[1] unde, tempore non determinato, ad Bibliothecam Universitatis migravit, in qua signatur MS. Th. 107. Primum, forsan Ebraci, sub numero III, 14 adservabatur. Saeculo XVII eleganti operculo fuit donatus et tunc in unum compactae sunt duae partes quibus constat, ob aequalem mensuram foliorum (320 × 216 mm.), licet tunc secundae partis, seu Legendae S. Francisci, margines resecti fuere minori cura, unde tituli in eis scripti mutili remanserunt. Folia sunt 105 quorum 89 praebent secundam partem operis dicti « Speculum Virginum ». A fol. 90 ad ultimum, signatum 105, habes Legendam sancti Francisci quae tamen incompleta est et explicit in cap. IV opusculi II, cum hiis verbis: « non repugnabat sed et... » (in hac editione pag. 101 : 17). Haec mutilatio causa fuit cur huius codicis textum non usurpaverim ad meam editionem parandam, genuinus enim prae caeteris mihi videtur. Illum facillime recognoscere potui, beneficio excellentissimi Baronis de Cetto, Bavariae apud Sanctam Sedem Ministri, cuius commendatione Romae transmissum fuit hoc pretiosum volumen, quod mihi notum fecerat fraterna charitas P. Leonardi Lemmens.

Codices deperditi.

Joyacensis, seu Monasterii Cisterciensis Sanctae Mariae Joyacensis (Jouy-le-Châtel) in dioecesi Senonensi[2] solummodo cognitus ex citatione cl. Martene, in opere *Thesaurus*

(1) Monasterium Beatae Virginis de Ebrach fundatum fuit anno 1127 (Chevalier, *Topo-Bibl.*, c. 941).

(2) Erectum anno 1124 (Chevalier, *Topo-Bibl.*, c. 1578).

novus anecdotorum, ubi recitatur prologus cum hoc titulo: « Anonymi prooemium in vitam sancti Francisci scriptam ab eius discipulo », cum indicatione « Ex ms. Joyacensis monasterii ».(1)

Longipontis olim exsistens in bibliotheca Monasterii Cisterciensis huius loci (Longpont) in dioecesi Suessionensi.(2) Casimirus Oudin de codice et legenda sic loquitur: « Opus hoc quidem anonymum exstat MS in membrana in bibliotheca Longipontis, Ordinis Cisterciensis in Suessionensi tractu, has antiquitatis habens notas ut codex originalis videri possit ».(3) Et addit: « Huius exemplum a Iohanne Baptista Desnoiville, huius abbatiae Priore, ad me transmissum, meis curis ad Danielem Papebrochium destinatum ac receptum est ». — « Sic est », affirmat P. Suyskenius qui, defuncto P. Ioanne Stiltingo, gesta sancti Francisci illustranda suscepit et manuscripti Longipontis textum edidit, sed dolendum est P. Suyskenium, pro more suorum decessorum, textum codicis cum divisionibus et titulis capitulorum non edidisse, sed novas induxisse divisiones.

Lectio huius codicis iam multas variantes praebet, quarum nonnullae forsan tribuendae sunt scribae qui apographum Papebrochio transmissum exaravit, unde antiquitas, quam illi tribuebat Oudinus, admittenda non videtur, licet saeculo XIII ille textus possit adscribi.

Advertendum est insuper in editione nova *Actorum SS.* (Parisiis 1866), plures irrepsisse mendas typographicas quae non habentur in editione originali (Antuerpiae 1768). Quapropter huic editioni Antuerpianae steti in notatione variantium.

(1) MARTÈNE et DURAND, *Thesaurus...*, Parisiis, 1717, tom. I, c. 956. — SBARALEA illud prooemium ex hoc opere reportavit in *Supplemento ad Scriptores Ord. Minorum*, p. 672.

(2) Fundatum fuit hoc Monasterium anno 1132 (CHEVALIER, *Topo-Bibl.*, c. 1749).

(3) *Commentarius de Scriptoribus Ecclesiae antiquis*, Lipsiae, 1722, tom. III, c. 105.

Ad calcem Legendae quam edidit P. Suyskenius, ad fidem huius codicis Longipontis, habentur illi versiculi:

Sanctus pater atque rectus
Est Franciscus, caelo vectus
Transmigrans a saeculo.
Fit obliquus per hunc rectus,
Et, qui ligno fuit vectus,
Redit absque baculo.
Per hunc daemon est eiectus,
Sanitatumque profectus
Confertur in populo.
Qui repebat super pectus
Firmum vadit et erectus
Eius adminiculo.
Per hunc caecus intuetur,
Mutus loqui prohibetur
Nec linguae vincticulo.

Phaleronensis, seu conventus Minorum Conventualium Phaleroni, in Piceno et archidioecesi Firmana, cuius vicissitudines sic narrantur a P. Rinaldi: « Cum nuper, ait, in perexiguam bibliothecam coenobii Sancti Francisci Ordinis nostri Minorum Conventualium... a quodam extraneo inlatus postliminio fuisset codex membran. in-4, saeculi, ut puto, XIII, continens vetustam sancti Francisci Assisiensis Vitam, a me paulo ante, indicio per amicum accepto, frustra ibi quaesitus, illius loci fratres humanitate summa illum ad me Romam miserunt, laetusque in eo legi Vitam seraphici patris emendatiorem et perfectiorem editâ primo a Bolland. Acta SS. Collectoribus, to. 2 Octobris die 4, ex ms. monasterii Longipontis..., indeque exemplar qua potui diligentia meo usui confeci. At cum codicem ad eos, a quibus acceperam, elegantibus operculis ornatum remitterem, lator iuga conscendens asperi montis, qui post Interamnam occurrit, rebus suis a furibus spoliatus est, cum quibus etiam codex misere periit ». Ad hunc recuperandum, subiungit P. Rinaldi, omnis opera irrita fuit, et credendum est illum omnino esse deperditum. De editione huiusce codicis, ab eodem claro viro data, vide infra.

Assisiensis. Enumerandus est etiam inter codices deperditos vel destructos ille codex, cuius unum adhuc folium exstat, operculo codicis 351 bibliothecae Assisiensis, iam Sacri Conventus S. Francisci, conglutinatum.[1] Ex quatuor duae paginae solum legi possunt, aliae enim operculo adhaerent et in illis habentur duo fragmenta scilicet: finis capituli XXIV primi opusculi cum media parte sequentis, et pars capituli XXIX.

1. *inc.* mulier domum. . . . . pag. 68: 25
   exp. Uxor autem 70: 1
2. *inc.* praeconio extollebat. 82: 12
   exp. o bone Iesu, te admir[abilem] 83; 10

Hoc fragmentum humane mihi transcriptum a Paulo Sabatier postea inspexi et recognovi, et tribuendum videtur saeculo XIV ineunti.

II. Legenda secunda.

Assisiensis. Codex ille Bibliothecae Sacri Conventus, nunc in bibliotheca Communali depositus, catalogo inscribitur sub numero 686 et ita describitur:

Thomae a Celano vita S. Francisci: « Incipiunt rubricae... ». Segue nell'ultima pagina un ordine di condanna contro gli eretici, incantatori, fattucchieri e maliardi (sec. XV), di fr. Matteo Ranucci Sanese Inquisitore.[2]

Membr. sec. XIV, mm. 140 × 105, pp. 102.

Manus posterior, quam nonnulli haud sine fundamento credunt P. Ludovici Lipsin,[3] primo folio chartaceo operculo

(1) In illo codice saec. XIII, scriptus est « Tractatus de vita et passione beati Thomae Archipraesulis ». Cf. G. Mazzatinti, *Inventario dei manoscritti delle biblioteche d'Italia*, vol. IV, Forlì, 1894.

(2) Error est in hac indicatione, nam illae ordinationes sunt fr. Bartholomaei de Montepolitiano guardiani loci S. Processus, vicarii fr. Matthaei de Ranuccini de Senis in provincia Tusciae Inquisitoris. Papini notulam addidit memorans dictum Bartholomaeum institutum fuisse Vicarium a fr. Matthaeo circa annum 1410.

(3) Ludovicus Lipsin, al. Lipsius, anno 1756 Assisii praelo subiecit *Compendiosam historiam vitae S. P. Francisci in formam dialogi.* In approbationibus dicitur Ex-Provincialis et Sacri Conventus olim Custos.

adnexo hunc scripsit titulum: *Memoriale S. Francisci in desiderio animae, id est vita eiusdem S. Francisci a fratre Thoma de Celano, praenemorati S. Patris discipulo, conscripta.* Operculi tergo scriptum legitur: « 208, Thomae a Celano Vita 2ª ». Ad pedem primi folii habetur numerus 160, qui sicut et alter antiquas collocationes codicis indicant.

Hoc volumen longo tempore delituisse in archivo Sacri Conventus insinuat P. Rinaldi, dicens secundam Legendam « superioribus annis repertam fuisse in codice membran. ms., forte unico, archivi sac. conventus Assisiensis ab illius praefecto fr. Ubaldo Thebaldi sac. Theol. mag., cuius apographum... misit ad... Act. SS. Collectores Bolland. ». Quo apographo usus est praefatus Rinaldi, uti subtus dicetur, ad suam editionem parandam.

Codex ille, in quantum iudicare fas est, saeculo XIV labente fuit exaratus et numerat paginas 101 pleno folio conscriptas, in quibus lineae sunt inter 30 et 33. Litterae capitales alternate sunt rubrae et caerulaeae et paragraphorum tituli rubro charactere sunt exarati.

Si primo adspectu lectio facilis videtur, non tamen desunt obscuritates, et saepe studiosus haeret ante oculos habens verborum artationes et sigla quorum significatio latet. Diceres amanuensem quod transcribendum habebat manuscriptum non semper intellexisse, et tunc pro posse effinxisse characteres exemplari consimiles, aliquando etiam spatium reliquit vacuum. Quidam illi codici studens, forsan P. Thebaldi, pluribus in locis obscuris correctiones attulit, at non semper recte; mihi autem ad securius legendum non parvi iuvaminis fuit codex Massiliensis, licet saepe saepius opus fuerit patientia in comparatione artationum et notularum inter se. Gratias etiam agere debeo permaximas professori Leto Alessandri, bibliothecae praefecto, quem, dum opus praelo subiaceret, litteris adivi frequenter ut verba dubiae lectionis novo submitteret examini, quod et ipse benevole fecit.(1)

(1) Nonnulla tamen verba obscura permanent, quae iam praecedentes editores legere non potuerant, praesertim pagina 51 cod. Assi-

Index rubricarum seu titulorum septem primas paginas quasi integre occupat, et Prologus pag. 7 novem lineae ante folii finem incipit, librarius enim intervallis pepercit modo vere franciscano.

Codicem Assisiensem secundum opus fr. Thomae praebere nullus est qui ambigit, et nodum in scirpo quaerunt illi qui movent quaestionem in contrarium. Incipit enim Prologo quem memorant Chronica XXIV Generalium: « Placuit sanctae universitati... ».[1] Salimbene refert huius secundi operis titulum fuisse « Memoriale beati Francisci in desiderio animae » et in codice legimus « Incipit memoriale in desiderio animae de gestis et verbis sanctissimi patris nostri Francisci ». Nullo obstat modo quod dicit idem Salimbene, scilicet Thomam a Celano scripsisse librum tam de miraculis quam de vita sancti Francisci, quem appellavit *Memoriale*. Scriptor enim ille de opere completo Thomae loquitur, licet sub duobus Generalibus ministris fuerit perfectum, uti supra diximus cum Chronicis XXIV Generalium; primum tractatum de vita et verbis et intentione sancti Francisci circa ea quae pertinent ad Regulam scripsit iubente Crescentio, secundum autem tractatum de miraculis composuit praecipiente Ioanne a Parma. Unde Salimbene legitime dicere potuit: « Scripsit pulcherrimum librum tam de miraculis quâm de vita quem appellavit Memoriale », quin aliud opus inquiretur.

Massiliensis. Hoc nomine designatus fuit ab editore Tractatus miraculorum in *Analectis Bollandianis* (tom. XVIII, pp. 81-176) codex olim bibliothecae principis Balthasaris Boncompagni, quem, cum vendita fuit illa collectio, emit P. Ludovicus Antonius a Bruntuto, Definitor Generalis Ord. Minorum Capuccinorum. Codex dictus est Massiliensis quia

siensis, hac in editione pag. 241 : 28-242 : 1. Praedicti folii photographiam pluribus tradidi peritis, qui varie interpretati sunt hunc locum, quem codex Massiliensis praetermisit.

(1) Iuxta Chronica prologus incipit: « Placuit sanctae universitati vestrae ». In codice Assisiensi: « Placuit sanctae universitati olim capituli generalis et vobis ».

reservatus ad Museum Franciscanum a praelaudato religioso viro Massiliis institutum, sed numquam in illo depositus fuit et sic huius Musei iacturam evasit.

In catalogo codicum mss. praefatae bibliothecae Boncompagni sic fuit descriptus:[1]

155 (49). Volume in-4 piccolo (m. 0,188 × 0,132)... Di 74 carte membranacee numerate nei recto 1-74. Scritto nel secolo XIV. Già codice n. 16 di Pietro Giacometti.

Sequitur in catalogo expositio minus exacta eorum quae continet codex, et quae sunt:

ff. 1-39. Memoriale gestorum et virtutum sancti Francisci. Incipit: « Prologus Memorialis... Continet in primis... » Explicit p. 39: « clamavit papa Gregorius » (incomplet.).

ff. 40-73. Tractatus miraculorum. « Incipiunt miracula... » Explicit p. 73 a: « Auctoritas praelatorum. Amen. Finito libro sit laus et gloria Christo ».

f. 73 b, vacat et f. 74 ad operculum pertinet.

Accuratam huius codicis descriptionem dedit P. Van Ortroy S. I., cum edidit Tractatum miraculorum, attamen parvus error irrepsit in quaternionum et foliorum dispositionis indicatione. Folium additionale secundo quaternioni conglutinatum, de quo loquitur (fol. 25), primum erat tertii quaternionis; sed avulsa altera medietate ne folium illud disperderetur secundo quaternioni fuit compactum, quod clare constat e repetitione primorum verborum folii 25 in margine inferiori folii 24, uti habetur in fine singulorum quaternionum. Unde concludendum est avulsum fuisse ultimum folium primae partis codicis, ubi legebatur finis capituli « De canonizatione et translatione sancti Francisci ».

Plura notanda sunt circa textum Legendae secundae quem praebet ille codex, et primum excludenda est opinio quam proponit Rosedale, qui in hac prima parte illius ms. inveniri putat opus diversum ab eo quod legitur in cod. Assisiensi.

(1) *Catalogo di manoscritti ora posseduti da D. Baldassarre Boncompagni*, compilato da Enrico NARDUCCI, 2ª edizione, Roma, 1892.

Unum et idem opus esse certum est, sed breviatum, vel si tibi magis arridet, secunda editio est eiusdem operis correcta, forsan ab ipso auctore, tractatu miraculorum iam composito. Thomas enim ad compilationem huiusce ultimi operis miracula tam in prima quam in secunda legenda iam narrata excerpsit, quapropter, ne bis eodem in opere legerentur, illa suppressit.

Aliae sunt omissiones vel suppressiones de quibus mentio facienda est: sic, in cod. Massiliensi deest quasi integre Prologus Memorialis, cuius partem solam, quae de contentis in opere tractat, retinuit, videlicet: « Continet in primis ... – opportunitas offert » (pag. 168: 9-20). In hac omissione concors fuit sibimet auctor illius secundae editionis, qui in decursu operis fere ea omnia quae ad historiam Sancti non conferebant, vel lapsu temporis parum intelligibilia evaserant, videtur omisisse; praeterit enim considerationes morales vel paraeneses quibus saepe concluduntur paragrapha in codice Assisiensi et quae demonstrantur a fragmento Puppiensi (vid. infra) partem esse primae redactionis. Dixi: auctor huius secundae redactionis; nam etsi illas correctiones ipsi Thomae a Celano tribuere vellet P. Van Ortroy, saltem unam notat quam a posteriori scriba factam reputat, et est omissio responsionis sancti Francisci de esu carnium in festo Nativitatis Domini.(1) Potuisset pariter amanuensis oculatus, brevitatem requirens, praetermittere miracula quae auctor in Tractatu speciali iterum narraverat, unde particula incisa (cap. CXXIV, p. 294: 15 in nota) « Sicut inferius in miraculis annotabitur » non necessario Thomae attribuenda mihi videtur.

(1) Haec omissio facta fuit, ait P. Van Ortroy, quia tempore quo scriptus est codex Massiliensis usus de non comedendis ullo tempore carnibus praevaluerat in Ordine. Constitutiones Narbonenses (S. Bonaventurae *Opera omnia*, tom. VIII, p. 453, Ad Claras Aquas, 1898) editae anno 1260, hanc abstinentiam praescribebant, quae diu fuit observata. In Constitutionibus Gulielmi Farinerii (1354) abstinentia ab esu carnium non amplius praescribitur nisi de sero. — In cod. Assisiensi una tantum postilla invenitur et praecise hoc loco (p. 91); manu posteriori scriptum fuit in margine « Nota de e[su] carnium in die Natal[i] Dñi ».

Praeter miraculorum quorumdam transpositionem alia in ordine capitulorum inversio notanda venit. Caput XXIII (XXI in ed. Amoni) secundae particulae (hac in edit. pp. 210-212), in codice Massiliensi sequitur caput XIII (XI ed. Amoni) et redactio ita differt quod textum Mass. integre recitatum volui sed charactere minori impressum. Porro haec inversio non tribuenda est auctori cod. Mass., nam in fragmento Pupiensi illud caput non habetur eo loco ubi ponitur in cod. Assisiensi.

Praeter omissiones et transpositiones in codice Massiliensi sunt etiam interpolationes quarum prima confundit lectorem, nam post cap. XVI secundae particulae (XIV ed. Amoni, hac in ed. p. 204), insertum est caput « Quomodo fratrem Ricerium a tentatione liberavit », a Legenda prima desumptum.

Interpolationem videt P. Van Ortroy in additione facta capitulo CXVI (ed. Amoni p. III, XCIII, in hac editione p. 288: 5-15). Crederem facilius haec verba omissa fuisse in cod. Assisiensi, et illa pertinere ad Legendam genuinam, nam eadem verba inveniuntur in *Extractionibus de Legenda antiqua*, quas edidit P. Lemmens. (1) Illud pariter dicerem de secunda parte capituli CIII, (in hac ed. p. 276), quae ita aptatur priori quod videtur partem esse integrantem praedicti capituli, et hoc confirmatur pariter *Extractionibus* citatis. (2) Attamen titulus huiusce capitis, in tabula Rubricarum cod. Assis. inserta, contrarius videtur huic opinioni, nam mentio facit tantum « de humilitate ad Episcopum Interamnensem », et in hoc favet opinioni clari socii Collegii Bollandiani, sicut et aliae interpolationes in fine codicis, ubi de morte et canonizatione sancti Francisci. (3) Quapropter, ut facilius perspiciantur di-

(1) *Documenta antiqua Franciscana* edidit Fr. Leonardus Lemmens, O. F. M., Pars III, *Extractiones de legenda antiqua*, Ad Claras Aquas, 1902. Extr. 56, p. 48. De hoc opusculo vid. infra.

(2) Extractione 45, p. 41.

(3) Has additiones ipsi Thomae a Celano vult tributas P. Van Ortroy, eo praesertim fretus quod S. Bonaventura illam narrationem ante oculos habuisse videtur cum Legendam S. F. scriberet. Comparatio loco-

versitates inter illas redactiones, sequentem tabulam instituere haud inutile duxi.

Primus numerus indicat paragraphum, iuxta divisiones in hac editione introductas; secundus paginam et lineam in qua incipit omissio, quae nisi aliter notetur ad finem paragraphi pervenit:

1. Omittit totaliter.
2. Exili... 168: 20.
26. Om. tot.
30. Noverint... 192: 21.
33. O magna... 194: 27.
39. Absque... 200: 7.
43-44. Om. tot. (*in Miraculis*) et hic ponit 52-53 cum redactione diversa (vide ibi) et addit: Quomodo fratrem Ricerium...
46. Om. tot. (*in Miraculis*).
52-53. Vid. supr. 43-44. Fragm. Puppien. pariter hic omittit.
54. Om. tot.
64. Audiant... 219: 25.
81. Multos... 231: 25.
84. O invisa... 234: 10.
85. Eia... 235: 7.
95. Quanta... 241: 28 - versabatur. 242: 1.
109. Sed quid... 253: 18.
112. Optime... 256: 1.
120. Veniunt... 262: 8.
130. O idem... 269: 25.
139. Heu! ad... 274: 19.
142. Additio in cod. Mass.
149. Om. tot.
156. Ubi sunt... 287: 19.
157. Add.: In quibus... 288: 5.
166-171. Om. tot. (*in Miraculis*).
179. Talis... 303: 26.
182. Add.: Fratrem - appellabat. 305: 20-22. Om.: Recte... 306: 1.
190. Quis det... 312: 26.
194. Vere... 315: 19.
199. Add.: Eratque... - in ore. 318; 24-25, et om.: Cum... ibid.
203. Loquatur... 321: 22.
212. Habent... - egit. 329: 5-7.
216-217. Additiones in notis et textu.
220. Additio incompleta. 336: 1-30.
221-224. Desunt.

Fragmentum Puppiense, cuius mentio iam facta est, designat tria folia, ex antiquo avulsa codice, quae hodie inveniuntur adnexa operculo manuscripti 13 bibliothecae communalis loci Puppii (Poppi), haud procul a monte Alverniae in Thuscia.(1) Haec folia resecta fuere ad mensuram codicis quem custodire debebant, unde textum mancum exhibent

rum in utraque legenda hanc opinionem valde confirmat. Cfr. S. BONAVENTURAE *Legenda maior*, cap. XIV. versus finem, in *Act. SS.*, § 212, et variantes hac in edit. pag. 332 in notulis.

(1) Cfr. *Inventario dei manoscritti*... vol. VI: Poppi: 13. Lexicon Papiae. Haec folia catalogus indicat tanquam Regulae fragmentum.

et lineas imperfectas vel recisas, sed pretiosa nihilominus existimanda sunt cum alia manuscripta Legendae secundae non exsistant praeter Assis. et Massil. Excepta collocatione capitis XXIII, quam supra animadverti, fragmenta illa plane concordant cum codice Assisiensi, sed textus Puppiensis purior est seu magis genuinus quam Assisiensis, et pro partibus in eis communibus conformis est redactioni Massiliensi.

Sequitur horum fragmentorum *incipit* et *explicit*, cum indicatione locorum quibus respondent in editione.

I Fragmentum: 4 col.

1.	*inc.*	volun]tate id factum	pag.	185: 29
	exp.	Charitatis		187: 9
2.	*inc.*	florebit		187: 13
	exp.	parvitatis		189: 10
3.	*inc.*	illius. Eius		189: 13
	exp.	libens		191: 1
4.	*inc.*	quae nihil		191: 4
	exp.	suis viribus		192: 25

II Fragmentum: 2 col.

1.	*inc.*	appropin]quat pater.	pag.	209: 2
	exp.	coenum vi[dere		213: 7
2.	*inc.*	divitas aggregaret		214: 2
	exp.	respondit: Ex quo		216: 2

III Fragmentum: 4 col.

1.	*inc.*	prandium	pag.	319: 10
	exp.	devotione		320: 26
2.	*inc.*	cum celebrare (column. resecta)		320: 29
	exp.	transferendus		322: 18
3.	*inc.*	partibus aggregari (column. resecta).		322: 20
	exp.	ubi cor		324: 13
4.	*inc.*	circulum		324: 17
	exp.	miraculo		326: 4

Extractiones de Legenda antiqua. Licet non agatur de codice manuscripto heic memoratum volo libellum quod sub hoc titulo edidit P. Leonardus Lemmens Ord. Minorum, in collectione *Documenta antiqua Franciscana*, cuius

tertius est fasciculus et ultimus.[1] « Praebet, ait editor, ex archivo S. Isidori opusculum quod permagni est momenti pro legenda secunda Celanensis corrigenda ». Opusculum evulgatur non solum ex eo codice S. Isidori de Urbe (cod. 1/73, saec. XIV, fol. 26*b*–33) quem in hoc libello describit editor (pag. 60 et ss.) sed etiam et praesertim ex alio codice conventus S. Antonii pariter de Urbe, in praecedenti opusculo potius indicato quam descripto.[2]

Vere pretiosae sunt illae Excerptiones, quae authenticitatem demonstrant duarum additionum supramemoratarum, cap. CIII et CXVI, quae in cod. Mass. leguntur dum in cod. Ass. omittuntur. Pluries hunc libellum in notis adduxi, sed saepe saepius variantes quas praebet omisi, tum quia Extractionum auctor aliquando videtur textum compendiavisse, tum quia versionem non exhibebant diversam.

III. Tractatus Miraculorum.

Codex Massiliensis ad praesens solus est cognitus qui Tractatum Miraculorum a fr. Thoma, iubente Ioanne de Parma, compositum praebeat. Authenticitatem huius operis luculenter demonstravit P. Van Ortroy, cum illud primus edidit in *Analectis Bollandianis*.[3] Longum studium legendarum Celanensium, cui iam incubueram antequam hanc pararem editionem, unius quidem momenti dubium exclusit, cum illud manuscriptum prima vice perlegi. Confirmationes huius opinionis proposuerunt *Analecta Bollandiana* et licet in cod. Mass. non inveniatur Prologus vel Epistola, cuius mentio habetur in Chronicis XXIV Generalium, « Religiosa nostra sollicitudo », lecta dissertatione in supradictis *Analectis* inserta nullus est qui de authenticitate huius Tractatus ambigere possit.

(1) *Documenta antiqua Franciscana*, vid. supr. — Licet in titulo legatur *Extractiones de Legenda antiqua*, editor demonstrat, et evidenter constat, quod nomine Legendae antiquae secunda Celanensis est designata.

(2) *Documenta antiqua Franciscana*, Pars II, p. 16, nota 3, Ad Claras Aquas, 1901.

(3) *Analecta Bollandiana*, tom. XVIII, pp. 81 et ss.

Tractatus Miraculorum in cod. Mass. occupat fol. 40 *a* ad 73 *a*; facies 73 *b* vacua remansit. Licet alia manu conscripta sint haec ultima folia codicis, eodem tempore et ad unum volumen efformandum fuerunt exarata. Eadem est mensura non solum foliorum, sed etiam portionis eorum quam occupat scriptura, et eadem est delineatio stilo deducta ante scripturam.

Quam legitime sit in hoc opusculo Tractatum fr. Thomae agnoscere, ipsa conclusio comprobat: « Minime ad haec scribenda nos vitio vanitatis ingessimus,... sed rogantium fratrum extorsit hoc importunitas, et *nostrorum perfici iussit auctoritas praelatorum* ». Referunt enim Chronica XXIV Generalium citata, ubi de Ioanne de Parma: « Hic generalis *praecepit multis litteris* fratri Thomae de Celano... ». Quid clarius?

Fragmentum Assisiense. In codice miscellaneo 338 bibliothecae communalis Assisiensis, olim Sacri Conventus S. Francisci,[1], ff. 44 *a*-48 *b*, invenitur collectio plurium miraculorum S. Francisci, quam ante inventionem Tractatus completi Paulus Sabatier iudicaverat illius fragmentum.[2] Hac in collectione miracula non eodem ordine ponuntur ac in Tractatu, unde tabulam confeci sequentem, variantes nonnullas in notis invenies:

Frag. Ass.	Editio
1-11	70-80
12-14	113-115
15, 16	148, 149
17	107
18	187
19	197
20	196
21	93
22	59
23	181

(1) Codex ille, a pluribus iam descriptus, fragmenta et opera continet saeculorum XIII et XIV, quorum nonnulla fuerunt edita diversis temporibus, uti v. g., *Opuscula S. Francisci*, *Lectiones* de quibus infra dicam, *Antiquum poema* seu Legenda versibus donata.

(2) *Miscellanea Francescana*, vol. VI, p. 39, ubi editum fuit illud fragmentum a praelaudato P. Sabatier.

Neoburgensis est codex cuius apographum [1] habetur in bibliotheca Collegii Bollandiani Bruxellis, et fuit a P. Van Ortroy memoratum in *Analectis*. Hunc, licet aliud non sit quam fragmentum *Legendae aureae* celeberrimi Iacobi a Voragine, signatum volui, quia in miraculo 12 (p. 350: 27), ex illo variantem excepi.

CAPUT IV.

De Editionibus.

I. — Legenda I edita fuit, uti supra dictum est, in tomo II mensis octobris collectionis *Acta Sanctorum* (ed. Antuerpiae 1768, pp. 683-723; ed. Parisiis 1866, pp. 683-722). De hac prima editione nil videtur addendum.

II. — Legendam I et II edidit P. Stephanus Rinaldi a Sancta Anatolia in Piceno, Ordinis Minorum Conventualium, vir doctissimus qui evulgationem operis P. Hyacinthi Sbaraleae (ob. circa ann. 1763): *Supplementum et castigatio ad Scriptores Ord. Minorum*, susceperat (Romae 1806), post obitum P. Francisci Antonii Contarini (Parmae, 8 dec. 1799), et eiusdem Sbaraleae codices manuscriptos, ad correctionem *Italiae Sacrae*, quos acceperat, studiis perficere conabatur, cum Romae in conventu SS. XII Apostolorum morte fuit sublatus, die 12 septembris 1837.[2] Eodem anno ac *Supplementum* et eisdem typis prodierunt *Seraphici viri s. Francisci Asisiatis Vitae duae auctore B. Thoma de Celano eius discipulo. Quarum una ad fidem ms. recensita, altera nunc primum prodit.*

(1) « Ex bibliotheca Neoburgensi prope Viennam Austriae, cod. 3 Passionali pergameno antiquo. » Neoburgi Collegium est Canonicorum Regularium (Chevalier, *Topo-Bibl.*, c. 1603, Klosterneuburg). Cfr. *Analecta Bolland.* l. c., pp. 93, 98 et 174.

(2) Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*, vol. 83, p. 12, Venezia, 1857.

Romae MDCCCVI. Ex typographia s. Michaelis ad Ripam, apud Linum Contedini (1 vol. in-12, pp. XIV-286).

Legendam I edidit Rinaldi ad fidem codicis Phaleronensis (vid. supr. p. LVIII) cuius exemplar suo usui confecerat. Audiamus eum de modo in hac editione servato: « Moneo, ait, a iquot addidisse verba necessaria ad integritatem sensus restituendam, quae tamen curavi charactere italico distingui, et ansulis includi; ... ex erroribus vero amanuensis nonnullos tantum emendavi, usus ut plurimum editione Bolland., ... praefixo asterisco *, et reiectis in fine verbis immutatis, eorumque correctionibus... » (p. XII).

Legendam vero II edidisse videtur iuxta apographum quod P. Ubaldus Thebaldi pro Bollandi continuatoribus paraverat « adiunctis in margine multis emendationibus »; nam ubi de correctionibus in editione factis, monet se eas fecisse « usus notis margineis cit. Thebaldi », et tunc codicem Assisiensem non inspexit, nam anno 1831, ad calcem alterius libri, (1) addebat tres paginas cum hoc titulo: *Variantes seu correctiones faciendae in altera vita; seu legenda s. Francisci an. 1806 typis commissa Romae per Linum Contedini, exceptae an. 1828 ab editore ex codice membr. Ms. Assisien. sac. Conventus sancti Francisci.* Illae correctiones quasi omnes legitime proponuntur, nonnullae tamen mihi videntur erroneae.

III. — Opus P. Rinaldi rarior evadebat cum occasione septimi saeculi exeuntis a nativitate S. Francisci, in ephemeride

(1) *Vita S. Francisci de Assisio a Leone, Rufino, Angelo, eius sociis, scripta dictaque Legenda trium Sociorum, ex cod. Bibliothecae Vaticanae,* n. 7339. Pisauri, ex typ. Nobili, 1831. In hoc libro (in-12, ff. 2, pp. 64) nomen editoris non comparet, sed monitum « Pio lectori » sufficienter indicat P. Rinaldi, Plura addidit, quae in citato monito enumerantur, excerpta ex codice 338 Assisiensi supra citato, et concludit: « Finem imponunt correctiones Vitae secundae s. Francisci inserviturae, si quis voluerit eam emendatam iterato imprimere ». Correctiones illae loco praefixo (p. 14) non habentur sed solus titulus: « Correctiones vitae secundae S. Francisci scriptae a fr. Thom. de Celano, quae dicitur et Legenda Antiqua, edit. Rom. an. 1806, sumptae ex accuratiori collatione codicis arch. sac. Conv. Assisien ». In folio additionali non numerato impressae sunt illae variantes cum titulo supra relato.

ad solemnitates praeparandas instituta, (1) Canonicus Leopoldus Amoni versionem italicam Legendae I edidit et insimul editionem separatam huius versionis cum textu latino ex adverso dedit: *La Vita prima di S. Francesco d'Assisi scritta dal Beato Tommaso da Celano, volgarizzata per la prima volta dal Cañco D. Leopoldo Amoni*, Assisi, 1879, Tip. Sensi, in-8°, pp. 271. Ad hanc editionem unice usus est illa P. Rinaldi, quam sat fideliter sequitur, sed mendae typographicae, quibus deturpatur hoc opus, minimam curam in correctione demonstrant, quod etiam dicendum est de aliis operibus Canonici Amoni.

Anno sequenti duplicem huiusce Legendae editionem Romae typis commisit, una quae solum textum latinum exhibet, alia cum versione italica: *Vita prima S. Francisci, auctore B. Thoma de Celano*, Roma, Tipografia della Pace, 1880, in-8, pp. 42. *Vita prima di S. Francesco... Prima edizione romana con testo latino in fronte*, Ibid. pp. 237. In hac nova editione Rinaldinam pariter sequitur, additis in fine (pp. 227-229) paucis de multis variantibus inter hunc textum et illum quem ediderant Bollandiana Acta Sanctorum.

Eodem anno praelo itidem subiecit Legendam secundam, in duplici editione: *Vita secunda S. Francisci Assisiensis auctore B. Thoma de Celano eius discipulo*, in-8°, pp. 152. — *La Vita seconda ovvero Appendice alla Vita prima di S. Francesco d'Assisi del B. Tommaso da Celano, volgarizzata per la prima volta... Prima edizione romana col testo latino in fronte*, in-8°, pp. 335. In hac editione non simpliciter sequutus est opus R. Rinaldi, nam dum in eo, sicut et in codice Assisiensi, rubricae seu tituli capitulorum initio habentur, Amoni singulis capitulis titulum proprium fixit, et, quod grave est, novam divisionem proprio marte in hanc legendam introduxit. Duplici enim parte constat opus Celanense, quarum secundam dividens tertiam creavit, non curans divisionem ab ipso Thoma in Prologo indicatam.

(1) *Il VII Centenario della nascita di S. Francesco di Assisi.* Periodico pubblicato per cura del Comitato promotore. Assisi, tipografia Sensi, 1879 et ss.

Correctiones a P. Rinaldi propositas in editione *Leg. 3 soc.* certe non cognovit, et verba addita, quae primus editor charactere italico et ansulis incluserat, talibus signis non retentis, in textum adduxit, quasi forent authentica. Lector non admonitus ignorat et editionem antecedentem et etiam codicis Assisiensis exsistentiam, quem certo certius ipse editor numquam inspexit.

Licet omni critica destitutae Canonici Amoni editiones maximae fuerunt utilitatis, quia opus Thomae de Celano evulgarunt, et si methodus non commendanda laudes amplas meretur ille pius vir, qui devotione erga Sanctum eius historiae fontes omnibus voluit pervios [1].

Cum tamen editiones Amoni habendae sint pro simplici iteratione editionis Rinaldi, variantes quas praebent referre omisi, sunt enim vel errores typographici vel inventiones optimi Canonici, sed omni authenticitate destitutae. In tabellis quae sequuntur haec Prolegomena concordantia capitulorum Leg. II datur, quia saepe saepius citata fuit haec Legenda iuxta divisionem arbitrario factam, ut iam monui.

IV. — Si de mendis typographicis quae editiones Canonici Amoni deturpant verbum feci, quid dicam de illis quibus scatet nova editio, anno proxime lapso, data in Anglia? Canonicus Romanus excusari potest, qui editionem vulgarem minori pretio tradebat, non ita vero Pastor Anglicanus Rosedale, qui criticam affectat et alto pretio opus suum vendit. Tot et tanti sunt huiusmodi errores quod diceres editorem illudere voluisse lectori! [2]

Titulum profert haec editio: *St Francis of Assisi according to Brother Thomas of Celano. His descriptions of the Seraphic Father. A. D. 1229-1257. With a Critical Introduction*

(1) Edidit etiam Legendam 3 Sociorum et sancti Bonaventurae. Ibid. 1880.

(2) Sint in exemplum. Legenda Gregorii, p. 69: in tribus ultimis lineis: « Explicit uni*s* opus. Explicit liber primu*m* huius ope*us* ». – p. 70, nota 10: « Incipu*t* liber secundus quomodo de hoc *sancto* (leg. saeculo) transierit. » – p. 95, titul. « Incipit... *te* (et) de miraculis » – p. 101, « de contractis sanctis (sanatis) ». Etc., etc.

containing a description of every extant Version by the Rev. H. G. ROSEDALE, *M.A., D.D., F.S.A.* London: Published by J. M. Dent & Co. at Aldine House 29 & 30 Bedford Street, Covent Garden, W.C. MCMIV. Continet: « Introduction », pp. XXXIV. — « Tractatus primus super vitam sancti Francisci de Assisii (*sic*), seu Legenda Gregorii, scriptus circa A. D. 1224, auctore Thoma de Celano », pp. 112. — « Appendix ad vitam primam sancti Francisci de Assisii seu Legenda antiqua, scripta circa A. D. 1247, auctore Thoma de Celano », pp. 110. — « Tractatus secundus super vitam sancti Francisci de Assisii cum Miraculis scriptus circa A. D. 1257, auctore Thoma de Celano », pp. 174.

Huic editioni praemisit Introductionem in qua plura sunt notanda. De fr. Thoma loquens, argumentum hactenus ineditum profert ad probandam eius praesentiam, tempore obitus sancti Francisci. Agnoscit enim Thomam in illo fratre cui Seraphicus Pater infirmus dedit tunicam (vid. p. 208, cap. XXI), dum ex narratione constat quinam fuerit ille frater, scilicet Leo, clare designatus in praecedenti capitulo.(1) Addit insuper hanc tunicam fuisse in Germaniam transvectam, dum Thomas scribit in Franciam. Hoc unum sufficit ad demonstrandum quanti valeat critica editoris, qui, uti iam superius dixi, verba fr. Salimbene et Chronica XXIV Generalium recte non intelligens, opus novum fr. Thomae tribuit, quod etiam edidit, reputans lectionem Memorialis seu Legendae secundae in cod. Mass. opus diversum constituere a Memoriali in cod. Assis. Illud est quod tertio loco posuit, praefixo hoc titulo: « Tractatus secundus ».

Ad textum huius editionis devenire est. Omnes codices Legendae I supraindicatos inspexit, quod incredibile videtur ex modo quo illos legit. Sequutus est praecipue Codicem Londinensem (cuius accurata recognitio mihi deest, ut monui); sed quae fides illi praestanda? Ne me iniustum credas erga

(1) Capitulum incipit: « In eodem fratre ... », scilicet illo de quo antea loquebatur, et ille est frater qui tentatus scriptum recreabile manu sancti Francisci cupiebat habere, scilicet fr. Leo.

hominem quem pro posse, utilitatem meam omittens, iuvi, et qui mecum voluit demonstrare curialitatem. Si librum eius aperueris, fere singulis paginis, exempla talia invenies, quod de illius ad hos labores idoneitate dubitabis. (1) V. gr.: Leg. Gregorii, p. 6, in paragrapho cui titulus: « Vana doctrina puerorum » haec habet: « Quoniam hec pessima consuetudo una doctrina puerorum apud eos qui christiano... ». In codice, post verbum « consuetudo » habetur signum ¶, notam marginalem indicans, et in margine scribitur « vana doctrina puerorum », seu titulus secundarius quem supra posuit.

Eidem paginae nota 3: « E adds (Cod. Ebroicen. addit) licit primi ». Porro in codice habes: Lc pma, seu: Lectio prima; et notae 13: « M nos a puerulia » sed in manuscripto Montepessulano totis litteris scribitur « puericia ».

Pag. 11, nota 3 inter variantes: « E and W, modus conversionis » ast in codice Ebroicensi legitur « modus conv[er]-sationis ».

Alia forent citanda, set hiis contentus sum quia ante oculos harum paginarum imaginem photographicam habeo, et errata editionis Anglicanae corrigere non intendo.

De Legenda II quid dicam? Si Indicem Capitulorum sumas (Legenda antiqua, p. 1) in primis octo lineis quinque errores invenire poteris (2) et si ab initio ad finem transires in « Oratione sociorum Sancti ad eumdem », qua opus concluditur, videres (p. 110, 10 lin. ante finem) quod medium periodum omittit, iam quidem in editionibus Rinaldi

(1) Legenda Gregorii, p. 4, indicat litteras quibus codices in notis signantur, et ibi legis: H. London. L. Heidelberg. Dum e contra, H designat Heildelbergen. et L. Londinen.

(2) Bis legitur « continentur » pro: continetur; « qualitur », pro: qualiter; « et ipse de ipso », pro: etiam ipse de se ipso. — Pag. 8, ultima linea, bis « dudum » scribit, licet in cod. Ass. prima vice illud verbum sit punctis subtus positis cassatum. — Pag. 9, in cap. de Conversione eius, 3 lin. om. « citius », nam legendum est: « toti citius innotesceret orbi ». — Pag. 11 circa med.: « Sucipit transformari », dum in cod. Ass. ex errore illius qui capitalem litteram delineavit legitur: Sncipit, pro: Incipit. — Pag. 12, post medium: « Miratus... principis », sed in cod. principum, etc.

et Amoni praetermissum. (1) Oh! cum quanta cura codici Assisiensi studuit Rosedale, qui ne quidem correctiones ab ipso Rinaldi indicatas peregit!

Circa editionem primae partis cod. Mass., quam Tractatum secundum dicit, pauca notare volo, quia fatetur, et verum est, se hunc codicem non inspexisse. (Attamen illum publici iuris facere non dubitavit). Sed illum codicem si prae manibus habuisset, editio correctior non fuisset, nam ipsi transmisi photographiam quinque paginarum dicti manuscripti, porro in illarum quinque paginarum editione triginta errores notavi. Adde quod Prologum totaliter omisit, licet habuerit et Catalogum bibliothecae Boncompagni quem citat, et Analecta Bollandiana in quibus Prologus clare indicatur.

Adhuc unum verbum et Anglicano Pastori valedicam. Utile duxit contra auctoritates Romanae Ecclesiae invehire, quia codices antiquos, ait ille, non sinunt inspicere, et « de tremenda responsabilitate quam ita assumit Vaticanus » serio loquitur! Ad quid, dicam, codices exhibere ei qui legere nescit?

V. — Editionem Tractatus miraculorum in *Analectis Bollandianis* laudare debeo et doctissimam dissertationem quam praemisit P. Van Ortroy. Nonnulla stamen variantes adducere necessarium mihi visum est, post longum enim studium in codicis artationibus et siglis diversitates notavi, quae etiam expertissimum fugere possunt.

CAPUT V.

Opuscula Liturgica.

Legenda ad usum chori.

Nullus codex huius Legendae ad compendium redactae textum genuinum integre praebet. Fidem enim plenam praestare non licet pseudo-Chronicis S. Ioannis a Capistrano,

(1) Omittit: « et sanctorum consortio precibus tuis ipsum perpetuo iungens ».

opus supposititicum famosi Alphonsi Ciccarelli. Etsi ad illa Chronica conficienda usus sit operibus authenticis, uti Legenda praesenti, nullam fidem meretur quum eius veracitas alio documento non comprobatur. In casu nostro tantae sunt interpolationes, illis in partibus quae in aliis codicibus habentur, quod reliqua valde dubia sint aestimanda. Quapropter illis usus sum tantum pro partibus quae apud alios non habentur, adhibens Codicem Chisianum (Biblioteca Chigi) I, VII, 262, qui videtur autographum praedicti falsarii, nam hoc manuscriptum ante oculos habuisse diceres Leonem Allatium, quum aliud fictitium opus eiusdem describeret. (1)

In notis interpolationes fideliter reportavi et, aegre quidem sed necessitate compulsus, huius falsarii textum dedi paragraphis 9-13 (pp. 440-442) et 17 (p. 444) deficientibus aliis codicibus genuinis, (2) et sunt sequentes.

Assisiensis seu codex 338 bibliothecae huius civitatis, de quo iam supra dictum est (p. LXVIII) qui ff. 42*a*-43*b* initium huius legendae praebet, seu paragraphos 1-8. Fragmentum illud iam ediderat cl. P. Papini (3) dicens in fine: « Reliquae quinque lectiones desiderantur in codice... et eas

(1) *Animadversiones in antiquitatum Etruscarum fragmenta... additur, animadversio in libros Alph. Ciccarelli et auctores ab eo confictos*, Romae, 1642. In catalogo auctorum confictorum, p. 308: « Ioannis de Capistrano Chronica. De originibus Urbium, Civitatum et Oppidorum totius mundi ». — Pag. 91, Allatius describit quemdam codicem praedicti Ciccarelli « Liber is, ut videtur, atramento iam evanescente, et marcescentibus, ac in extremo, iuncturis etiam, quibus colligantur, laceris paginis,... Litterarum formae variae, nec ab eodem calamo obiiciuntur... ». In cod. Chisiano nonnulla sunt verba absolute obscura et lineae quae viderentur evanuisse, nisi sciretur ab initio auctoris industria ita fuisse exaratas.

(2) In Biblioth. Corsiniana de Urbe, adservatur apographum huius codicis (776: 39. G. 2): *Chronica fr. Ioannis a Capistrano ex exemplari MS. Iacobi Boncompagni Ducis Sorae transcripta anno Domini MDLXXXVI.* — Tribus ante annis famosus ille falsarius, dextera primum amputata, capite damnatus seriem imposturarum clauserat.

(3) *Notizie sicure della morte, sepoltura, canonizzazione e traslazione di S. Francesco d'Assisi...* Edizione seconda. Fuligno, 1824, pp, 239 et ss.

alibi reperire hactenus non est datum ». Textum editionis cum codice contulit praelaudatus prof. Alessandri, qui nonnullas correctiones mihi manifestavit.

Breve Prooemium (paragr. 1) legitur in hoc uno codice, quem sequutus sum pro illa parte quam praebet: par. 1-8.

Corsinianus signatus 1126; 41. G, 9, est Breviarium saeculo XIV exaratum, in quo f. 400 *b* incipiunt lectiones ex hac Legenda excerptae. Expl.: « sui gregis augmentum » (p. 438 : 1).

Farfensis 21, seu codex 180 in Bibliotheca Nationali (Vittorio Emmanuele) Romae depositus, est manuscriptum chartaceum saec. XV, in quo f. 400 *b* habetur initium legendae. Expl.: « Dei gratia confirmavit » (p. 438 : 5).

Farfensis 23, seu codex 185 eiusdem Bibliothecae, aliud est Breviarium eiusdem temporis, cuius lectiones incipiunt f. 302 *b*. Expl.: « verbum Dei » (p. 437 : 5).

nae Sueviae 2051, in Bibliotheca Vaticana, est secunda pars Breviarii saec. XIV, olim Bibliothecae S. Silvestri,[1] in quo habetur totum officium proprium S. Francisci et lectiones, ff. 149 *a*-153 *b*, excerptae sunt ex illa Legenda breviata, cuius duo fragmenta exhibent, primum quod efformat lectiones I et II nocturni brevius est fragmento Assisiensi, et aliud, seu lectiones III nocturni, in alio codice hucusque non fuit inventum. Prior pars expl.: « simplicioris gratiam » (p. 439 : 20). Altera inc.: « Eo igitur die » (p. 442 : 22) et expl.: « in corde portavit » (p. 444 : 18). Hunc codicem pro illa secunda parte adhibui.

Vallicellianus, similiter est Breviarium saeculi XIV, qui praebet initium Legendae ad verba « Dei gratia confirmavit » (p. 248 : 5) et addit aliud breve fragmentum « Magnificatur ... - Numerus immensus fratrum » (p. 440 : 9-14). Illas paucas lineas ex hoc codice excerpsi ne soli Chisiano, hoc in loco valde obscuro, fidem praestarem.

(1) Cf. EHRENSBERGER, *Libri liturgici Bibliothecae Apostolicae Vaticanae MS.*, Friburgi Brisgoviae, 1897, p. 239. — Prima pars Breviarii signatur n. 2050.

Omnes illos codices iam notaverat praelaudatus P. Van Ortroy (*Anal. Bolland.* t. XIX, p. 137) et eis utens P. Leonardus Lemmens hanc legendam ediderat [1] addens etiam variantes ex codice Corsiniano 776. Hanc editionem tamen praetermisi in notis, quia codicem Chisianum non inspexerat, cuius Corsinianus valde deficiens est apographum.

Sequentiae.

Waddingus (*Scriptores Ord. Minorum*, Romae, 1650), ubi de f. Thoma a Celano, ipsi tribuit duas Sequentias in honorem S. Francisci, quarum prima incipit « Fregit victor virtualis », secunda « Sanctitatis nova signa ». Haec secunda semper a Fratribus Minoribus recitatur in Missa S. Francisci, et igitur habetur in Missali Romano-Seraphico, cuius textum sequor, adductis variantibus quae praebent *Acta Sanctorum*, in quibus edita fuit ex duplici cod. membran. Assisiensi [2] et Missale Parisiis editum anno 1520. [3]

Sequentiam vero « Fregit victor virtualis » hic pono, prout legitur apud Adalbertum Daniel, *Thesaurus Hymnologicus*, tom. V, Lipsiae, 1856, p. 319, n. 631. [4]

CAPUT VI.

De Methodo in praesenti editione servata.

Legendae I textus hic editur iuxta codicem Barcinonensem. Uncis quadratis [ ] interclusa sunt verba quae vel in hoc codice deficiunt, vel quae immutanda credidi, ad fidem aliorum codicum, et semper in notis verbum prout legitur in praefato codice recitavi.

(1) *Excerpta Celanensia. Vitae tres S. Patris saec. XIII compositae*, editae a P. Leonardo Lemmens, Ad Claras Aquas, 1901, pp. 71-90.

(2) *Acta SS.* tom. cit. p. 801. Rinaldi hanc Sequentiam pariter edidit iuxta Bollandianum opus (p. 274). — Cf. U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, Bruxellis, 1892-97, Tom. II, p. 547.

(3) Apud Kheren, *Lateinische Sequenzen des Mittelalters*, Mainz, 1873.

(4) Cf. U. Chevalier, op. cit. Tom. I, p. 393.

Divisionem cum numeris ab editoribus *Actorum Sanctorum* introductam servavi, quia iam in usum venit et in pluribus operibus Legenda Celanensis secundum illam divisionem Bollandianam citatur.

In textu autem, *charactere italico*, locavi titulos seu rubricas minores, quae in omnibus fere codicibus habentur, vel in margine vel in textu. Non eodem semper loco ponuntur in manuscriptis quia, uti credere est, in antiquioribus codicibus in margine posita ab amanuensibus fuerunt reportata tum in margine, tum in textu, non semper observato sensu verborum ad quae referuntur. Has rubricas contentus fui ponere loco quo melius aptari credidi, omittens in notis citationes codicum in quibus non inveniuntur, (1) variantes solum referens, observata lege distinctionis inter illas quas praebet vel omittit cod. Barcinon.

Pro Legenda II textum cod. Assisien. sequor, eadem lege servata pro verbis in textu immutatis. Attamen lectorem moneo titulos capitulorum, quos omittit ille codex, positos esse iuxta codicem Massilien., quapropter illos semper uncis interclusos inveniet. Nonnulli qui desunt, ex tabula cod. Assisien. supplevi. Divisionem in duas partes ab auctore introductam servavi, et varias rubricas sub quibus capitula partiuntur posui iuxta codicem Assisien. Rubricarum et capitulorum tituli charactere diverso impressi sunt et tabula generalis (pp. 155-166) divisionem codicis Ass. clare exhibet.

Singulos etiam paragraphos numeris designavi ad exemplum editorum *Actorum SS.*, longiores paragraphos etiam sub diversis numeris distribuendo.

Tractatus Miraculorum editus est iuxta cod. Mass., servatis numeris et divisionibus primi editoris in *Analectis Bollandianis.*

Opuscula Liturgica tradidi iuxta dicta superius (p. LXXVII).

Regulas orthographiae modernae in hac editione servavi, saltem pro verbis communioris usus. Forsitan idem ver-

(1) Codex Ossecenus has rubricas secundarias semper omittit.

bum diversimode scriptum invenies, v. g. chorda et corda, Ugolinus et Hugolinus, nam licet summa cum attentione folia impressa fuerint revisa, nonnulla effugerunt tum mihi, tum eruditissimo Eduardo Bianco, in typographia Senatus correctore, cui gratias rependo maximas, non solum propter curam in foliis revisendis, sed etiam propter consilia quibus, experientia duce, humane me iuvit.

Hiis utcumque praelibatis, Optime Lector, a te veniam peto si tuae exspectationi non satisfecerim. Ultra vires laborem insumptum tandem complere potui et finem facio verba Thomae de Celano usurpans: « Obsecro propter amorem pauperis Crucifixi, et per sacra stigmata eius, quae beatus pater Franciscus portavit in corpore suo, universos ista legentes, videntes et audientes, ut coram Deo mei meminerint peccatoris. Amen.

« Benedictio et honor et omnis laus sit soli sapienti Deo, qui ad gloriam suam semper omnia in omnibus sapientissime operatur. Amen. Amen. Amen ».

Romae, 25 maii, in festo Translationis
Corporis S. P. N. Francisci 1905.

TABELLA CONCORDANTIAE

INTER PRAESENTEM EDITIONEM LEGENDAE SECUNDAE ET EDITIONEM CANONICI AMONI

PARS PRIMA

In utraque editione concordat.

PARS SECUNDA

Praesens editio	Editio Amoni
Pars II, Cap. 1	Pars II, Cap. 1
» » 2	
» » 3	
» » 4	» » 2
» » 5	» » 3
» » 6	» » 4
» » 7	» » 5
» » 8	» » 6
» » 9	» » 7
» » 10	» » 8
» » 11	» » 9
» » 12	» » 10
» » 13	» » 11
» » 14	» » 12
» » 15	» » 13
» » 16	» » 14
» » 17	» » 15
» » 18	» » 16
» » 19	» » 17
» » 20	» » 18
» » 21	» » 19
» » 22	» » 20
» » 23	» » 21
» » 24	» » 22
» » 25	Pars III, Cap. 1
» » 26	» » 2
» » 27	» » 3
Pars II, Cap. 28	Pars III, Cap. 4
» » 29	» » 5
» » 30	» » 6
» » 31	» » 7
» » 32	» » 8
» » 33	» » 9
» » 34	» » 10
» » 35	» » 11
» » 36	» » 12
» » 37	» » 13
» » 38	» » 14
» » 39	» » 15
» » 40	» » 16
» » 41	» » 17
» » 42	» » 18
» » 43	» » 19
» » 44	» » 20
» » 45	» » 21
» » 46	» » 22
» » 47	» » 23
» » 48	» » 24
» » 49	» » 25
	» » 26
» » 50	» » 27
» » 51	» » 28
» » 52	» » 29
» » 53	» » 30

Praesens editio	Editio Amoni	Praesens editio	Editio Amoni
Pars II, Cap. 54	Pars III, Cap. 31	Pars II, Cap. 97	Pars III, Cap. 74
» » 55	» » 32	» » 98	» » 75
» » 56	» » 33	» » 99	» » 76
» » 57	» » 34	» » 100	» » 77
» » 58	» » 35	» » 101	» » 78
» » 59	» » 36	» » 102	» » 79
» » 60	» » 37	» » 103	» » 80
» » 61	» » 38	» » 104	» » 81
» » 62	» » 39	» » 105	» » 82
» » 63	» » 40	» » 106	» » 83
» » 64	» » 41	» » 107	» » 84
» » 65	» » 42	» » 108	» » 85
» » 66	» » 43	» » 109	» » 86
» » 67	» » 44	» » 110	» » 87
» » 68	» » 45	» » 111	» » 88
» » 69	» » 46	» » 112	» » 89
» » 70	» » 47	» » 113	» » 90
» » 71	» » 48	» » 114	» » 91
» » 72	» » 49	» » 115	» » 92
» » 73	» » 50	» » 116	» » 93
» » 74	» » 51	» » 117	» » 94
» » 75	» » 52	» » 118	» » 95
» » 76	» » 53	» » 119	» » 96
» » 77	» » 54	» » 120	» » 97
» » 78	» » 55	» » 121	» » 98
» » 79	» » 56	» » 122	» » 99
» » 80	» » 57	» » 123	» » 100
» » 81	» » 58	» » 124	» » 101
» » 82	» » 59	» » 125	» » 102
» » 83	» » 60	» » 126	» » 103
» » 84	» » 61	» » 127	» » 104
» » 85	» » 62	» » 128	» » 105
» » 86	» » 63	» » 129	» » 106
» » 87	» » 64	» » 130	» » 107
» » 88	» » 65	» » 131	» » 108
» » 89	» » 66	» » 132	» » 109
» » 90	» » 67	» » 133	» » 110
» » 91	» » 68	» » 134	» » 111
» » 92	» » 69	» » 135	» » 112
» » 93	» » 70	» » 136	» » 113
» » 94	» » 71	» » 137	» » 114
» » 95	» » 72	» » 138	» » 115
» » 96	» » 73	» » 139	» » 116

Praesens editio	Editio Amoni	Praesens editio	Editio Amoni
Pars II, Cap. 140	Pars III, Cap. 117	Pars II, Cap. 154	Pars III, Cap. 131
» » 141	» » 118	» » 155	» » 132
» » 142	» » 119	» » 156	» » 133
» » 143	» » 120	» » 157	» » 134
» » 144	» » 121	» » 158	» » 135
» » 145	» » 122	» » 159	» » 136
» » 146	» » 123	» » 160	» » 137
» » 147	» » 124	» » 161	» » 138
» » 148	» » 125	» » 162	» » 139
» » 149	» » 126	» » 163	
» » 150	» » 127	» » 164	» » 140
» » 151	» » 128	» » 165	» » 141
» » 152	» » 129	» » 166	» » 142
» » 153	» » 130	» » 167	» » 143

TABELLA CAPIT. LEGENDAE II

QUAE SPECULO PERFECTIONIS RESPONDENT

(Iuxta tabellas editorum *Speculi*)

Leg. II	Speculum		Leg. II	Speculum	
Pars I	Ed. Lemm.	Ed. Sab.	Pars II	Ed. Lemm.	Ed. Sab.
12	27	55	32	..	3
15	24	27	33	..	21 et 5
Pars II			34	21	98
1	..	102	35	..	14
8	..	105	39	..	15
11	..	103	42	1	22
15	..	110	43	2	23
19	17	107	44	..	18
26	..	5	45	3	24
27	28	7	46	..	25
28	..	6	47	..	22
29	29	9	51	41	17
30	..	5	52	42	37
31	..	20	53	..	29

Leg. II	Speculum	
Pars II	Ed. Lemm.	Ed. Sab.
54	..	30
55	..	31
56	..	32
57	..	35
58	..	38
59	..	33
62	22	94
69	..	53
79	..	86
81	..	99
84	20	67
86	33	59, 60
87	..	106
88	22	95
90	..	93
91, 92	23	96, 97
93, 94	..	62
95	..	63
96 et 103	13	45
104	14	39
105	16	40
106	38	64
107	30	54
108, 110	..	43
111	15	47
112	..	48
113	..	49

Leg. II	Speculum	
Pars II	Ed. Lemm.	Ed. Sab.
115	..	51
116	..	87 et 70
117	40	81
118	..	74
119	35	82
120	..	75
122	7	73
123	..	72
124	..	118
125	..	115
133	26	42 et 28
137	..	34
139	..	80
141	..	41
143	31	57
147	..	69 et 4
148	..	35
151	19	114
152	36, 37	65
158	..	76, 77
160	8	109
161	..	100
162, 163	4, 5, 10, 34	88, 121-123
Tract. Mirac.		
§ 32	c. 19	113
37, 38	11	112

INDEX

Capitulorum Legendae I.

Prologus . . . . . pag. 3
I. Qualiter conversatus sit in habitu, et animo saeculari . . . 5
II. Qualiter Deus visitavit cor eius per corporis infirmitatem et nocturnam visionem 7
III. Qualiter mente sed non corpore mutatus de thesauro invento et sponsa allegorice loquebatur 10
IV. Qualiter venditis omnibus, pecuniam susceptam contempsit . 12
V. Qualiter pater eius persequens ligavit eum 14
VI. Qualiter mater eius solvit eum, et quomodo coram Episcopo Assisi se denudavit 17
VII. Qualiter a latronibus captus proiectus fuit in nive et quomodo servivit leprosis. 19
VIII. Quomodo construxit ecclesiam Sancti Damiani, et de conversatione Dominarum in eodem loco degentium 21
IX. Quomodo, mutato habitu, refecit ecclesiam Sanctae Mariae in Portiuncula, et quomodo audito evangelio, relictis omnibus, habitum quem fratres habent adinvenit et fecit 24
X. De praedicatione evangelii et annuntiatione pacis, et sex primorum Fratrum conversione. 26
XI. De spiritu prophetiae, et monitis sancti Francisci 28
XII. Quomodo misit eos binos per mundum et in brevi tempore iterum congregati sunt 31
XIII. Quomodo primo regulam scripsit undecim habens fratres; et quomodo dominus Papa Innocentius eam confirmavit, et de visione arboris 33
XIV. De reditu ipsius ab urbe Roma in vallem Spoletanam, et de mora ipsius per viam 36
XV. De fama sancti Francisci, et de conversione multorum ad Deum, et quomodo ordo vocatur fratrum Minorum, et qualiter religionem intrantes beatus Franciscus informabat . . 38
XVI. De mora ipsius apud Rigumtortum et de custodia paupertatis 44
XVII. Quomodo beatus Franciscus docuit fratres orare; et de obedientia et puritate fratrum 47
XVIII. De curru igneo et notitia absentium quam beatus Franciscus habebat 49

XIX. De custodia qua super fratres vigilabat, et de contemptu sui, et vera humilitate . . . . . pag. 53
XX. De desiderio quo ad suscipiendum martyrium ferebatur, Hispaniam primo, deinde Syriam deambulans; et quomodo Deus per eum nautas de periculo, multiplicatis cibariis, liberavit 57
XXI. De praedicatione avium et obedientia creaturarum . . . 60
XXII. De praedicatione ipsius apud Esculum, et quomodo per ea, quae manu tetigerat, ipso absente, sanabantur infirmi . . . 64
XXIII. Quomodo claudum apud Thuscanellam et paralyticum apud Narnium sanavit 67
XXIV. Quomodo mulierem caecam illuminavit, et apud Eugubium aliam contractam extendit 68
XXV. Quomodo fratrem unum a caduco morbo, seu a daemonio liberavit, et quomodo apud Sancti Gemini castrum daemoniacam liberavit 69
XXVI. Quomodo etiam apud Civitatem de Castello daemonium expulit 71
XXVII. De claritate et constantia mentis eius et de praedicatione coram domino Papa Honorio; et quomodo se et fratres commisit domino Hugoni Episcopo Hostiensi 72
XXVIII. De spiritu charitatis et affectu compassionis quo fervebat erga pauperes; et quid de ove et agniculis fecit 77
XXIX. De amore quem propter Creatorem in omnibus creaturis habebat, et de descriptione utriusque hominis sui 81
XXX. De praesepio quod fecit in die natalis Domini 85

Incipit secundum opusculum et de vita duorum annorum tantum, et de felici obitu beatissimi patris nostri Francisci 91
II. De summo desiderio beati Francisci, et qualiter in libri apertione intellexit de se Domini voluntatem 94
III. De visione hominis imaginem Seraphim crucifixi habentis . 97
IV. De fervore beati Francisci in infirmitate oculorum eius . . 100
V. Qualiter apud Reatum civitatem receptus fuit a domino Hugone Hostiensi episcopo, et quomodo sanctus eum pronuntiabat futurum episcopum totius mundi 103
VI. De moribus fratrum famulantium sancto Francisco, et qualiter ipse disponebat conversari 107
VII. Quomodo de Senis venit Assisium, et de ecclesia Sanctae Mariae in Portiuncula, et de fratrum benedictione 110
VIII. Quid fecit et dixit quando feliciter obiit 114
IX. Lamentum fratrum et gaudium cum eum cernerent signa ferentem crucis et de alis Seraphim 117
X. De planctu Dominarum apud Sanctum Damianum; et quomodo cum laude et gloria sepultus est 122

Incipit tertium opusculum de canonizatione beati patris nostri Francisci et de miraculis eius 127
Miracula 136
I. De contractis sanatis 136

II. De caecis visum recipientibus . . . . . pag. 141
III. De daemoniacis 142
IV. De infirmis a morte revocatis, de turgido et hydropico, de arthritico, de paralyticis et aliis diversis infirmitatibvs . . . 143
V. De leprosis mundatis 148
VI. De mutis loquentibus et surdis audientibus 149
Conclusio 151

INDEX

Rubricarum et Capitulorum Legendae II.

Habetur . . . . . pag. 155-166

INDEX

Capitulorum Tractatus de Miraculis.

I. Quod ortus religionis suae mirabilis fuit 341
II. De miraculo stigmatum et modus apparitionis seraph ei apparentis 342
III. De dominio quod habuit super creaturis insensibilibus. Et primo de igne 352
IV. De dominio quod habuit super sensibilibus creaturis . . . 355
V. Qualiter desideriis S. Francisci praesto fuit semper divina clementia 361
VI. De Domina Iacoba de Septem Soliis. 363
VII. De mortuis suscitatis per merita beati Francisci 366
VIII. De hiis quos a fauce mortis ad vitam reduxit. 373
IX. De hydropicis et paralyticis 383
X. De naufragis liberatis 385
XI. De carceratis et vinctis 388
XII. De liberatis a periculo partus et de non servantibus eius festum 393
XIII. De ruptis et reparatis. 400
XIV. De caecis et surdis et mutis 404
XV. De leprosis et sanguifluis 412
XVI. De insanis et daemoniacis 413
XVII. De contractis et confractis. 416
XVIII. De quibusdam diversis miraculis 425
XIX. Finalis conclusio miraculorum beati Francisci 432

Opuscula Liturgica.

I. Legenda ad usum Chori 435
II. Sequentia: Sanctitatis nova signa 446
» » Fregit victor virtualis 449

LEGENDA PRIMA

B. FRANCISCI

TABULA COLLATORUM CODICUM

CUM SINGULORUM *INCIPIT*

Codices manuscripti.

B Barcinonensis *quem edimus.*

E Eboicensis: Incipit prologus in vitam beati Francisci patris minorum fratrum. Actus et vitam...

H Heidelbergensis: Incipit prologus super vitam sancti Francisci. Actus et vitam...

L Londinensis: In nomine Domini Iesu Christi. Amen. Incipit prologus in vitam beati Francisci patris minorum fratrum. Actus et vitam...

M Monspessulanus: Incipit prologus super vitam beatissimi Francisci. Actus et vitam...

O Ossecenus: Incipit prologus in vitam sancti Francisci confessoris minorum fratrum institutoris. Actus et vitam...

Ox Oxonius: Sancti Spiritus adsit nobis gratia. In nomine Domini nostri Iesu Christi incipit prologus super vitam beatissimi Francisci. Actus et vitam...

P Parisiensis: *desunt prima folia.*

W Wirceburgensis: In nomine Domini. Amen. Incipit prologus in vitam beati Francisci. Actus et vitam...

Fr Fragmentum Assisiense.

Codices typis editi.

AS Acta Sanctorum *(seu codex olim monasterii Longipontis, editus in tomo secundo Octobris die 4):* Incipit prologus in vitam S. Francisci confessoris. Actus et vitam...

R Rinaldi *(seu codex olim conventus Phaleroni, quem edidit P. Rinaldi ordinis Min. Conventualium, Romae 1806):* In nomine Domini. Amen. Incipit prologus super vitam b. Francisci. Decus et vitam....

T Tolacensis, *cuius prologus refertur apud Martène.*

In nomine Domini. Amen. Incipit prologus in vitam beati Francisci.

Actus et vitam beatissimi patris nostri Francisci, pia devotione, veritate semper praevia et magistra, seriatim cupiens enarrare, quia omnia quae fecit et docuit, nullorum ad plenum tenet memoria, ea saltem, quae ex ipsius ore audivi, vel a fidelibus et probatis testibus intellexi, iubente domino et glorioso Papa Gregorio, prout potui, verbis licet imperitis, studui explicare. Sed utinam eius merear esse discipulus, qui semper locutionum vitavit aenigmata et verborum phaleras ignoravit! In tribus quoque opusculis divisi omnia, quae de ipso beato viro colligere potui, per singula capitula universa distinguens, ne varietas temporum rerum gestarum confunderet ordinem, et in dubium adduceret veritatem. Primum itaque opus historiae ordinem servat, ac puritati beatae conversationis et vitae suae, sanctisque moribus et salutaribus documentis eius potissimum dedicatur. In quo etiam miracula pauca de multis, quae, ipso vivente in carne, dominus Deus noster per eum operari dignatus est, inseruntur. Secundum autem opus a penultimo vitae suae anno usque ad felicem ipsius obitum gesta narrat. Tertium vero miracula multa continet et plura tacet, quae cum Christo regnans in caelis gloriosissimus Sanctus operatur in terris. Reverenti[am] quoque

3. Actus] *R* Decus *J* vita *Os om.* nostri 5. *AS, J* et quia 5–6. *Os* et omnia q. f. e. d. quia 7. et] *Os* vel 8. *R* et iub. 9. *H* Gregorio IX 12–13. quoque] *J* ergo 13. de] *M* ab *et om.* beato *Os om.* ipso 14. *AS, J om.* viro *W om.* capitula 15. temporum] *AS om.; J, R* ipsa 22. *Ox om.* Deus noster 26. *R* caelo 27. *B* Reverenti

refert, honorem, laudem et gloriam, quam ei felix Papa Gregorius, et cum eo universi sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales devotissime persolverunt, eum in sanctorum cathalogo conscribentes. Gratias omnipotenti Deo, qui semper in Sanctis suis admirabilem et amabilem se ostendit.

[*Explicit prologus.*]

2. *H* Gregorius IX 2-3. *W om.* Romanae 3-4. *AS* persolvunt 4 *R* eam in eorum 5. *W* Gratias ago o. *AS* Gratiae o. *R* Gratia o. qui] *J* quod 7. *B, H, L, M, Ox, R, W om.* Explicit prologus

Ad laudem et gloriam Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen. Incipit vita beatissimi patris nostri Francisci.

Qualiter conversatus sit in habitu et animo saeculari. I.

1. Vir erat in civitate Assisii, quae in finibus vallis Spoletanae sita est, nomine Franciscus, qui a primaevo aetatis suae anno a parentibus, secundum saeculi vanitatem, nutritus est insolenter, et ipsorum miseram vitam diu imitatus et mores, vanior ipse atque insolentior est effectus. [*Vana doctrina puerorum.*] Quoniam haec pessima consuetudo apud eos, qui christiano censentur nomine, sic undique inolevit, et perniciosa doctrina haec velut lege publica ita ubique firmata est et praescripta, ut ab ipsis cunabulis remisse nimis et dissolute filios suos studeant educare. Primo namque cum fari, vel balbutire incipiunt, turpia quaedam et exsecrabilia valde, signis et vocibus edocentur pueruli nondum nati: et cum tempus ablactationis evenerit, quaedam luxu et lascivia plena non solum fari, sed et operari coguntur. Non audet aliquis illorum, aetatis timore coactus, honeste se gerere, quoniam ex hoc duris [subiacet] disciplinis. Ideo bene ait saecularis poëta:

1-3. *AS, E, Os om.* Ad laudem - Amen 3. *H, Ox, R om.* Amen 3-4. *AS* Incipit vita sancti Fr. confessoris *E* Inc. vit. beati Fr. patris minorum fratrum. 4. *H, Os om.* nostri 5. *R* fuerit *H om.* habitu et 9. *R* par. suis 10. *AS om.* est 12. Vana] *Ox* Perniciosa 13. *Os* haec est 18. *R* Primum 18-19. *W* balbutari 20. *AS, M om.* pueruli *R* pueri ii *W* pueri nond. *Os* pueruli quasi nond. *M* nondum valentes loqui 21. *AS, M, Os, Ox, R, W* advenerit 22. *R* lasciva 23. *W* alicuius aetatis *H* aetate 24. *AS* se agere 24-25. *E, L, Os* quia e. h. d. subiaceat 25. *B* sibi iacet *H* subiacent *Ox om.* saecularis

Quia inter exercitationes parentum crevimus, ideo a pueritia nos omnia mala sequuntur. Testimonium hoc verum est, cum eo inimiciora sint [filiis] vota parentum, quo cessere felicius. Sed et cum paulo plusculum aetate profecerint, se ipsis impellentibus, semper ad deteriora opera dilabuntur. Ex vitiata namque radice arbor vitiosa succrescit, et quod semel male depravatum est vix reduci potest ad regulam aequitatis. Cum vero adolescentiae portas coeperint introire, quales eos fieri arbitraris? Tunc profecto omni dissolutionis genere fluitantes, eo quod liceat eis explere omne quod libet, omni studio se tradunt flagitiis deservire. Sic enim voluntaria servitute servi effecti peccati, arma iniquitati exponunt omnia membra sua, et nihil in se christianae religionis, in vita, seu in moribus [praeferentes], solo christianitatis nomine se tuentur.

2. Simulant miseri plerumque se nequiora fecisse quam fecerint, ne videantur abiectiores, quo innocentiores exsistunt. Haec sunt misera rudimenta, in quibus homo iste, quem sanctum hodie veneramur quoniam vere sanctus est, a pueritia versabatur, et fere usque ad vigesimum quintum aetatis suae annum tempus suum miserabiliter perdidit et consumpsit. Immo super omnes coaetaneos suos in vanitatibus male proficiens, incentor malorum et aemulator stultitiae abundantius exsistebat. Admira-

1. *W* Qui inter *AS*, *R* exercitationem *M* excrevimus 2. a] *R* in 3. *W* hoc nobis *R* cum quo inimic. sunt 4. *W om.* parentum *R* cessare 5. *AS* interpellantibus *E* interpellentibus 6. *Os*, *Ox* vitiosa 7. *M* successit 9. *R* adolescentulae 11. *AS om.* dissolutionis *H*, *Os* fluctuantes 12. *AS om.* omne 14 *Os* peccata armis iniquitatis *R* iniquitatis 15–16. *H* christ. virtutis 16. *B* proferentes 16–17. *Os om.* in vita - christianitatis 18. *W*, *R* plurimum se 19. *Os om.* quam fecerint *As* fecerunt n. v. a. qui *Os* ne vid. magis a. 19–20. *H* nequiores exsist. 22. versabatur et] *H* enim 23. *Os* vere 25. *E*, *M* supra 26. *H* intentor 27. *H om.* stultitiae *Os* exsistens erat

tioni omnibus erat, et in pompa vanae gloriae praeire caeteros nitebatur. In iocis, in curiosis, in scurrilibus et inanibus verbis, in cantilenis, in vestibus mollibus et fluidis, quia praedives erat, non avarus sed prodigus, non accumulator pecuniae sed substantiae dissipator, cautus negotiator sed vanissimus dispensator; homo tamen humanius agens, habilis et affabilis multum, licet ad insipientiam sibi. Quoniam multi ob hoc maxime post ipsum abibant, fautores malorum et criminum incentores: sicque constipatus agminibus iniquorum, sublimis et magnanimis incedebat, iter agens per medium Babyloniae platearum, quousque respiceret de caelis Dominus, et propter nomen suum longe faceret furorem suum ab eo, et infrenaret os eius laude sua, ne penitus interiret. Facta est proinde super eum manus Domini, et immutatio dexterae Excelsi, ut per eum daretur peccatoribus fiducia in gratiam respirandi, et conversionis ad Deum omnibus fieret exemplum.

Qualiter Deus visitavit cor eius per corporis infirmitatem et nocturnam visionem. II.

3. Enim vero cum adhuc vir iste iuvenili calore in peccatis fervesceret, et lubrica aetas ad explenda iuvenilia iura ipsum impelleret insolenter, ac mansuescere nesciens antiqui serpentis foret virulentia con-

27 (*p. 6*) - 1. *Os* Admirationis *R* vana 2. *H, M, Ox, R, W* videbatur *AS, Os* iocis curiosis *E, L* et curiosis *Os* et scur. 6. *M om.* cautus - dispensator *AS* negotiationum 7. *R* humanis habilis] *M* hilaris 9. *AS* ad hoc *R* per ipsum *AS, E, L, M, Os, W* factores *R* fautorum 10. *H* intentores 12. *AS* Babylonis 13. *H* suspiceret *W* respiciens 16. *H* autem proinde *Os* deinde 17. *Ox* mutatio *H om.* daretur 18-19. *H* conversionem 19. *E, H, L, M, Ox, W, R* ad exemplum 21. *M* corpoream 22. *Os om.* adhuc *W* huc 25. *AS* esset *Os* fuisset *H* virulenta deceptione conc.

citatus, adest subito divina ultio, vel potius unctio, super eum, et aggreditur primo sensum erroneum revocare, animo angustiam et corpori molestiam inferendo, iuxta illud propheticum : Ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria. Sicque diu infirmitate attritus, ut meretur pervicacia hominum, quae vix nisi suppliciis emendatur, coepit intra se alia solito cogitare. Cumque iam paululum respirasset et baculo sustentatus, causa recuperandae sanitatis, coepisset huc atque illuc per domicilium ambulare, die quadam foras exivit, et circumadiacentem provinciam coepit curiosius intueri. Sed pulchritudo agrorum, vinearum amoenitas, et quicquid visu pulchrum est, in nullo eum potuit delectare. Mirabatur propterea subitam sibi mutationem, et praedictorum amatores stultissimos reputabat. Ab ea itaque die coepit seipsum vilescere sibi, et in contemptu quodam habere quae prius in admiratione habuerat et amore.

4. Non plene tamen nec vere, quia nondum solutus erat a vinculis vanitatum, nec perversae servitutis iugum excusserat de cervice. Gravissimum est enim assueta relinquere, et animo semel iniecta non de facili enervantur. Recurrit animus longo tempore segregatus ad rudimenta principii, et assiduitate plerumque vitium vertitur in naturam. Tentat proinde Franciscus adhuc divinam fugere manum, et paternae correctionis paulisper oblitus, arridentibus sibi prosperis, cogitat quae sunt mundi, ac ignorans con-

1. *AS om.* potius *H* correctio 2. *W* sensim 5. *M* vitam 7. *W* qua 8. *Ox* paululo 10-11. *M* domum 11. *Os* ambulavit, exivit 11-12. *AS* circa adi. planiciem 12-13. *Os* Sed agrorum amoenitas, nemorum et vinearum 14. *M om.* visu *R* visui 15. *Ox*, *R* sui *AS* immutationem 17. *Os* ipsa namque die coepit apud seips. 18-19. *H* contemptu habere quaeque quae p. i. admirationem h. e. amorem 20. *AS* et vere 21. *R* vanitatis 23. *Os* consueta 25-26. *R* plurimum 26. *H* revertitur *R* Expectat 27. *H* sanctus Fr. *E om.* adhuc 28. *E*, *M*, *Os* correptionis 29. *AS* cogitabat q. s. m. At

silium Dei, de gloria saeculi et vanitate facturum adhuc maxima se promittit. Nam nobilis quidam civitatis Assisii militaribus armis se non mediocriter praeparat, et inanis gloriae ventu inflatus, ad pecuniae vel honoris augenda lucra, iturum in Apuliam se spopondit. Quibus auditis, Franciscus, quia levis animo erat et non modicum audax, ad eundum conspirat cum illo, generis nobilitate impar sed magnanimitate superior, pauperior divitiis sed profusior largitate.

5. *De Visione.* Nocte igitur quadam cum ad haec consummanda tota se deliberatione dedisset, et desiderio aestuans ad iter agendum maxime anhelaret, qui percusserat eum in virga iustitiae per visionem nocturnam visitat eum in dulcedine gratiae; et quia gloriae cupidus erat, gloriae fastigio eum allicit et exaltat. Videbatur ei namque domum suam totam habere plenam militaribus armis, sellis scilicet, clypeis, lanceis, et caeteris apparatibus; gaudensque plurimum, quid hoc esset secum tacitus mirabatur. Non enim consueverat talia in domo sua videre, sed potius pannorum cumulos ad vendendum. Cumque ad subitum rerum eventum stuperet non modicum, responsum est ei omnia haec arma sua fore militumque suorum. Expergefactus quoque animo gaudenti mane surrexit, et praesagium magnae prosperitatis reputans visionem, prosperum futurum iter suum in Apuliam securatur. Nesciebat enim quid diceret, et munus sibi de caelo datum adhuc minime cognoscebat. In eo tamen perpendere

1. *R* saeculari *AS* et saeculi van. 4. *R* parat 11. *E*, *M*, *W* Visio. 11–12. *M* adhuc 13. *E* exaestuans *AS om.* maxime 15. *Os* visitavit *E* dulcedinem 18. *W om.* totam 18–19. *Os* sel. et clyp. 20. *Os* hoc significet *M om.* secum 23. *H om.* eventum 24. *Os om.* omnia 25–26. *H* Expergefactus animoque 27. *Os* prosperitatis visione 27–28. *M* facturum 28. *Os* se consolatur 29–30. *Os* datum minime cognoscebatur

poterat visionis huius suam interpretationem non esse veram, quia, licet satis rerum gestarum [utcumque] similitudinem contineret, non tamen animus eius circa talia solito laetabatur. Vim namque quandam sibimet facere oportebat, ut cogitata perficeret et iter concupitum effectui manciparet. Et quidem pulchre satis primo de armis fit mentio, et opportune multum arma traduntur contra fortem armatum militi pugnaturo, ut quasi alter David in nomine domini Dei exercituum ab inveterato inimicorum opprobrio liberet Israelem.

Qualiter mente sed non corpore mutatus de thesauro invento et sponsa allegorice loquebatur. III.

6. Immutatus quoque, sed mente non corpore, ire in Apuliam iam recusat, et voluntatem suam studet dirigere ad divina. Sicque parumper a saeculari tumultu se subtrahens et negotio, studet in interiori homine recondere Iesum Christum. Abscondit velut prudens negotiator margaritam inventam oculis illusorum, et occulte nititur eam venditis omnibus comparare. Nam cum vir quidam in civitate Assisii magis inter caeteros sibi dilectus existeret, quoniam unius cum eo erat aetatis, et assidua familiaritas mutuae dilectionis ad communicanda secreta sua ipsi praeberet ausum, eum ad loca remota et apta consiliis saepius perducebat, quendam the-

1. *H* eius 2. *Os* gestarum in se 2-3. *B* utrumque 5. *Os*, *R* sibi 6. *W* cupitum 6-7. *Os om.* effectui - mentio 9-10. *H om.* domini 10-11. *R om.* ab i. i. opprobrio 11. *H*, *Os* liberaret *E* Ierusalem 12. *E* immutatus 13. *M om.* et sponsa 14. *Os om.* quoque 15. iam] *R* se; *W* non 16. *Os*, *Ox* iam stud. *AS*, *E*, *L*, *M*, *Ox*, *W* divinam 20. *M om.* oculis i. e. occulte 22. *R* magnus *Os* dilectos 22-23. *R om.* sibi - aetatis 25 ipsi] *Os* sibi 26. *Os* apte

saurum pretiosum et magnum se asserens invenisse. Exsultat homo ille, ac de auditis exsistens sollicitus, libenter cum eo graditur quoties advocatur. *Modus conversionis.* Crypta quaedam erat iuxta civitatem, ad quam frequenter euntes de thesauro mutuo loquebantur. Intrabat vir Dei, qui sanctus iam sancto proposito erat, cryptam illam, socio de foris exspectante, et novo ac singulari perfusus spiritu Patrem suum in abscondito exorabat. Gestiebat neminem scire quid ageret intus, et occasione boni melius sapienter occultans, solum Deum in suo sancto proposito consulebat. Orabat devotus, ut Deus aeternus et verus dirigeret viam suam, et suam illum doceret facere voluntatem. Maximam sustinebat animi passionem, et donec opere compleret quod conceperat corde, quiescere non valebat. Cogitationes variae sibi invicem succedebant, et ipsarum importunitas eum duriter perturbabat. Ardebat intus igne divino, et conceptum ardorem mentis celare de foris non valebat. Poenitebat eum peccasse tam graviter et offendisse oculos maiestatis, nec iam eum mala praeterita seu praesentia delectabant, sed nondum plene receperat continendi fiduciam a futuris. Propterea cum foras revertebatur ad socium, ita erat labore confectus, ut alius intrans, alius exiens videretur.

7. Quadam vero die cum Domini misericordiam plenissime invocasset, ostensum est ei a Domino quid ipsum agere oporteret. Tantoque deinceps repletus est gaudio, quod non se capiens prae laetitia, etiam nolens ad aures hominum aliquid eructabat.

2. *Os om.* ille 4. *E, M, R* conversationis *Ox* Crypta vero q. 6. *R* Iurabat *H* vir sanctus qui sanctus 7. *Os om.* sancto 8. *E, Os, Ox, W* profusus 11. *Os om.* sancto 12. *H om* devotus 15. *Os* quae 16–20. *Os om.* Cogitationes–valebat 17–18. *M* inoportunitas 23. *M* coeperat *Os, Ox* conceperat 30. *H om.* est 31. etiam] *M* et

Sed licet prae magnitudine inspirati amoris silere non posset, cautius tamen aliquid et in aenigmate loquebatur. Sicut enim speciali amico, ut dictum est, de thesauro abscondito, sic et caeteris loqui figuraliter nitebatur. Dicebat se in Apuliam nolle ire, sed in patria propria promittebat nobilia et ingentia se facturum. Putabant homines quod uxorem ducere vellet, ipsumque interrogantes dicebant: Uxorem ne ducere vis, Francisce? Qui respondens eis aiebat: Nobiliorem et pulchriorem sponsam, quam umquam videritis, ducam, quae caeteris forma praemineat et sapientia cunctas excellat. Et equidem immaculata Dei sponsa est vera religio quam suscepit, et thesaurus absconditus est regnum caelorum quod tanto desiderio exquisivit. Quia [necessario erat omnino] vocatio evangelica in eo explenda, qui evangelii erat minister in fide et veritate futurus.

Qualiter venditis omnibus pecuniam susceptam contempsit. IV.

8. [Ergo] sic affectus beatus servus Altissimi, et sancto Spiritu confirmatus, quoniam aderat tempus statutum, sequitur illum beatum impetum animi sui, quo ad optima bona, calcatis saecularibus, itur. Non licebat de caetero facere moram, quia letalis morbus ubique iam in tantum excreverat, et multorum sic omnes occupaverat artus, ut, aliquantisper medico

2. *R* tantum *Os om.* aliquid 4. *H om.* loqui 5. *H* loquebatur *Os* velle 9. *H om.* eis 12. *AS* cunctis *W* praecellat 13. Et quidem *M* Equidem 13. *Ox* sp. est. Nam rel. 15. *B* necessaria erat animo 16. vocatio] *Os* praedicatio 17. *Ox* affuturus *R* contempserit 20. *B, E, L, Os,* Quia; *H M, Ox, R* Eia *H,* effectu *R om.* beatus 22. *AS om.* sequitur *R* imperium 23. *R* omnibus 24. *AS* licere 25. *W* iam interim 26. *Os om.* omnes *M* medio; *Os, R* modico

retardante, abriperet vitam, vitali spiritu intercluso. Surgit proinde, signo sanctae Crucis se muniens, et praeparato equo super eum ascendit, assumptisque secum pannis scarulaticis ad vendendum, ad civitatem quae Fulgineum vocatur festinus devenit. Ibi ex more venditis omnibus quae portabat, caballum, cui tunc insederat, felix mercator assumpto pretio dereliquit. Regressusque inde, depositis sarcinis, quid ageret de pecunia religiosa mente tractabat. Mirum in modum mox totus in Dei opere conversus, gravatum valde se sentiens pecuniam illam vel una hora portare, ac velut arenam reputans omne illius emolumentum, ad deponendam illam cito festinat. Cumque versus civitatem Assisii remearet, reperit iuxta viam quandam ecclesiam, quae in honorem sancti Damiani fuerat antiquitus fabricata, sed casum proximum ex vetustate nimia minabatur.

9. Ad quam novus Christi miles adveniens, pietate tantae necessitatis commotus, cum timore ac reverentia introivit; et invento illic quodam paupere sacerdote, magnaque cum fide osculatis eius manibus sacris, pecuniam ei obtulit, quam portabat, et propositum suum ei per ordinem enarravit. Obstupefactus sacerdos, et ultra quam credi potest subitam rerum conversionem admirans, quod audiebat credere recusavit. Et quia putabat illudi sibi, noluit apud se oblatam pecuniam retinere. Viderat enim eum, ut ita dicam, pene altera die enormiter vivere inter cognatos et notos, et supra caeteros suam

3. *M* assumptusque 4. *H*, *M om.* secum *AS* scapulatis *H* scarlaticis *R* scarulatis *Os* in civit. 5. *H* Fulgi *Os* advenit 8. *AS*, *M* dereliquit *E*, *Os* Reversusque *L* inde, positis 12. *AS om.* vel *M* velut horam 13. *M* illud 14. *H* festinabat *M* festinans 16. *H*, *R* honore 22. *M* osculatus 24. *R* propositi sui ordinem *H*, *L*, *M*, *Ox*, *W*, *Os* suum et ordinem 26. *R* miratus *E*, *W* quae 27. *W* recusabat 28. *W* illatam 30. inter] *AS* ultra

806117

stultitiam exaltare. At ipse pertinacius persistens verbis suis fidem facere nitebatur, orans enixius et deprecans sacerdotem ut eum secum morari pro Domino pateretur. Acquievit tandem sacerdos de mora illius, sed timore parentum pecuniam non recepit; quam verus pecuniarum contemptor in quandam fenestram proiiciens de ipsa velut de pulvere curat. Cupiebat enim possidere sapientiam, quae auro melior, et prudentiam acquirere quae pretiosior est argento.

Qualiter pater eius persequens ligavit eum. V.

10. Moram igitur faciente in praedicto loco servo Dei excelsi, pater eius circuit usquequaque, tamquam sedulus explorator, scire cupiens quid de filio actum sit. Et dum intellexisset eum in loco iam dicto taliter conversari, tactus dolore cordis intrinsecus ad subitum rerum eventum turbatus est valde nimis, convocatisque amicis ac vicinis, citissime cucurrit ad locum, in quo Dei famulus morabatur. At ipse, quia novus Christi athleta erat, cum audiret persequentium minas, ac eorum praesentiret adventum, dare locum irae volens, in quandam occultam caveam, quam ad hoc ipsemet paraverat, se mergebat. Erat fovea illa in domo, [uni] tantum forte cognita soli, in qua per mensem unum sic continuo latitavit, ut ad causam humanae necessitatis egredi

1. *M* exaltasse *AS* insistens *E* exsistens 3-4. *L om.* pro Domino 8. curat] *AS* nunciavit *AS* quae est auro 9. *R om.* acquirere - pretiosior] *Os* melior 11. *E om.* eius *Ox om.* persequens *W* persecutus *E*, *Ox* alligavit 12. *M* in eodem 13. *W* circuivit 14. *H*, *Os* filio suo 15. *M* cum 16. *H* commorari 17-18. *Os om.* turbatus - vicinis 20. *R* qui novus 21. *H* praesumeret 22. in] *M* ad *et om.* occultam 23. *H*, *R* foveam 24. *B om.* uni *R om.* forte

vix auderet. Cibus, si quando dabatur, in foveae occulto edebat eum, et clandestinum ei omne impendebatur obsequium. Oransque orabat iugiter lacrimarum imbre perfusus, ut liberaret eum Dominus de manibus persequentium animam suam, et ut pia vota sua benigno favore compleret. In ieiunio et fletu exorabat clementiam Salvatoris, et de sua diffidens industria totum iactabat in Domino cogitatum. Et licet esset in fovea et in tenebris constitutus, perfundebatur tamen indicibili quadam laetitia, sibi hactenus inexperta, ex qua totus ignescens, relicta fovea, palam se persecutorum exposuit maledictis.

11. Surrexit itaque protinus impiger, festinus et alacer, et ad praeliandum pro Domino scutum fidei praeferens magnaeque fiduciae armis munitus versus civitatem aggressus est viam, et divino calore succensus coepit semetipsum segnitiei et ignaviae plurimum incusare. Quo viso, cuncti qui noverant eum, comparantes ultima primis, coeperunt illi miserabiliter exprobrare, et insanum ac dementem acclamantes, lutum platearum et lapides in ipsum proiiciunt. Cernebant eum a pristinis moribus alteratum et carnis maceratione valde confectum, et ideo totum quod agebat exinanitioni et dementiae imputabant. *Vera patientia.* Sed quia melior est patiens arrogante, famulus Dei surdum iis omnibus se praestabat, et nulla fractus aut mutatus iniuria pro iis omnibus gratias Domino referebat. In vanum namque iniquus persequitur ad honesta

1-2. *Os* foveam occulte *AS*, *Ox* fovea occulte 2. et clandestinum] *AS* clam festinum quia 4. *R* liberaret Deus 6. *Os* suo 7-8. *AS* dissidens 10. *AS om.* sibi 11. *AS* inexpectata in q. 14. *H*, *L om.* et 15. *AS* proferens 16. *E*, *Os* civitat. Assisii 17-18. *H om.* plurimum 18. *E*, *H* excusare 19. *H om.* illi 22. *Os* proiicientes 24. *M* totumque quod *R* aiebat 25. *M* deputabant. 26. *M* surdus 27. *W* parabat *AS* nulla immutatus *Os* fr. aut tactus aut 27-28. *M om.* se praestabat - omnibus 28. *H om.* Domino

tendentem, quia quanto plus fuerit ille concussus, tanto fortius triumphabit. Generosum animum, ait quidam, dedecus efficit fortiorem.

12. Cumque diu rumor ac plausus huiusmodi de ipso per plateas ac vicos discurreret civitatis, et huc atque illuc illudentium sonitus resultaret, inter multos quorum tetigit aures horum fama tandem pervenit ad patrem. Qui cum audisset filii sui nomen, et in eo tale negotium a concivibus intorqueri, continuo surgit non ad liberandum eum, sed potius ad perdendum; nullaque moderatione servata, tamquam lupus ad ovem advolat, et torvo ac truci vultu illum respiciens, iniecta manu, inverecunde ac inhoneste satis, ad propriam domum pertraxit eum. Sicque omni miseratione subtracta, per plures dies eum in tenebroso loco reclusit, et putans animum eius flectere ad sui consensum, primo verbis, deinde verberibus et vinculis agit. *Constans propositum.* Ipse vero ex hoc ad exequendum propositum sanctum promptior et validior reddebatur, et nec exprobratus verbis, nec vinculis fatigatus, patientiam dereliquit. Non enim per flagella et vincula potest a mentis recta intentione declinare ac statu, nec a Christi grege abduci cui praecipitur in tribulatione gaudere; nec trepidat in diluvio aquarum multarum cui est refugium a pressura Filius Dei, qui, ne nostra nobis aspera videantur, semper sua ostendit esse maiora quae pertulit.

1. *AS om.* quanto *AS* percussus 2. *AS om.* tanto 3. *AS* per dedecus fortiorem 6. *H* (instudentium) discurrentium son. insultaret 8. *M* Quicumque 9. *H* tale convitium *P* civibus 10. *AS* deliberandum 13. *H* inspiciens 14. *P, W* protraxit 16. *H* animum suum 22. *AS* Non eum 26. *AS om.* nobis

Qualiter mater eius solvit eum et quomodo coram Episcopo Assisii se denudavit. VI.

13. [Factum est autem] cum pater eius, familiari causa urgente, aliquantulum a propria discessisset, et vir Dei vinctus in domus ergastulo permaneret, mater eius, quae sola domi cum eo remanserat, factum viri sui non probans, blandis sermonibus filium adlocuta est. Cumque videret quod eum a suo proposito revocare non posset, commota sunt materna viscera super eum, et confractis vinculis, liberum eum abire permisit. *Probata virtus.* At ipse, gratias omnipotenti Deo referens, ad locum in quo fuerat prius concitus est reversus. Maiori enim libertate iam utitur, tentationum documentis probatus, et per multiplicia bella imaginem induerat laetiorem. Securiorem ex iniuriis receperat animum, et liber ubique pergens magnanimior incedebat. Revertitur interea pater, et eo non invento, peccata peccatis accumulans, ad convicia uxoris convertitur. Cucurrit deinde ad locum fremens et perstrepens, ut si eum revocare non posset, saltem de provincia effugaret. Verum quia timor Domini fiducia fortitudinis est, ut audivit carnalem patrem gratiae filius ad se venientem, securus et laetus ultro se obtulit, libera voce clamans se pro nihilo ducere vincula et verbera eius. Insuper attestatur se pro Christi nomine gaudenter mala omnia subiturum.

1. *E* Quomodo 2. *P* ipse coram *Ox* denudavit eum 3. *B* Actum est cum *AS om.* familiari 4. *Os* ad propria *P*, *W* a patria *R* prop. civitate 7. *R* approbans *L*, *Ox om.* blandis 10. *F* liberatum 12. in quo] *H*, *Os* ubi 12-13. *AS* conditus 13. *AS* Maiorum libertate] *M* bonitate 14. per] *R* propter 15. *Os* iam induerat 16. *AS om.* et liber *R* liberius *AS* ubicumque 17. interea] *M* inquam 18. *AS* peccata pro pecc. 22. *H* statim ut 25. *P* eius, se testatur 26. *H om.* gaudenter

14. Videns autem pater quod ab incepto itinere ipsum revocare non posset, totus ad extorquendam pecuniam instigatur. Desideraverat vir Dei eam in pauperum victu et illius loci aedificiis totam expendere ac praebere. Sed qui pecuniam non amabat nulla de ipsa specie boni decipi potest, et qui nullo ipsius detinebatur affectu ad eius amissionem in aliquo non turbatur. Inventa itaque pecunia, quam maximus terrenorum contemptor et caelestium divitiarum nimis cupidus exquisitor in pulverem et fenestram exçusserat, saevientis patris aliquantulum exstinguitur furor, et avaritiae sitis inventionis vapore utcumque restringitur. Ducit eum deinde coram episcopo civitatis, ut in ipsius manibus omnibus eius renuntians facultatibus, omnia redderet quae habebat. Quod non solum ipse non renuit, sed et multum gaudens prompto animo acceleravit facere postulata.

15. [*Contemptus verecundiae.*] Cumque perductus esset coram episcopo, nec moras patitur nec cunctatur de aliquo; immo nec verba exspectat nec facit, sed continuo depositis et proiectis omnibus vestimentis restituit ea patri. Insuper et [nec] femoralia retinens totus coram omnibus denudatur. Episcopus vero animum ipsius attendens, fervoremque ac constantiam nimis admirans, protinus exsurrexit et inter brachia sua ipsum recolligens, pallio, quo indutus erat, contexit eum. Intellexit aperte divinum esse consilium, et facta viri Dei, quae praesentialiter viderat, cognovit mysterium continere. Factus est propterea deinceps adiutor eius, et fovens ipsum atque

4. *R* victum 5. *AS*, *R* Sed quia 6. *M*, *P*, *W* spe boni *E*, *Os om.* boni *R* et quia 9. *Os om.* contemptor 10. *E* ut pulverem in *P* dum fe. 13. *AS*, *P*, *R* restinguitur 13-14. *R* ad episcopum 14. *AS om.* omnibus 15. *Os* haberet 18-19. *AS* productus 20-21. nec facit] *AS* ut faciat 21. facit] *R* facta *AS om.* omnibus 22. *AS* etiam nec *B* non 23. omnibus] *M* hominibus 24. *Os* intendens 25. *AS* consurrexit 26. *H* colligeris 29-30. *H* praeterea

confortans amplexatus est eum in visceribus charitatis. Ecce iam nudus cum nudo luctatur, et depositis omnibus quae sunt mundi, solius divinae iustitiae memoratur. Studet iam sic propriam contemnere vitam, omnem pro illa sollicitudinem deponendo, ut sibi pauperi pax esset in obsessa via, et solus carnis paries ipsum a divina visione interim separaret.

Qualiter a latronibus captus proiectus fuit in nive et quomodo servivit leprosis. VII.

16. Iam enim cum semicinctiis involutus pergeret, qui quondam scarulaticis utebatur, et per quamdam silvam laudes Domino lingua francigena decantaret, latrones super eum subito irruerunt. Quibus ferali animo eum quis esset interrogantibus, confidenter vir Dei plena voce respondit dicens: Praeco sum magni Regis, quid ad vos? At illi percutientes eum in defosso loco pleno magnis nivibus proiecerunt dicentes: Iace, rustice praeco Dei! Ipse vero se huc atque illuc revolvens, nive a se discussa, illis recedentibus, de fovea exsilivit, et magno exhilaratus gaudio coepit alta voce per nemora laudes Creatori omnium personare. Tandem ad quoddam claustrum monachorum veniens, per plures dies in sola vili camisia, quasi garcio in coquina exsistens, cupiebat vel de brodio saturari. Verum cum, omni miseratione subtracta, nullum posset vel vetustum acquirere indumentum, non motus ira, sed necessitate coactus, inde progre

6. *Os* solius 7. interim] *M* iterum 8. *H om.* captus 8–9. *Os* captus est et in nivem proiecerunt *et om.* et quom. serv. lepr. 10. *P* Nam *H om.* involutus 11. scarulaticis] *AS* clavatis *H* scarlaticis *R* carulaticis 13. *Os om.* subito 14–15. *H* confidenter pl. voc. respondit eis d. 18. *Os* se ad huc 19. *H om.* illis 20. *Os* fossa 22. *AS*, *E* persolvere *B* q. sacrum claustrum 23. *H*, *Os*, *W* et per pl. 24. *AS om.* quasi 25. *AS* subtecta 26. *H om.* vel

diens devenit ad Eugubii civitatem, ubi a quodam olim amico eius sibi tuniculam acquisivit. Post haec autem, modico tempore iam elapso, cum viri Dei ubique fama crebresceret et nomen eius divulgaretur in populis, Prior monasterii supradicti, quod factum fuerat in virum Dei recolens et intelligens, venit ad eum, et ob reverentiam Salvatoris ab eo suppliciter pro se suisque veniam postulavit.

17. *Humilis charitas.* Deinde vero totius humilitatis sanctus amator se transtulit ad leprosos, eratque cum eis, diligentissime serviens omnibus propter Deum, et lavans putredinem omnem ab eis, ulcerum etiam saniem extergebat, sicut ipse in testamento suo loquitur dicens: «Quia cum essem in peccatis, «nimis amarum mihi videbatur videre leprosos, et «Dominus conduxit me inter illos, et feci misericor-«diam cum illis». In tantum namque, ut dicebat, aliquando amara ei leprosorum visio exsistebat ut, cum tempore vanitatis suae per duo fere milliaria eminus ipsorum domos respiceret, nares suas propriis manibus obturaret. Sed cum iam gratia et virtute Altissimi sancta et utilia inciperet cogitare, in saeculari adhuc habitu constitutus, leprosum unum obvium habuit die quadam, et semetipso fortior effectus accessit et osculatus est eum. Exinde quoque coepit seipsum magis ac magis contemnere, quousque misericordia Redemptoris ad perfectam suimet victoriam perveniret. Aliorum [quoque] pauperum, in saeculo manens et adhuc saeculum sequens, erat adiutor, non habentibus porrigens misericordiae manum, et affli-

1. *M* advenit *R* venit 2. *E om.* eius *R* tunicam *Os* iam acquisivit 3. autem] *AS* a *R om.* Dei 4. *H* iam ubique 11 *AS*, *E* dilectissime *H om.* serviens omnibus 13. *P* et insaniem *W* sanguinem 14. *M* Qui 22. utilia] *AS* virilia *Os* inceperat iam 25. *H*, *W om.* quoque 26. *H* semetipsum *Os om.* ac magis 28. *B* Aliorumque *AS* Maior quoque 30. *AS* porrigens mane mis. man.

ctis gerens compassionis affectum. *Sancta [curialitas]*. Nam cum die una, praeter morem suum quia curialissimus erat, cuidam pauperi postulanti ab eo eleemosynam exprobrasset, statim poenitentia ductus coepit dicere intra se, magni vituperii fore [magnique] dedecoris petenti pro nomine tanti Regis subtrahere postulata. Posuit deinde in corde suo nemini pro Deo a se petenti, secundum posse, de caetero aliquid denegare. Quod et diligentissime fecit et implevit, quousque totum omnimode praebuit semetipsum, evangelici consilii primitus exsecutor quam doctor effectus: Qui petit a te, inquit, da ei, et volenti a te mutuari ne avertaris.

Quomodo construxit ecclesiam Sancti Damiani, et de conversatione Dominarum in eodem loco degentium. VIII.

18. Primum itaque opus quod beatus Franciscus aggreditur, liberatione sui de manu carnalis patris obtenta, domum construit Deo; illamque non de novo facere tentat, sed veterem reparat, vetustam resarcit; [non] fundamentum evellit, sed super illud aedificat; praerogativam, licet ignorans, semper reservans Christo; fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Cumque ad locum, in quo, sicut dictum est, ecclesia Sancti Damiani antiquitus constructa fuerat, reversus foret, gratia ipsum Altissimi comitante, in brevi eam tempore studiosius reparavit. Hic est locus

1. *B* cupiditas 5. *B* magni quia 6. *L* postulanti 7. *R* proinde 11. *H* exquisitor quam doctor] *W* quoniam lector 12. *R* Quod petit *AS, Os om.* a te 14. *P* instruxit 14-15. *P* et conversationem 17. *AS om.* quod beatus 19. *E, P* construxit *M* constituit de novo] *M* denuo 21. *B* nam 24. *Os om.* quod positum est 28. *AS om.* studiosius

ille beatus et sanctus in quo gloriosa religio et excellentissimus ordo pauperum Dominarum et sanctarum virginum, a conversione beati Francisci fere sex annorum spatio iam elapso, per eumdem beatum virum felix exordium sumpsit; in quo domina Clara, civitate Assisii oriunda, lapis pretiosissimus atque fortissimus caeterorum superpositorum lapidum exstitit fundamentum. Nam cum post initiationem ordinis Fratrum dicta domina sancti viri monitis ad Deum conversa fuisset, multis exstitit ad profectum et innumeris ad exemplum. Nobilis parentela, sed nobilior gratia; virgo carne, mente castissima; aetate iuvencula, sed animo cana; constans proposito et in divino amore ardentissima desiderio; sapientia praedita et humilitate praecipua; Clara nomine, vita clarior, clarissima moribus.

19. Super hanc quoque pretiosissimarum margaritarum nobilis structura surrexit, quarum laus non ex hominibus sed ex Deo est, cum nec angusta meditatio eam cogitare sufficiat, nec brevis locutio explicare. *Virtutum Ordo. I.* Praecipua namque ante omnia in eis viget virtus mutuae ac continuae charitatis, quae ita ipsarum in unum copulat voluntates, ut cum quadraginta, vel quinquaginta, pariter alicubi commorentur, idem velle ac idem nolle unum in eis spiritum faciat de diversis. *II.* Secundo in unaquaque rutilat humilitatis gemma, quae collata [dona] et bona de caelis habita sic conservat, ut virtutes caeteras mereantur. *III.* Tertio virginitatis et castitatis lilium sic respergit odore mirabili universas, ut terrenarum cogitationum oblitae, sola desiderent caelestia me-

1. gloriosa rel.] *Os* religiosa rel. 6-7. *H om.* atque fortissimus 8 *R* imitationem 9. *H om.* domina *et pro* monitis *legit* nominis *AS* ad eum 12. *R* sed mente 14. *H* ardentissimo 20. *AS* locus 21. *H, Os, R* Praecipue 24. *AS om.* vel quinquaginta 25. *R* morentur 27. *P om.* collata dona] *B, W* dicta; *E om.* 27-28. *AS* coll. bona et de 29. *AS, R* mereatur

ditari, et tantus ex ipsius [fragrantia] in ipsarum cordibus aeterni Sponsi amor exoritur, ut integritas sacrae affectionis omnem ab eis consuetudinem vitae prioris excludat. *IV.* Quarto sic omnes altissimae paupertatis sunt titulo insignitae, ut extremae necessitati victus et vestitus vix vel numquam satisfacere acquiescant.

20. *V.* Quinto vero sic abstinentiae ac taciturnitatis adeptae sunt gratiam singularem, ut ad cohibendum carnalem motum et frenandam linguam vim minime patiantur; unde et quaedam ipsarum ita sunt a collocutionibus dissuetae, ut, cum necessitas exigit eas loqui, vix verba formare, prout expedit, recordentur. *VI.* Sexto quippe in his omnibus virtute patientiae tam mirabiliter adornantur, ut nulla tribulationum adversitas vel molestiarum iniuria ipsarum frangat animum, vel immutet. *VII.* Septimo denique contemplationis summam taliter meruerunt, ut in ea discant omne quod agendum eis seu vitandum sit, et feliciter noverint mente Deo excedere, nocte ac die divinis laudibus et orationibus insistentes. Dignetur aeternus Deus gratia sua sancta tam sanctum principium exitu concludere sanctiori. Et haec ad praesens de virginibus Deo dicatis et devotissimis ancillis Christi dicta sufficiant, cum ipsarum vita mirifica et institutio gloriosa, quam a domino Papa Gregorio, tunc temporis Hostiensi episcopo, susceperunt, proprium opus requirat et otium.

1. *H* ex ipsarum *B, AS, P, R* flagrantia 3. *Os* sanctae 5. *Os* assignitae 5-6. *R* necessitatis 6. vel] *AS* aut 9. *Os om.* gratiam 10. *AS* motum, infraenandam vim] *R* vix 11. unde] *AS* inde; *H, L, M, Os, R* cum *M, P, R* ita sint 11-12. *H* sunt allocutionibus *M* locutionibus 15. *H* laudabiliter; *R* admirabiliter *Os* tribulationibus 18. *R* meruerunt acquirere 21. *R om.* et orationibus 21-22. *M* insistentes aeternis. Deus 22-23. *AS* gr. sua secundum principium 22. *R* tam felix 21-23. *P om.* Dignetur-sanctiori 23. *H* Et hoc 23-24. *Os om.* ad praesens 26. *H* Gregorio nono 28. otium] *M* hostium

Quomodo, mutato habitu, refecit ecclesiam Sanctae Mariae in Portiuncula, et quomodo audito evangelio, relictis omnibus, habitum quem fratres habent adinvenit et fecit. IX.

21. Interea sanctus Dei, mutato habitu et praedicta ecclesia reparata, migravit ad locum alium iuxta civitatem Assisii, in quo ecclesiam quamdam dirutam et propemodum eversam reaedificare incipiens, a bono principio non destitit quousque ad perfectum adduceret universa. Inde vero ad alium se transtulit locum, qui Portiuncula nuncupatur, in quo ecclesia Beatae Virginis matris Dei antiquitus constructa exstiterat, sed deserta tunc a nemine curabatur. Quam cum sanctus Dei cerneret sic destructam, pietate commotus, quia devotione fervebat erga totius bonitatis Matrem, coepit ibidem assiduus commorari. Factum est autem, cum iam dictam ecclesiam reparasset, conversionis eius annus tertius agebatur. Quo in tempore [quasi] heremiticum ferens [habitum], accinctus corrigia et baculum manu gestans, calceatis pedibus incedebat.

22. Sed cum die quadam evangelium, qualiter Dominus miserit discipulos suos ad praedicandum, in eadem ecclesia legeretur, et sanctus Dei assistens ibidem utcumque intellexisset verba evangelica, celebratis missarum solemniis, a sacerdote sibi exponi

1. *P* immutato *H* fecit 2. *L*, *M*, *Os*, *P*, *R om.* quomodo *H om.* quomodo aud. evangelio 4. *W om.* adinvenit et fecit *M om.* et fecit 8. *AS om.* et *et* eversam 9. *M* desistit 10. *AS*, *E*, *H* duceret 12. *M om.* antiquitus 12–13. *AS* constituta 13. exstiterat] *W* fuerat *AS* intrabatur 14. *W* desertam 15. *R* devote 18. *W* conversationis 19. *B om.* quasi 20. *B om.* habitum *et leg.* in manu 20–21. *AS*, *E*, *Ox* portans; *P* ferens 21. *R* calceatus 23. *H* misit 25. utcumque] *H* ut ubicumque 26. *L om.* sibi

evangelium suppliciter postulavit. *Evangelica vocatio.* Qui cum ei cuncta per ordinem enarrasset, audiens sanctus Franciscus Christi discipulos non debere aurum, sive argentum, seu pecuniam possidere, non peram, non sacculum, non panem, non virgam in via portare, non calceamenta, non duas tunicas habere, sed regnum Dei et poenitentiam praedicare, continuo exsultans in spiritu Dei: Hoc est, [inquit, quod volo, hoc est] quod quaero, hoc totis medullis cordis facere concupisco. Festinat proinde pater sanctus, superabundans gaudio, ad impletionem salutaris auditus, nec moram patitur aliquam praeterire quin operari devotus incipiat quod audivit. Solvit protinus calceamenta de pedibus, baculum deponit e manibus, et tunica una contentus, pro corrigia funiculum immutavit. Parat sibi ex tunc tunicam crucis imaginem praeferentem, ut in ea propulset omnes daemoniacas phantasias: parat asperrimam, ut carnem in ea crucifigat cum vitiis et peccatis: parat denique pauperrimam et incultam, et quae a mundo nullatenus valeat concupisci. Caetera vero quae audierat, summa cum diligentia, summa cum reverentia, facere gestiebat. Non enim fuerat evangelii surdus auditor, sed laudabili memoriae quae audierat cuncta commendans, ad litteram diligenter implere curabat.

1. *H* simpliciter 1-2. *M* narratio 2. *AS*, *E*, *L*, *Ox* Quod *AS om.* per ordinem 4. *M om.* seu pecuniam 5. *Os om.* non panem 7. *H om.* habere 9. *B om.* inquit-est 10. *M*, *P* Festinans 12-13. *R om.* aliquam 15. una] *H* sola *E* contemptus 18. *H* diabolicas 20. *R* parat sibi denique] *Os* deinde; *R* ex tunc 26. *E*, *Ox* cupiebat

De praedicatione evangelii et annuntiatione pacis, et sex primorum Fratrum conversione. X.

23. Exinde cum magno fervore spiritus et gaudio mentis coepit omnibus poenitentiam praedicare, verbo simplici sed corde magnifico aedificans audientes. Erat verbum eius velut ignis ardens, penetrans intima cordis, et omnium mentes admiratione replebat. Totus alter videbatur quam fuerat, et caelum intuens dedignabatur respicere terram. Et mirum certe, quia ibi coepit [primitus] praedicare, ubi, cum adhuc esset infantulus, didicerat legere, in quo etiam loco sepultus est honorifice primum, ut felix initium felicior consummatio commendaret. Ubi didicit ibi et docuit, et ubi coepit ibi feliciter consummavit. In omni praedicatione sua, priusquam convenientibus proponeret verbum Dei, pacem imprecabatur dicens: Dominus det vobis pacem. Hanc viris et mulieribus, hanc obviis et obviantibus semper devotissime nuntiabat. Propterea multi, qui pacem oderant pariter et salutem, Domino cooperante, pacem amplexati sunt toto corde, facti et ipsi filii pacis et aemuli salutis aeternae.

24. Inter quos quidam de Assisio, pium ac simplicem spiritum gerens, virum Dei devote primo sequutus est. Post hunc frater Bernardus, pacis legationem amplectens, ad mercandum regnum caelorum post sanctum Dei cucurrit alacriter. Hic enim frequenter susceperat beatum patrem hospitio, cuius vitam et mores

2. *R* priorum *P* conversatione 6-7. *AS* cordium 7. *L* impleret *Os* repleret 9. *AS* Et mir. est dictu certe 10. *B* primiciis; *H om.* esset] *M* viveret 11. legere] *P* legem *E, R* quo et loco 11-12. *AS* honorif. sep. est. Primum ut felix init. consum. 12. *R om.* ut 15. *Os* prius cum conv. 17. *Ox* det nobis 17-18. *AS om.* obviis 18-19. *H* Praeterea 21. pacis] *E* patris *H om.* et aem. sal. aeternae 22. pium] *AS, P* puer; *L* puerilem 24. *M* Renardus *AS* legatam pacem 25. mercandum] *Ox* imitandum

intuitus et expertus, refectusque sanctitatis eius odore, concepit timorem et salutis spiritum parturivit. Videbat eum tota nocte orantem, rarissime dormientem, laudantem Deum et gloriosam Virginem matrem eius. Mirabatur atque dicebat: Vere hic homo a Deo est. Accelerat proinde vendere omnia sua, et pauperibus, non parentibus, elargitus est ea, et perfectionis viae titulum apprehendens sancti evangelii consilium adimplevit quo dicitur: Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni sequere me. Quo facto, vita et habitu sancto Francisco associatus est, eratque cum eo semper, quousque, multiplicatis fratribus, cum obedientia pii patris ad alias transmissus est regiones. Eius namque ad Deum conversio forma exstitit convertendis in venditione possessionum et elargitione pauperum.

25. Sanctus Franciscus vero de tanti viri adventu et conversione gavisus est gaudio magno valde, eo quod Dominus videretur eius habere curam, dans ei socium necessarium et amicum fidelem. Statim autem vir alter civitatis Assisii eum sequutus est, qui valde in conversatione laudabilis exstitit, et quod sancte coepit sanctius post modicum consummavit. Hunc vero, post non multum temporis, sequitur frater Aegidius, vir simplex et rectus ac timens Deum, qui longo tempore durans sancte, iuste ac pie vivendo, perfectae obedientiae, laboris quoque manuum, vitae solitariae, sanctae[que] contemplationis nobis exempla

1 *H* intuens *Ox* refect. quoque *R om.* eius 3. *Os* eum enim *R om.* tota *H* nocte tota ac die 4. *AS, E om.* Virginem 6 *Os* Acceleravit pr. vend. omn. quae habebat 7. *Ox, R* largitus 7-8. *E, H, L, M, Ox, R, W* perfectioris *AS, Os* perfectioris vitae 9. *AS, L, M, Os, Ox, P, R om.* quo dicitur 11. *P* caelis 15. *AS* Cuius *H* conversionis 22. *R om.* civitatis 23. *Os* conversione 24 post modicum] *Os, P, R* postmodum; *M om.* 25. *R* sequutus 26-27. *Os om.* qui longo-iuste 27. *H om.* ac pie 29. *B* sanctae cont. *Ox* sanctae quoque *AS, H* exemplum

De praedicatione evangelii et annuntiatione pacis, et sex primorum Fratrum conversione. X.

23. Exinde cum magno fervore spiritus et gaudio mentis coepit omnibus poenitentiam praedicare, verbo simplici sed corde magnifico aedificans audientes. Erat verbum eius velut ignis ardens, penetrans intima cordis, et omnium mentes admiratione replebat. Totus alter videbatur quam fuerat, et caelum intuens dedignabatur respicere terram. Et mirum certe, quia ibi coepit [primitus] praedicare, ubi, cum adhuc esset infantulus, didicerat legere, in quo etiam loco sepultus est honorifice primum, ut felix initium felicior consummatio commendaret. Ubi didicit ibi et docuit, et ubi coepit ibi feliciter consummavit. In omni praedicatione sua, priusquam convenientibus proponeret verbum Dei, pacem imprecabatur dicens: Dominus det vobis pacem. Hanc viris et mulieribus, hanc obviis et obviantibus semper devotissime nuntiabat. Propterea multi, qui pacem oderant pariter et salutem, Domino cooperante, pacem amplexati sunt toto corde, facti et ipsi filii pacis et aemuli salutis aeternae.

24. Inter quos quidam de Assisio, pium ac simplicem spiritum gerens, virum Dei devote primo sequutus est. Post hunc frater Bernardus, pacis legationem amplectens, ad mercandum regnum caelorum post sanctum Dei cucurrit alacriter. Hic enim frequenter susceperat beatum patrem hospitio, cuius vitam et mores

2. *R* priorum *P* conversatione 6-7. *AS* cordium 7. *L* impleret *Os* repleret 9. *AS* Et mir. est dictu certe 10. *B* primiciis; *H om.* esset] *M* viveret 11. legere] *P* legem *E*, *R* quo et loco 11-12. *AS* honorif. sep. est. Primum ut felix init. consum. 12. *R om.* ut 15. *Os* prius cum conv. 17. *Ox* det nobis 17-18. *AS om.* obviis 18-19. *H* Praeterea 21. pacis] *E* patris *H om.* et aem. sal. aeternae 22. pium] *AS*, *P* puer; *L* puerilem 24. *M* Renardus *AS* legatam pacem 25. mercandum] *Ox* imitandum

intuitus et expertus, refectusque sanctitatis eius odore, concepit timorem et salutis spiritum parturivit. Videbat eum tota nocte orantem, rarissime dormientem, laudantem Deum et gloriosam Virginem matrem eius. Mirabatur atque dicebat: Vere hic homo a Deo est. Accelerat proinde vendere omnia sua, et pauperibus, non parentibus, elargitus est ea, et perfectionis viae titulum apprehendens sancti evangelii consilium adimplevit quo dicitur: Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et veni sequere me. Quo facto, vita et habitu sancto Francisco associatus est, eratque cum eo semper, quousque, multiplicatis fratribus, cum obedientia pii patris ad alias transmissus est regiones. Eius namque ad Deum conversio forma exstitit convertendis in venditione possessionum et elargitione pauperum.

25. Sanctus Franciscus vero de tanti viri adventu et conversione gavisus est gaudio magno valde, eo quod Dominus videretur eius habere curam, dans ei socium necessarium et amicum fidelem. Statim autem vir alter civitatis Assisii eum sequutus est, qui valde in conversatione laudabilis exstitit, et quod sancte coepit sanctius post modicum consummavit. Hunc vero, post non multum temporis, sequitur frater Aegidius, vir simplex et rectus ac timens Deum, qui longo tempore durans sancte, iuste ac pie vivendo, perfectae obedientiae, laboris quoque manuum, vitae solitariae, sanctae[que] contemplationis nobis exempla

1 *H* intuens *Ox* refect. quoque *R om.* eius 3. *Os* eum enim *R om.* tota *H* nocte tota ac die 4. *AS*, *E om.* Virginem 6 *Os* Acceleravit pr. vend. omn. quae habebat 7. *Ox*, *R* largitus 7-8. *E*, *H*, *L*, *M*, *Ox*, *R*, *W* perfectioris *AS*, *Os* perfectioris vitae 9. *AS*, *L*, *M*, *Os*, *Ox*, *P*, *R om.* quo dicitur 11. *P* caelis 15. *AS* Cuius *H* conversionis 22. *R om.* civitatis 23. *Os* conversione 24 post modicum] *Os*, *P*, *R* postmodum; *M om.* 25. *R* sequutus 26-27. *Os om.* qui longo-iuste 27. *H om.* ac pie 29. *B* sanctae cont. *Ox* sanctae quoque *AS*, *H* exemplum

reliquit. His autem uno alio apposito, frater Philippus septenarium numerum adimplevit, cuius Dominus munditiae calculo labia tetigit, ut loqueretur de ipso dulcia et melliflua eructaret; Scripturas quoque sacras intelligens et interpretans, cum non didicerit, illorum imitator effectus est, quos idiotas et sine litteris fore Iudaeorum principes causabantur.

De spiritu prophetiae et monitis sancti Francisci. XI.

26. Beatus igitur pater Franciscus consolatione ac gratia Spiritus sancti quotidie replebatur, omnique vigilantia et sollicitudine novos filios novis institutionibus informabat, sanctae paupertatis beataeque simplicitatis viam gressu indeclinabili eos edocens ambulare. Quadam vero die, cum Domini misericordiam super impensis sibi beneficiis miraretur, et conversationis suae suorumque processum concupisceret sibi a Domino indicari, locum orationis petiit, sicut et saepissime faciebat, ubi cum diu perseveraret cum timore et tremore Dominatori universae terrae assistens, et in amaritudine animae suae annos male expensos recogitaret, frequenter replicans verbum illud: Deus, propitius esto mihi peccatori: quaedam laetitia indicibilis et suavitas maxima sensim coepit cordis eius intima superfundere. Coepit quoque a semetipso deficere, compressisque affectibus ac tenebris effugatis, quae timore peccati fuerant in corde

1. *M*, *R* relinquit 3. calculo] *H* iaculo 5. *R om.* et interpretans 7. *R* litteris Iudaeorum princeps causabatur 9. *Ox* beati *Os* Franc. ad fratres 10. *M om.* pater 11. *AS* implebatur 12. novos] *M* motos 13. beataeq.] *H*, *W* sanctaeq. 17. *Os om.* processum 20. *R* Donatori *M* dominari univ. terrae] *AS* universi 22. *P* repetens 24. *M*, *R* sensum 25. *AS* Semet coepit a

suo concretae, infusa est sibi certitudo remissionis omnium [delictorum] et fiducia exhibita est in gratiam respirandi. Raptus est deinde supra se, atque in quodam lumine totus absorptus, dilatato mentis sinu, quae futura erant luculenter inspexit. Recedente denique suavitate illa cum lumine, spiritu innovatus, iam mutatus in virum alterum videbatur.

27. Sicque reversus gaudenter dixit ad fratres: Confortamini, charissimi, et gaudete in Domino, nec, quia pauci videmini, efficiamini tristes. Nec vos deterreat mea vel vestra simplicitas, quoniam sicut mihi a Domino in veritate ostensum est, in maximam multitudinem faciet nos crescere Deus, et usque ad fines orbis multipliciter dilatabit. Ad vestrum quoque profectum dicere cogor quod vidi, quod et utique magis silere liberet, si charitas me non cogeret vobis referre. [*Visio*]. Vidi multitudinem magnam hominum ad nos venientium, et in habitu sanctae conversationis beataeque religionis regula nobiscum volentium conversari; et ecce adhuc sonitus eorum est in auribus meis, euntium et redeuntium secundum obedientiae sanctae mandatum. Vidi quasi vias ipsorum multitudine plenas ex omni fere natione in his partibus convenire. Veniunt Francigenae, festinant Hispani, Teutonici et Anglici currunt, et aliarum diversarum linguarum accelerat maxima multitudo. Quod cum audissent fratres, repleti sunt gaudio salutari, sive propter gratiam, quam dominus Deus contulerat

1. *R om.* suo *P* congregatae 2. *B* electorum *AS om.* exhibita est 4. *P* absorpti *R* absorptus est 5. *AS* aspexit 6. *AS* deinde 4-6. *M om.* absorptus-lumine 6-7. *Os* innovatur 7. *AS om.* virum 8. *M om.* gaudenter 10. *AS*, *M om.* videmini *M* effici animi 12. *R om.* in veritate 13 *Os om.* crescere 15. *AS*, *E om.* quod vidi 16. *AS* nisi ch. me cog. 18. *AS* ad me *P* ad vos *Os om.* sanctae 18-19. *AS om.* conv. beataeq. 19. religionis] *P* regionis 22. *P* sanctum m. *R* Vidique vias 24. *L* Hispanici 26. *AS om.* maxima 27. *L om.* sunt salutari] *R* salvatoris 28. *AS*, *E*, *L*, *Os*, *Ox om.* Deus

sancto suo, sive quia proximorum lucra sitiebant ardenter, quos desiderabant ut salvi essent in idipsum quotidie augmentari.

28. Et ait ad eos sanctus: Ut fideliter et devote domino Deo nostro super omnia dona sua, fratres, gratias referamus, et ut sciatis qualiter cum praesentibus et futuris sit fratribus conversandum, futurorum processuum intelligite veritatem. Inveniemus nunc in principio nostrae conversationis [poma] quaedam dulcia et suavia nimium ad edendum; sed paulo post quaedam minoris suavitatis ac dulcedinis offerentur; postremo vero quaedam amaritudine plena dabuntur, quibus non poterimus vesci, quoniam prae acerbitate sua erunt inesibilia universis, licet quamdam exteriorem olentiam ac pulchritudinem repraesentent. Et vere, sicut vobis locutus sum, in magnam gentem nos Dominus augmentabit; sed ultimo sic eveniet, quemadmodum si homo iactet retia sua in mare, vel in aliquem lacum, et concludat piscium multitudinem copiosam, et cum omnes miserit in naviculam suam, prae multitudine omnes portare fastidiens, eligat maiores et sibi placentes in vasis suis, caeteros autem foras emittat. Haec omnia, quae sanctus Dei praedixit, quanta veritate praefulgeant, quanta se manifestatione aperiant, satis manifestum est considerantibus in spiritu veritatis. Ecce quomodo spiritus prophetiae requievit in sancto Francisco.

1. *R* lucrum 4. *R* dixit 5. *Os* Deo meo s. o. dicta 6. referamus] *Os* agamus 7-8. *Os* per futurorum 8. *R om.* processuum 9. *B* per omnia 10. *Os* suavia et dulcissima ad nimium] *R* multum 11-12. *AS* afferentur *E*, *Os*, *R* offeruntur 14. *Ox* invescibilia 17. nos] *R* vos 22. *R om.* sibi *E om.* suis 4-23. *H om.* Et ait - emittat 26-27. *H*, *Ox om.* Ecce - Francisco

Quomodo misit eos binos per mundum et in brevi tempore iterum congregati sunt. XII.

29. Eodem quoque tempore, quodam alio bono viro religionem intrante, ad octonarium numerum processerunt. Tunc beatus Franciscus omnes ad se convocavit, et plura eis de regno Dei, de contemptu mundi, de abnegatione propriae voluntatis et proprii corporis subiectione pronuntians, binos illos in partes quatuor segregavit, et ait ad eos: Ite, charissimi, bini et bini per diversas partes orbis, annuntiantes hominibus pacem et poenitentiam in remissionem peccatorum; et estote patientes in tribulatione, securi quia propositum et promissum suum Dominus adimplebit. Interrogantibus humiliter respondete, persequentibus benedicite, vobis iniuriantibus et calumniam inferentibus gratias agite, quia pro his regnum nobis praeparatur aeternum. At illi, cum gaudio et laetitia multa, suscipientes obedientiae sanctae mandatum, coram sancto Francisco supplices se prosternebant in terram; ipse vero amplexans eos dulciter et devote dicebat singulis: Iacta cogitatum tuum in Domino, et ipse te enutriet. Hoc verbum dicebat quoties ad obedientiam fratres aliquos transmittebat.

30. Tunc frater Bernardus cum fratre Aegidio versus Sanctum Iacobum iter arripuit; sanctus Franciscus vero cum uno socio aliam mundi elegit partem; reliqui quatuor incedentes bini partes reliquas tenuerunt. Sed modico tempore iam elapso, sanctus

1. eos] *E* fratres *H* in m. *R om.* in 2. *E om.* tempore *M om.* iterum cong. sunt. 3. *M om.* quoque 6. *E om.* Dei 8. subiectione] *Os* suggestione 9. *AS* Ite cautissimi 10. *L, Os om.* et bini 13. *H om.* suum Dominus 16. *AS, Ox* referentibus *E* ingerentibus 17. *AS* paratur *R* praeparatum est 18. multa] *Os* magna; *AS om.* 21. *P* discebat 23. *P* mittebat 26. *AS* cum suo aliam 27. *R* per partes

Franciscus eos omnes videre desiderans, orabat Dominum, qui congregat dispersos Israel, ut eos congregare in brevi misericorditer dignaretur. Sicque factum est ut in modico, secundum desiderium suum, absque humana vocatione, gratias agentes Deo pariter convenirent. Convenientibus vero in unum de visione pii pastoris magna gaudia celebrant, et se sic uno convenisse desiderio admirantur. Referunt deinde bona, quae misericors Dominus fecerat eis, et si negligentes et ingrati aliquatenus exstitissent, correctionem et disciplinam a sancto Patre humiliter petunt et diligenter suscipiunt. *Perfecta confessio.* Sic enim consueverant facere semper, cum veniebant ad eum, nec ab ipso cogitationem minimam, vel primos etiam motus animi occultabant; et cum omnia implevissent, quae ipsis praecepta erant, servos se inutiles reputabant. Sic enim totam illam primam beati Francisci scholam puritatis spiritus possidebat, ut cum utilia, sancta et iusta operari sciret, de ipsis gaudere inaniter penitus ignoraret.

31. Beatus pater vero, nimia charitate filios suos amplectens, coepit eis suum aperire propositum, et quae sibi Dominus revelaverat indicare. Statim autem alii quatuor viri, boni et idonei, appositi sunt ad eos et sequuti sunt sanctum Dei. Factus est proinde rumor magnus in populo et fama viri Dei coepit longius dilatari. Erat certe illo in tempore sancto Francisco et fratribus suis exsultatio magna nimis et gaudium singulare, quando aliquis, quicumque vel qualiscumque, fidelis, dives, pauper, nobilis, igno-

5. *M* misericordia 5. *R* agens 6. *Os* Conven. autem eis in 6–7. de visione pii] *AS* divisione magni 9. *AS om.* Dominus *Os* fec. eis 10–11. *AS*, *W* correptionem 12. confessio] *E* conversio 13. *Os* consueverat 14 minimam] *M* nimiam 15–16. *H* implevissent 15–17. *Os om.* et cum–reputabant 19. *H* scirent 20. *H* ignorarent 25 sanctum Dei] *M* Deum 25–27 *R om.* Statim–dilatari 29–30. *M om.* vel qualiscumque 30. *AS om.* fidelis

bilis, vilis, carus, prudens, simplex, clericus, idiota, laicus in populo christiano, spiritu Dei ductus, veniebat sanctae religionis habitum suscepturus. Erat etiam saecularibus viris de omnibus admiratio multa, et humilitatis exemplum eos provocans ad emendatioris vitae viam et poenitentiam peccatorum. Nulla ignobilitas, nulla paupertatis infirmitas obsistebat, quin aedificaret in opere Dei quos volebat aedificare Deus, qui esse cum mundo abiectis et cum simplicibus delectatur.

Quomodo primo regulam scripsit undecim habens fratres; et quomodo dominus Papa Innocentius eam confirmavit, et de visione arboris. XIII.

32. Videns beatus Franciscus quod dominus Deus quotidie augeret numerum in idipsum, scripsit sibi et fratribus suis, habitis et futuris, simpliciter et paucis verbis, vitae formam et regulam, sancti evangelii praecipue sermonibus utens, ad cuius perfectionem solummodo inhiabat. Pauca tamen alia inseruit, quae omnino ad conversationis sanctae usum necessario imminebant. Venit proinde Romam cum omnibus dictis fratribus, desiderans nimium sibi a domino Papa Innocentio tertio quae scripserat confirmari. Erat tunc temporis Romae venerabilis Assisinatus Episco-

2. populo chr.] *P* Christo 3. *AS* sanctum 3-4. *AS* Erat in saec. viris de omn. viris adm. 4. etiam] *H* et 5. *H* et ad hum. 5-6. *M* emendationis 8. *AS*, *H*, *M*, *W* aedificarentur *E*, *R* inaedificarentur *R* in omni op. 9. *AS om.* mundo *Os* abiectus *R om.* cum 9-10. *P* supplicibus 11. *M*, *P*, *R om.* primo undecim] *M* duodecim 12-13. *P om.* Innoc. eam 13. *M*, *Ox*, *R om.* eam eam confirmavit] *Os* eum recepit *Ox* arboris in somnis 14. *H* Videns autem b. beatus] *Os* frater *Ox om.* dominus 15. *Ox* num. suorum in id 20. *R* conversionis 22. *AS* nimirum 24. *E* Assisinacus *H*, *R* Assisii natus

pus, nomine Guido, qui sanctum Franciscum et omnes fratres in omnibus honorabat, et speciali venerabatur dilectione. Cumque vidisset sanctum Franciscum et fratres eius, causam nesciens, ipsorum adventum graviter tulit. Timebat enim ne patriam propriam vellent deserere, in qua Dominus per servos suos iam coeperat maxima operari. Gaudebat plurimum tantos viros in suo episcopatu habere, de quorum vita et moribus maxime praesumebat. Sed audita causa et eorum intellecto proposito, gavisus est valde in Domino, spondens eis ad hoc dare consilium et subsidium ferre. Accessit praeterea sanctus Franciscus ad reverendum dominum Episcopum Sabinensem, nomine Ioannem de Sancto Paulo, qui, inter alios Romanae curiae principes et maiores, videbatur terrena despicere et amare caelestia. Qui eum benigne atque charitative suscipiens, ipsius voluntatem et propositum plurimum commendavit.

33. Verum, quia homo erat providus et discretus, coepit eum de multis interrogare, et ut ad vitam monasticam seu heremiticam diverteret suadebat. At sanctus Franciscus suasionem eius humiliter, prout poterat, recusabat, non persuasa despiciendo, sed alia pie affectando altiori desiderio ferebatur. Mirabatur dominus ille fervorem ipsius, et timens ne a tanto proposito resiliret, ei planiora itinera ostendebat. Tandem, eius constantiae victus precibus, acquievit et coram domino Papa studuit eius negotia de caetero promovere. Praeerat tunc temporis Ecclesiae

1-3. *Os om.* et omnes - Franciscum 4-5. *AS om.* graviter 5. ne] *H* quod *M om.* propriam 6. *Os om.* iam 7. maxima] *Os* mira; *AS om.* 11-12. *AS* respondens eis se ad hoc consilium et praesidium fore 11. *R om.* ad hoc 12. praeterea] *Os* postea; *H om.* 13. Sabinensem] *H* sapientem 15. maiores] *H* magis 16. Qui eum] *AS* Nam illum 20-21. *M* monachicam 23. persuasa] *AS* suasa; *R* sua 24. *M* ultiori 26. *R om.* ei 28. *AS om.* Papa

Dei dominus Innocentius Papa tertius, vir gloriosus, doctrina quoque affluentissimus, sermone clarissimus, zelo iustitiae fervens in iis quae christianae fidei cultus causa poscebat. Hic cum virorum Dei votum agnovisset, discretione praevia, petitioni eorum assensum praebuit, et effectu prosequente complevit, atque, de plurimis exhortans et monens eos, benedixit sancto Francisco et fratribus eius, dixitque eis: Ite cum Domino, fratres, et prout Dominus vobis inspirare dignabitur, omnibus poenitentiam praedicate. Cum enim omnipotens Dominus vos numero multiplicabit [et] gratia, ad me cum gaudio referetis, et ego vobis his plura concedam, et securius maiora committam. [*Visio.*] Vere Dominus erat cum beato Francisco quocumque pergebat, eum revelationibus laetificans et beneficiis exhortans. Nam cum nocte quadam se sopori dedisset, visum est sibi per quamdam viam ambulare, iuxta quam arbor magnae proceritatis stabat. Arbor illa pulchra et fortis, grossa et alta nimis. Factum est autem dum appropinquaret ad eam et, sub ea stans, eius pulchritudinem et altitudinem miraretur, subito ipse sanctus ad tantam devenit altitudinem ut cacumen arboris tangeret, eamque manu capiens facillime inclinaret ad terras. Et revera sic actum est, cum dominus Innocentius, arbor in mundo excelsior et sublimior, eius petitioni et voluntati se tam benignissime inclinavit.

1-4. *AS* ut gloriosus doctr., affluent. quoque serm., clarissimus zelo iust. cum fidei cultus eam poscebat 3. *H* christiani 4. *E om.* causa 5. *Os* cognovisset 6. *Os* effectum *H* effectum prosequens *AS* prosequentiae 7. *AS* cohortans *R* exhortans eos, monens 10. omnibus] *Ox* hominibus 11. enim] *R* etiam 12. *P* multiplicaverit gratia *B om.* et 13. *W* plurima 14. *B om.* Visio erat] *H* ibat beato] *AS, E, Os, Ox, R, W* sancto; *M* domino 15. eum] *R* cum 16. *Ox* beneficus 17. sibi] *AS, Os* ei 17-18. *Os* quod per quamd. viam ambularet 19. *H* pulchra erat et 20. dum] *Os* cum 22-23. *AS om.* subito - altitudinem 24. *Os* manibus *AS, H, Os, Ox, R* terram 27. *R om.* se

De reditu ipsius ab urbe Roma in vallem Spoletanam, et de mora ipsius per viam. XIV.

34. Sanctus Franciscus cum fratribus suis, de munere ac gratia tanti patris et domini plurimum exsultans, gratias [egit] omnipotenti Deo, qui ponit humiles in sublimi et moerentes erigit sospitate. Statimque venit visitare limina beati Petri, et oratione completa egressus ex Urbe, versus vallem Spoletanam iter arripiens, cum sociis est profectus. [*Utilis collatio.*] Conferebant ad invicem, dum sic irent, quanta et qualia eis clementissimus Deus dona contulerit: qualiter a vicario Christi, domino et patre universae christianae nationis, gratissime sunt recepti: qualiter etiam monita et praecepta ipsius adimplere valerent: qualiter regulam quam susceperant possent sincere servare ac indeclinabiliter custodire: qualiter in omni sanctitate et religione coram Altissimo ambularent: qualiter denique vita et mores ipsorum, per incrementa sanctarum virtutum, forent proximis ad exemplum. Cumque novi Christi discipuli de huiusmodi sufficienter in schola humilitatis disputassent, dies multum ascendit et hora praeteriit. Pervenerant tunc ad desertum locum, nimium prae lassitudine itineris fatigati et esurientes refectionem aliquam invenire non poterant, eo quod locus ille ab hominum habitatione valde remotus erat. Statimque, divina gratia procurante, occurrit eis homo afferens in manu panem

1. *E* a Roma 2. *E om.* ipsius 3. *AS om.* cum fr. suis 5 *B om.* egit *Os* posuit 6. moerentes] *P* mentes 7. *W* sancti P. 9-10. *B om.* Utilis collatio 10. dum] *Os* cum *AS om.* sic 14. etiam] *E* per; *H* et *Os* valeant 16. *R* observare in omni] *AS* moniti; *E* in omni monitu 17. religione] *P* regione 18. denique] *AS* deinde 18-19. *H* incrementum 23. lassitudine] *P* multitudine 24. fatigati] *M* gravati 25. hominum] *Ox* omnium 26. *M* remotus est 27. procurante] *Os* cooperante

deditque ipsis et abiit. Ipsi vero non cognoscentes eum, mirati sunt in cordibus suis, et ut magis de misericordia divina confiderent devote alter alterum admonebat. Sumptoque cibo, et ex ipso non modicum confortati, venientes ad quemdam locum prope civitatem Ortensem, ibidem fere per dies quindecim sunt morati. Aliqui eorum intrantes civitatem acquirebant necessaria victus, et modicum illud, quod acquirere poterant ostiatim, ad fratres alios deportantes, cum gratiarum actione et laetitia cordis, pariter manducabant. Si quid vero residuum erat, [quando] alicui dare non poterant, recondebant illud in quodam sepulchro, quod aliquando conservaverat corpora mortuorum, ut idem iterum manducarent.

35. Locus ille desertus erat atque relictus, et aut rarorum, aut nullorum frequentabatur accessu. [*Laeta*] *paupertas*. Erat eis exsultatio magna, cum nihil viderent vel haberent quod eos posset vane seu carnaliter delectare. Coeperunt propterea cum sancta paupertate ibidem habere commercium, et in defectu omnium quae sunt mundi nimium consolati disponebant, sicut ibi erant, ei ubique perpetuo adhaerere. Et quia, deposita omni sollicitudine terrenorum, sola eos divina consolatio delectabat, statuunt et confirmant, nullis tribulationibus agitati, nullis impulsi tentationibus, ab eius amplexibus resilire. Sed licet ipsius loci amoenitas, quae ad corrumpendum verum vigorem animi non mediocriter potest, eorum non detineret affectus, ne saltem longioris morae assiduitas vel solum exte-

3. divina] *Os* Dei *R om.* devote 3-4. *Ox* commonebat 4. *R om.* ex 5. *Ox om.* locum 6. *H* Ostiensem 7-8. *AS* acquirentes 11. *R* residui *Os* quando; *alii omnes codd.* quoniam 13-14. *P* in quo aliquando consueverant poni cor. mor. ut ibidem 15-16. *Os* raro aut nullo 16. Laeta] *B* Sancta 19. *R* praeterea 21. *AS, Ox* consolari. Disp. 22. *AS* et ubique *H* inhaerere 24. *Os* statu et confirmatione 24-25. *AS, E om.* nullis trib. agitati 27. *H* angorem 28. *Ox* posset *W* posset eorum detinere

rius eis aliquid proprietatis innecteret, loco ipso relicto, sequentes felicem patrem, vallem Spoletanam tunc temporis intraverunt. Conferebant pariter, veri cultores iustitiae, utrum inter homines conversari deberent, an ad loca solitaria se conferre. Sed sanctus Franciscus, qui non de industria propria confidebat, sed sancta oratione omnia praeveniebat negotia, elegit non sibi vivere soli, sed ei qui pro omnibus mortuus est, sciens se ad hoc missum ut Deo animas lucraretur, quas diabolus conabatur auferre.

De fama sancti Francisci et de conversione multorum ad Deum, et quomodo ordo vocatur fratrum Minorum, et qualiter religionem intrantes beatus Franciscus informabat. XV.

36. Circuibat proinde fortissimus miles Christi Franciscus civitates et castella, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in doctrina et virtute spiritus, annuntians regnum Dei, praedicans pacem, docens salutem et poenitentiam in remissionem peccatorum. *Sincera praedicatio.* Erat in omnibus fiducialius agens ex auctoritate apostolica sibi concessa, nullis utens adulationibus, nullis seductoriis blandimentis. Nesciebat aliquorum culpas palpare sed pungere, nec vitam fovere peccantium sed aspera increpatione percutere. Quoniam sibi primo suaserat opere quod verbis aliis suadebat, et non timens reprehensorem, veritatem fidentissime loquebatur, ita

1. *H om.* eis 3. *Ox* viri 5. *AS, E* transferre; *Os, R* conferent 7. *Ox* eligit 10. *R* conatur 11. *H, M, R, W* beati 12. *M* ad Dominum *Os* ad eum et quom. voc. ordo eius *H, Ox, R, W* vocatus est 16. *R* castra 20–21. *R, W* fiducialiter 22. *R* nullo utens *AS* seductoribus 27. *H* confidentissime; *R* fidelissime

ut etiam litteratissimi viri, gloria et dignitate pollentes, eius mirarentur sermones et timore utili eius praesentia terrerentur. Currebant viri, currebant et feminae, festinabant cleri[ci], accelerabant religiosi, ut viderent et audirent sanctum Dei, qui homo alterius saeculi omnibus videbatur. Omnis aetas omnisque sexus properabat cernere mirabilia, quae noviter Dominus per servum suum operabatur in mundo. Videbatur certe tempore illo, sive per praesentiam sancti Francisci, sive per famam, quaedam nova lux e caelo missa in terris, fugans universam tenebrarum caliginem, quae pene totam sic occupaverat regionem, ut vix aliquis sciret quo foret pergendum. Sic enim alta profunditas oblivionis Dei et negligentiae sopor mandatorum [eius] fere omnes oppresserat, ut vix excitari a veteribus et inveteratis malis aliquatenus paterentur.

37. Radiabat velut stella fulgens in caligine noctis et quasi mane expansum super tenebras; sicque factum est ut in brevi totius provinciae facies sit immutata et laetiori vultu appareret, ubique deposita pristina foeditate. Fugata est prior ariditas et seges in squalenti campo cito surrexit; coepit etiam inculta vinea germinare germen odoris Domini, et productis ex se floribus suavitatis, fructus honoris et honestatis pariter parturivit. Resonabat ubique gratiarum actio et vox laudis, ita ut multi, saecularibus curis abiectis, in vita et doctrina beatissimi patris Francisci, suimet reciperent notitiam et ad Creatoris amorem et reve-

1. *H*, *R om.* etiam 1-2. *AS* potentes mirarentur 2-3. *H* tremore ut. e. praes. mirarentur. 4. *B* cleri *M* ac celebrabant 6. *AS om.* omnibus 7-8. *AS* quae novit Dominus, quae per 14. alta] *M* altera 15. *B om.* eius *R* presserat 16. *Os* a veter. possent et 18. velut] *AS* quasi 19. *H* extensum 23. squalenti] *Os* suavi inculta] *R* multa 24. *M* odoriferum 24-25. *AS om.* Domini - honestatis 25. honoris] *E*, *L* odoris 26. ubique] *M* pariter *R om.* actio 29. *H* Creatoris sui

rentiam aspirarent. Coeperunt multi de populo, nobiles et ignobiles, clerici et laici, divina inspiratione compuncti, ad sanctum Franciscum accedere, cupientes sub eius disciplina et magisterio perpetuo militare. Quos omnes sanctus Dei, velut caelestis gratiae rivus uberrimus charismatum imbribus rigans, agrum cordis ipsorum virtutum floribus exornabat: egregius nempe artifex, ad cuius formam, regulam et doctrinam, efferendo praeconio, in utroque sexu Christi renovatur Ecclesia et trina triumphat militia salvandorum. Omnibus quoque tribuebat normam vitae, ac salutis viam in omni gradu veraciter demonstrabat.

38. Sed de ordine, quem charitate pariter et professione assumpsit et tenuit, praecipue sermo in manibus est. Quid enim? Ordinem Fratrum Minorum primitus ipse plantavit, et ea scilicet occasione hoc ei nomen imposuit: cum nempe sic in regula scriberetur: et sint minores: ad huius sermonis prolationem ea quidem hora, volo, inquit, ut ordo Fratrum Minorum fraternitas haec vocetur. [*Humilitas.*] Et vere minores, qui omnibus subditi exsistentes semper quaerebant locum vilitatis et officium exercere in quo quaedam fore iniuria videretur, ut sic in solido verae humilitatis fundari mererentur, ut felici dispositione in eis consurgeret omnium virtutum fabrica spiritalis. [*Charitas.*] Revera super constantiae fundamentum charitatis nobilis structura surrexit, in qua vivi lapides, ex omnibus mundi partibus coacervati, aedificati sunt in habitaculum Spiritus sancti. O quanto

1. *R* aspirassent. 8. *Os*, *Ox*, *P* namque 10. *AS* trina fide *et om.* militia 11. quoque] *Os* igitur; *AS om.* 14 *P* pariter etiam 16. *B* Fratrumque 19. *AS* et sunt 19–20. *P* probationem 20. *R om.* ut 23. vilitatis] *H* humilitatis *AS*, *M*, *Os*, *W* et in quo 24. *Os* quaedam quae fore iniuria viderentur *H* in solio 25. *R* fundati *et om.* mererentur ut 28. *H*, *M*, *Os*, *R* charitas *R* nobili 29–30. *AS om.* aedificati

charitatis ardore flagrabant novi Christi discipuli! Quantus in eis piae societatis vigebat amor! Cum enim alicubi pariter convenirent, vel in via, ut moris est, sibi invicem obviarent, ibi spiculum spiritalis resultabat amoris, super omnem amorem verae dilectionis seminarium spargens. Quid illud? Casti amplexus, suaves affectus, osculum sanctum, dulce colloquium, risus modestus, aspectus iucundus, oculus simplex, animus supplex, lingua placabilis, responsio mollis, idem propositum, promptum obsequium et indefessa manus.

39. Et quidem, cum cuncta terrena despicerent et se ipsos nunquam amore privato diligerent, totius amoris affectum in communi refundentes, se ipsos dare in pretium satagebant, ut fraternae necessitati pariter subvenirent. Desiderabiliter conveniebant, delectabilius [simul] erant; sed gravis erat utrinque separatio socialis, amarum divortium, acerba disiunctio. [*Obedientia.*] Sed nihil sanctae obedientiae praeceptis audebant praeponere obedientissimi milites, qui antequam perficeretur obedientiae verbum se ad exsequendum imperium praeparabant; nihil scientes discernere in praeceptis, ad quaeque iniuncta, omni contradictione remota, quasi praecipites concurrebant. [*Paupertas.*] Paupertatis sanctissimae sectatores, quia nihil habebant, nihil amabant, nihil proinde perdere verebantur. Sola tunica erant contenti, repetiata quandoque intus et foris; nullus in ea cultus sed despectus multus et vilitas apparebant,

3. *P* aliquando *Os om.* pariter 5. *AS* super omnes verae d. 6. *H* Quid illis; *R* Q. plura 8–9. *AS*, *E om.* aspectus iuc. oc. simp. *et leg.* animus simplex 9. *Os*, *R om.* animus supplex 12. *H* Et quid cuncta 14. *AS om.* amoris 15. *W* frat. charitati 16. *Os om* pariter 17. *P* delectabiliter *B* similis *L* utrumque *P* utrorumque 20–21. *L* Qui ob. mil. qui 21. *E* perficeret *AS* perficerent obed. *et om.* verbum; *R* perficerentur ob. verba 22 *H*, *Os om.* se *H* praep. animos 25–26. *Os* sanctissimi sect. qui 27. *AS*, *W* perinde

ut in ea crucifixi mundo penitus viderentur. Fune succincti femoralia vilia gestabant, et in his omnibus permanere, nihilque habere amplius propositum pium habebant. [*Securitas.*] Securi propterea erant ubique, nullo timore suspensi, [nulla] cura distracti, sine omni sollicitudine diem crastinum exspectabant, nec de serotino utique hospitio, in magno frequenter itineris discrimine positi, anxiabantur. Nam, cum saepe in maximis frigoribus necessario carerent hospitio, clibanus recolligebat eos, vel certe in cryptis, seu speluncis, humiliter noctibus latitabant. [*Exercitium.*] Diebus vero manibus propriis qui noverant laborabant, exsistentes in domibus leprosorum, vel in aliis locis honestis, servientes omnibus humiliter et devote.

40. Nullum officium exercere volebant de quo posset scandalum exoriri, sed semper sancta et iusta, honesta et utilia operantes, omnes, cum quibus conversabantur, ad humilitatis exemplum et patientiam provocabant. [*Patientia.*] Ita eos virtus patientiae circumda[rat], ut quaererent potius ibi esse ubi persecutionem suorum corporum paterentur, quam ubi possent, sanctitate ipsorum cognita vel laudata, mundi favoribus sublevari. Nam multoties opprobria passi, contumeliis affecti, denudati, verberati, ligati, carcerati, nullius patrocinio se tuentes, cuncta sic viriliter sustinebant, ut in ore ipsorum nonnisi sola vox laudis, et gratiarum actio resonaret. [*Meditatio.*]

1. *AS* crucifigi 2 omnibus] *W* operibus 2-3. *H* omnibus nihilque proprietatis secum permanere amplius 3. pium] *P* suum 4. *R* praeterea 5. *B* in illa 6. omni] *AS* ulla 7. *AS om.* utique 8. *Os om.* itineris *R om.* cum 9. *W* maximo frigore 11. *AS, H, M, R om.* noctibus 12 *R* quod *H, Ox* noverunt 13. *H* laborant 14. *Os* inhonestis *AS om.* omnibus 16. de quo] *H* unde 17. *Os* eis oriri 18. *R* opera honesta 21. *B* circumdavit; *AS, Os, R, W* circumdederat 22. corporum] *AS* operum 23. *P* ipsius 24-25. *AS* opprobriorum contumeliis 26-27. *Ox* utiliter; *R* humiliter 28. *R* resonabat Meditatio] *H, M, W* Oratio

Vix, vel nunquam, a laude Dei et oratione cessabant, sed continua discussione quicquid egerant recolligentes, pro bene actis gratias Deo, pro neglectis et incaute commissis gemitus et lacrimas persolvebant. Relictos a Deo se fore putabant, si non se in spiritu devotionis solita pietate iugiter cognoscerent visitari. Cum enim orationibus incumbere vellent, ne ipsos arriperet somnus, aliquo [adminiculo] tenebantur; aliqui suspensis funibus fulciebantur, ne per somni surreptionem oratio turbaretur. [*Carnis maceratio.*] Aliqui se instrumentis ferreis circumdabant, aliqui vero ligneis ergastulis se cingebant. Si quando ciborum copia vel potus, ut assolet, eorum sobrietas turbaretur, vel itineris lassitudine necessitatis metas vel in modico pertransirent, multorum dierum abstinentia se acerbissime cruciabant. Tanta denique maceratione incentiva carnis reprimere satagebant, ut in frigidissima glacie non abhorrerent saepius se nudare, ac totum corpus spinarum aculeis compungentes effusione sanguinis irrigare.

41. [*Contemptus sui.*] Ita enim omnia terrena strenuissime contemnebant, ut extrema vitae necessaria vix recipere paterentur, et tam longa consuetudine a corporea consolatione disiuncti quaeque aspera non timerent. *Pax.* In his omnibus pacem et mansuetudinem cum omnibus sequebantur, et pudica semper et pacifica operantes, summo studio cuncta scandala devitabant. Vix enim tempore necessario loquebantur, nec de ipsorum ore scurrile aut otiosum quidpiam procedebat, ut in omni vita et conversatione ipsorum non posset impudicum quid

1. *AS om.* et oratione 2. *AS om* egerant 3. *R* gratias agerent D. 6. *R om.* iugiter 8. *B* amiculo 9. *AS* tuebantur; aliquis suspensus fun. fulciebatur *H, P* funiculis *R om.* aliqui - fulciebantur 10. *P* subiectionem 12. *W* se contingebant 14. *H* lass. fatigati nec. 19. *H, P om.* saepius 22. *AS* conterebant *Os* extremae 23. *AS om.* vix *P* ut tam 31. non] *R* nec; *Os om.*

vel inhonestum aliquatenus inveniri. *Morum honestas.* Actus eorum omnis disciplinatus, incessus omnis modestus, sensus omnes ita mortificati erant in eis, ut vix audire seu videre, nisi quod eorum intentio-[nem] exposceret, paterentur; defixis in terra oculis, mente caelo haerebant. Nulla invidia, nulla malitia, nullus rancor, nulla oblocutio, nulla suspicio, nulla amaritudo in eis locum habebat, sed concordia multa, quies continua, gratiarum actio et vox laudis erat in eis. Haec sunt documenta pii patris, quibus, non verbo tantum et lingua, sed opere et veritate maxime, novos filios informabat.

De mora ipsius apud Rigum Tortum et de custodia paupertatis. XVI.

42. Recolligebat se beatus Franciscus cum caeteris iuxta civitatem Assisii in loco qui dicitur Rigus Tortus. Quo in loco tugurium quoddam relictum erat, sub cuius umbra vivebant magnarum et pulchrarum domuum strenuissimi contemptores, et tuebantur se ibidem a turbinibus pluviarum. Nam, ut ait sanctus, citius de tugurio quam de palatio in caelum ascenditur. Conversabantur in eodem loco cum beato patre filii et fratres omnes, in labore multo et inopia universarum rerum, saepissime omni panis solatio destituti, solis contenti rapis quas per planitiem Assisii huc atque illuc in angustia mendicabant. Locus ille tam angustissimus erat, ut in eo sedere aut quie-

3. *R om.* ita 4-5. *B, W* intentio *P* intentione exposcere 5. *Os, R, W* in terram 6. *AS* mentem in caelo habebant *Ox, R* mentem caelo habebant *E* habitabant *Os* adhaerebant 8. *AS, E* habebant 16. *Os* in quodam l. *AS* Rugus 19. domuum] *M* dominum *H om.* se 20. *R* turbine 21. citius] *M* cuius 23. *AS, R om.* omnes 24. *AS* omnis 26. *AS* manducabant 27. *H* angustus *Os* in eodem

scere vix valerent. Nullum pro his murmur resonat, nulla querimonia, sed corde placido, mens plena gaudio conservat patientiam. Sanctus Franciscus quotidianam, immo continuam, sui et suorum inquisitionem diligentissime faciebat, et nil in eis residere patiens lubricum, ab ipsorum cordibus omnem negligentiam abigebat. [*Rigor disciplinae.*] Rigidus in disciplina super custodiam suam erat vigilans omni hora; nam si qua, ut assolet, carnis tentatio eum quandoque pulsaret, in quadam fovea glacie plena, cum hiems exsisteret, se mergebat, in ea tam diu persistens, quoadusque carnalis omnis recederet corruptela. Et quidem tantae mortificationis exemplum caeteri ferventissime sequebantur.

43. Docebat eos non solum mortificare vitia et carnis incentiva reprimere, verum etiam et ipsos exteriores sensus, per quos mors intrat ad animam. Quoniam cum illo tempore Oddo imperator, ad suscipiendam coronam terreni imperii, per partes illas cum magno strepitu et pompa transiret, sanctissimus pater, cum reliquis iuxta viam ipsius transitus in praedicto exsistens tugurio, nec ad videndum foras exivit, [nec] aliquem respicere pertulit praeter unum, qui constantissime illi annuntiaret gloriam hanc sibi tempore modico duraturam. Erat enim gloriosus sanctus secum habitans, et deambulans in latitudine cordis sui in se dignum Deo habitaculum praeparabat, et ideo aures eius non rapiebat clamor exterior, nec vox aliqua excutere poterat, seu interrumpere ingens negotium

2. *H om.* nulla querimonia *E* placito 3. *Os* S. Fr. vero 4. *P* in uno quot. contin. *M* quot. im. quotidianam 7. *H* detergebat 8. *R* et super 11. *Os* hiems erat *P* in eadem diu 12. *AS* persistens prolixissime 15. eos] *H* enim 16. *W om.* etiam 18. *P* cum ille Oddo *H* illo in temp. *Os, Ox* Otto 20. *Ox om.* pater 21. *H* illius *AS om.* in praedicto 22. *B* ne al. 24. modico] *M* minimo 26. *Os* ut se *Ox* et in se 27. *Os* praepararet 28. *AS om.* vox

quod habebat in manibus. Apostolica in eo vigebat auctoritas, et ideo regibus et principibus adulari penitus recusabat. Dabat semper sanctae simplicitati operam, nec sinebat locum angustum cordis latitudinem impedire.

44. Scribebat propterea nomina fratrum per tigna domicilii, ut unusquisque, orare volens aut quiescere, recognosceret locum suum, et ne angusta loci modicitas mentis silentium perturbaret. *Proprietatis abiectio.* Cumque ibidem morarentur, accidit ut die quadam quidam asinum ducens deveniret ad umbraculum, in quo vir Dei cum sociis morabatur; et ne pateretur repulsam, adhortans asinum suum ad ingrediendum, locutus est verbum hoc: Vade intus, quia huic loco benefaciemus. Quod verbum sanctus Franciscus audiens graviter tulit, illius viri cognoscens intentionem. Putabat enim ille ipsos ibidem morari velle ad augendum locum, et ut domum domui copularent. Statimque sanctus Franciscus egrediens inde, relicto tugurio illo propter rustici verbum, transtulit se ad locum alium non longe ab illo, qui Portiuncula dicitur, ubi, sicut supra dictum est, ecclesia Sanctae Mariae ab ipso diu ante fuerat reparata. Nihil volebat proprietatis habere, ut omnia posset in Domino plenius possidere.

3. *Ox om.* semper sanctae] *AS* in se 6. *AS* Sciebat praeterea 7. *AS* tigna et domicilium 8. *Os* recognoscebat *M* angustia 10. *R* moraretur 11. *Os* adveniret 13. *Os* adhortatus 14. *AS* verba haec 15. *P om.* loco 16. *R om.* Franciscus 16-17. *H* agnoscens 20. *Ox om.* inde 22. dicitur] *M* vocabatur 23. *AS* ab illo ante diu *H* antea; *P om.* 24. *R om.* omnia 25. *M om.* plenius

Quomodo beatus Franciscus docuit fratres orare, et de obedientia et puritate fratrum. XVII.

45. Deprecati sunt eum fratres tempore illo ut doceret eos orare, quoniam in simplicitate spiritus ambulantes adhuc ecclesiasticum officium ignorabant. Quibus ipse ait: Cum orabitis, dicite: Pater noster, et Adoramus te, Christe, et ad omnes ecclesias tuas, quae sunt in universo mundo, et benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. *Vera obedientia.* Hoc autem ipsi fratres, pii magistri discipuli, summa cum diligentia observare curabant, quia non ea tantum, quae beatus pater Franciscus dicebat eis fraterno consilio, seu [paterno] imperio, verum etiam si ea quae cogitabat, vel meditabatur ipse, aliquo scire possent indicio, studebant efficacissime adimplere. Dicebat enim eis ipse beatus pater, veram obedientiam fore non solum prolatam sed excogitatam, non solum imperatam sed desideratam. Hoc est, si frater fratris praelati subditus non solum audiat vocem, sed comprehendat voluntatem, statim ad obedientiam totum se debet colligere ac facere quod eum velle signo aliquo comprehendet. In quocumque propterea loco aliqua ecclesia constructa foret, etiamsi praesentes non erant, tantum possent eam utcumque cernere de remotis, inclinabant se versus eam proni in terram, et inclinato utroque homine, ado-

5. officium] *Os* ordinem 9. *H om.* sanctam 10. obedientia] *R* custodia 11. *H* et pii discip. *om.* magistri 12. *Os* qui non 13. *Ox, R om.* pater fraterno] *AS* superno 14 *B* aeterno 15. *H* ipse si al. 18. *P* probatam 19. *AS* audientiam imp. 23. *H* comprehendat *Ox* comprehenderit 23–24. *AS, W* praeterea 24. *Ox* etsi 25. *W om.* erant *M* tamen *R* t. ut possent 26. *R* inclinant *W* adversus 27. in] *AS, E, H, Ox, W* super *AS om.* utroque

rabant Omnipotentem dicentes: Adoramus te, Christe, et ad omnes ecclesias tuas, sicut eos docuerat sanctus pater. Et, quod non minus est admirandum, ubicumque crucem, vel crucis signum intuebantur, sive in terra, sive in pariete, sive in arboribus, sive in sepibus viarum, faciebant hoc idem.

46. *Sancta simplicitas.* Sic enim eos repleverat sancta simplicitas, sic eos innocentia vitae docebat, sic eos cordis puritas possidebat, ut duplicitatem animi penitus ignorarent; quia sicut una fides, ita unus spiritus erat in eis, una voluntas, una charitas, animorum cohaerentia, semper morum concordia, virtutum cultus, conformitas mentium et pietas actionum. Nam dum cuidam sacerdoti ex saecularibus, qui meritis valde infamis erat, et enormitate scelerum ab omnibus contemnendus, confiterentur saepe peccata sua, et per multos eis innotuisset illius nequitia, nullo modo tamen credere voluerunt, nec propterea omiserunt peccata sua ei solito confiteri, nec debitam impendere reverentiam. Et quidem cum ipse, vel alius sacerdos, cuidam e fratribus quadam die dixisset: Vide, frater, ne sis hypocrita, statim, propter sacerdotis verbum, credidit se frater ille hypocritam esse; propter quod die ac nocte lamentabatur, nimio dolore affectus. Quaerentibus autem ab eo fratribus quid sibi vellet tanta moestitia et tam insuetus moeror, respondit dicens: Sacerdos quidam tale verbum mihi locutus

1–2. *Os* Christe, et benedicimus tibi, et 2. *H om.* ecclesias tuas *R om.* eos 4. ubicumque] *Os* ut 5–6. *H om.* sive in pariete *et leg.* arbore 8. *R om.* sic - docebat *Os* innocentiae vita 9. *AS om.* sic - possidebat 10. una] *H* unus a; *P om.* fides] *M* dies 11. una vol.] *P* vera vol. 13. *AS* conf. in aeternum *R* mentis et pacis 15. *Os* merito *R om.* infamis 17. *Ox*, *R om.* saepe *H* et cum per 18. illius] *Ox* sua 19. *AS* noluerunt *W* dimiserunt 22. *P om.* frater 23. *Os om.* sacerdotis *M* verba 24. *Os* quapropter 26. *AS om.* sibi *P* vellent 27. *AS* et tantus *M* mansuetus moer. *et om.* respondit

est, de quo tanto dolore afficior quod vix possum aliud cogitare. Consolabantur autem eum fratres, et ne sic crederet hortabantur. Quibus ipse dicebat: Quid est quod dicitis fratres? Sacerdos est qui locutus est verbum hoc, potestne mentiri sacerdos? Cum ergo sacerdos non mentiatur, necesse igitur est ut quod locutus est verum esse credamus. Sicque diu in hac simplicitate perdurans, verbis tandem patris beatissimi acquievit, qui ei verbum sacerdotis exposuit et eius intentionem sagaciter excusavit. Vix alicui fratrum tanta posset mentis inesse turbatio, quod ad eius ignitum eloquium non discederet omne nubilum rediretque serenum.

De curru igneo et notitia absentium quam beatus Franciscus habebat. XVIII.

47. Ambulantes coram Deo simpliciter et coram hominibus confidenter, meruerunt tunc temporis fratres divina revelatione laetificari. Dum enim, igne Spiritus sancti succensi, non solum constitutis horis, verum etiam qualibet hora, cum parum eos terrena sollicitudo, vel molesta curarum anxietas occuparet, Pater noster in melodia spiritus voce supplici decantarent, beatissimus pater Franciscus, nocte quadam, se ab eis corpore absentavit. Et ecce, fere

2. aliud] *AS, E, W* aliquid *AS, E, L, Os, Ox om.* autem *AS om.* fratres 5. *R om.* hoc 6. igitur] *R* ergo; *Os, W om.* 8. *R* verbum tamen tand. 9. *W* sanctissimi 10. *AS, E om.* eius 11-12. *P om.* turbatio 12. quod] *Os, W* quin *et om.* non 12-13. *M* disceret 14. *H* abs. fratrum q. 20. verum] *E* sed *Ox* neque etiam qualibus horis *AS* neque etiam quaelibet compediret eos terrena 21. *R* molestia *W* modesta 22. *AS* sed Pat. voce supplici] *E* vitae simplici; *AS* vitae suppliciter 23. pater] *AS* sanctus 24. *M om.* corpore fere] *P* super

media noctis hora, quibusdam e fratribus quiescentibus, quibusdam vero in silentio affectuose orantibus, per ostiolum domus currus igneus splendidissimus intrans, bis et ter, huc atque illuc, per domicilium se convertit, [supra] quem globus maximus residebat, qui solis habens aspectum noctem clarere fecit. Obstupefacti sunt vigilantes, exterriti sunt dormientes, et non minus cordis senserunt quam corporis claritatem. Convenientibus quoque in unum, coeperunt quaerere inter se quid hoc esset; sed ex vi et gratia tantae lucis, unius alteri erat conscientia manifesta. [*Praerogativa.*] Intellexerunt denique ac noverunt animam sancti patris exstitisse fulgore tam maxime radiantem, quae ob praecipuae puritatis suae gratiam, et magnae pietatis in filios curam, tanti muneris benedictionem a Domino meruit obtinere.

48. Et quidem manifestis indiciis saepius hoc probarant et experti fuerant occulta cordis eorum patrem sanctissimum non latere. O quoties, nullo docente homine, sed Spiritu sancto revelante, absentium fratrum acta cognovit, occulta cordium aperuit et conscientiam exploravit! O quantos in somnis admonuit, quibus et agenda praecepit et non agenda prohibuit! O quantorum futura mala praedixit, quorum praesentia bona in facie videbantur! Sic et iniquitatum finem plurimorum praesciens futuram, in ipsis gratiam salutis nuntiavit. Immo si quis puritatis et simplicitatis spiritu meruit illustrari, visionis eius, modo caeteris inexperto, consolatione potitus est singulari. Referam unum inter alia,

3. *AS, H, M, Ox, R, W* ostium 5. *B* super 7. *AS, Os* clarescere *E* claram 10. *W* intra 15. puritatis] *R* paternitatis *et leg.* maximae pie. 16. *B* et tanti 18. *R om.* saepius 22. *AS* agnovit 23. *H, Os, Ox, P, W* conscientias 23-24. *AS* somno 27. *W* Sed et *M* praecipiens *P* sciens 28. *AS* in multis 29. *AS* quid 30. *H om.* modo *et leg.* inexperta 31. *AS, M* potius est *L* Narratio. Referam

quod fidelibus testibus referentibus agnovi. Cum tempore quodam frater Ioannes de Florentia esset a sancto Francisco minister fratrum in Provincia constitutus, et capitulum fratrum in eadem provincia celebrasset, dominus Deus solita pietate ostium ei sermonis aperuit, et fratres omnes ad audiendum reddidit benevolos et attentos. Erat inter eos frater unus sacerdos, fama clarus sed clarior vita, Monaldus nomine, cuius virtus in humilitate fundata, oratione frequenti adiuta, et scuto patientiae servabatur. Intererat etiam illi capitulo frater Antonius, cuius Dominus aperuit sensum ut intelligeret Scripturas, et super mel et favum de Iesu verba dulcia eructaret in populo universo. *Praerogativa.* Qui cum fratribus ferventissime ac devotissime praedicaret, hoc scilicet verbum, Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum, dictus frater Monaldus respexit ad ostium domus in qua erant fratres pariter congregati, et vidit ibi corporeis oculis beatum Franciscum in aere subleyatum, extensis velut in cruce manibus, benedicentem fratres. Repleti quoque videbantur omnes consolatione Spiritus sancti, et de concepto salutis gaudio satis credibile fuit eis quod de visione et praesentia patris gloriosissimi audierunt.

49. *Occultorum cognitio.* Quod vero alienorum cordium occulta cognoverit, inter multa, quae multi saepius sunt experti, unum, de quo nulla potest exoriri dubitatio, in medium proferatur. Frater quidam, Riccerius nomine, nobilis genere sed nobilior

1. *AS* quae fid. *R om.* referentibus 2. *H om.* de Florentia 4. *P* constitutus, et sic erat homo magni fervoris, regularibus disciplinis instructus, et alios sibi commissos utiliter instruens, capitulum 7. attentos] *R* actiones 7–8. *AS* Erat int. eos super eos *et om.* f. u. 8. *R* fr. unicus sac. *P* f. clarior sed 10. *E om.* frequenti et *habet solus B* 11. etiam] *Os* et; *P om.* frater] *E* beatus 15. ferventiss.] *Os* diligentissime *M om.* ac devotissime 16. scilicet] *R* super 17. Monaldus] *Os* monachus 25. *M* aliorum 26. *H* cordis occ. cognovit 27. *Os om.* saepius 28 *AS, Os, Ox* oriri 29. *AS, P* Richerius; *H* Riocerius; *Ox* Ricterius; *R* Ricerius

moribus, amator Dei et sui contemptor, cum pio spiritu et voluntate plenissima duceretur ut sancti patris Francisci gratiam perfecte posset assequi et habere, timebat valde ne sanctus Franciscus eum occulto aliquo iudicio abhorreret, et sic a gratia dilectionis suae ipsum redderet alienum. Putabat frater ille, quoniam timoratus erat, quemcumque sanctus Franciscus intima charitate diligeret, dignum etiam fore divinam gratiam promereri, [e regione] vero cui non se benevolum ostenderet et placatum, arbitrabatur eum iram superni iudicis incursurum. Haec autem dictus frater volvebat in animo, haec secum frequenter tacitus loquebatur, nulli prorsus revelans suae cogitationis arcanum.

50. Caeterum cum die quadam beatus pater in cell[ul]a esset orans et dictus frater, solita cogitatione turbatus, venisset ad locum, sanctus Dei et adventum eius cognovit et quod volvebat animo intellexit. Statim proinde fecit eum ad se vocari, et dixit ad eum: Nulla te conturbet tentatio, fili, nulla cogitatio exacerbet, quoniam carissimus mihi es, et inter praecipu[e] mihi caros mea dilectione ac familiaritate dignum te noveris. Securus ad me intra quando volueris, et de familiaritate sume facundiam. Miratus est frater dictus admiratione permaxima, et exinde reverentior factus quantum crevit in gratia sancti patris, tantum coepit in Dei misericordia fiducialius dilatari. [*Oratio.*] Quam aegre, pater sancte, tuam debent absentiam ferre qui omnino

1. *AS* cum suo 2. *R om.* spiritu *AS* plenissime ducitur 2–3. *E om.* ut *et leg.* posse 3. perfecte] *Os* per se 5. *Os* occulte quodam iud. *R om.* sic 9. *B* illum vero 11. iudicis] *AS* regis 12. *Os* supradictus 13. frequenter] *M* pariter 15. *R* Caetero *AS* beat. Franciscus p. 16. *B, Os* cella 18. *W* volveret *R* in animo 21. *R* quon. quam car. 22. *P om.* mihi 24. *Os, W* fiduciam 26. *Os* effectus 27. sancti] *R* dicti 27–28. *R* fiducialiter 28. *W* O quam *M* Quantum aegre] *AS* egregie 29. *P* deberent

desperant in terris ultra tui similem invenire. Iuva, quaesumus, intercessione quos obvolutos cernis noxia labe peccati. Cum esses omnium iustorum spiritu iam repletus, futura praevidens et praesentia sciens, ut omnem iactantiam fugeres, sanctae simplicitatis semper imaginem praeferebas. Sed ad superiora recurramus, historiae ordinem requirentes.

De custodia qua super fratres vigilabat, et de contemptu sui, et vera humilitate. XIX.

51. Reversus est vir beatissimus Franciscus corporaliter ad fratres suos, a quibus, sicut dictum est, nunquam spiritualiter recedebat. Cauta et diligenti examinatione omnium acta perquirens, felici semper curiositate in subditis ferebatur, nihil impune relinquens, si quid minus recti deprehenderet perpetratum. Et primo quidem spiritualia vitia decernebat, deinde diiudicabat corporalia, ad ultimum exstirpans occasiones omnes, quae peccatis solent aditum aperire. *De paupertatis custodia.* Omni studio, omni sollicitudine custodiebat sanctam et divinam paupertatem, non patiens, ne quando ad superflua perveniret, nec vasculum in domo aliquod residere, cum sine ipsum utcumque posset extremae necessitatis

1. *Os om.* ultra 2. *AS om.* quaesumus *et leg.* tua int. obvolutos] *Os* obnocivos 3. *AS* omnino 4. *AS* et praev. 5. *M* fugiens 7. requirentes] *AS* percurrentes; *E* resumentes; *Os* requirendo 8. *Os* sup. omnes vig. 10. *AS* Regressus *et om.* Franciscus vir] *H* igitur 11. *Os om.* suos 12. Cauta et] *AS* tanta ex; *R* sancta et 13. *M* ex admiratione 13-15. *R om.* felici - relinquens 15. si quid minus recti] *AS* sicut magis et minus recipi *R* comprehenderet 17. diiudicabat] *AS* eradicabat 19-20. *Os* stud. et soll. 20. *E, H, M, P, R, W* et dominam 20-21. *AS* sanct. paup. et dominam 21. ne quando] *W* ut aliquando 21-22. *AS* pervenirent 22. *R* aliqua 23. *AS* sine utraque pos.

evadere servitutem. Impossibile namque fore, aiebat, satisfacere necessitati et voluptati non obedire. *Abstinentia.* Cocta cibaria vix aut rarissime admittebat, admissa vero saepe aut conficiebat cinere, aut condimenti saporem aqua frigida exstinguebat. O quoties per mundum ambulans ad praedicandum evangelium Dei, vocatus ad prandium a magnis principibus, qui eum miro venerabantur affectu, gustatis parumper carnibus, propter observantiam sancti Evangelii, reliquum, quod comedere videbatur, deponebat in sinu, manu ori adducta, ne quis posset perpendere quod agebat. De potu vini quid dicam, cum nec ipsam aquam, desiderio sitis aestuans, ad sufficientiam bibere pateretur?

52. *Somnus sobrius.* Accubitum vero suum, ubique receptus hospitio, nullis sinebat stramentis seu vestibus operiri, sed nuda humus, tunicula interposita, nuda suscipiebat membra; cum quandoque corpusculum suum somni beneficio recrearet, saepius sedens, nec aliter se deponens, dormiebat, pro cervicali ligno vel lapide utens. Cum comedendi aliquid sciscitaretur, ut moris est, appetitus, vix acquiescebat illud postmodum manducare. [*Perfectus*] *sui contemptus.* Accidit namque quadam vice, cum infirmitate gravatus aliquantulum pullorum carnium comedisset, resumptis utcumque corporis viribus introivit Assisii civitatem. Cumque pervenisset ad portam civitatis, praecepit cuidam fratri, qui cum eo erat, ut funem collo eius ligaret et sic eum quasi latronem per totam civitatem traheret, voce praeconis

2. *Os* necessitatis voluptati *Ox* voluntati 4. *W om.* saepe *AS* confundebat 6. *Os* quot. mundum perambulans 8. *P* miro modo 9. *Os* obedientiam 11. *R om.* deponebat in sinu *Os* abducta 13 *Os* siti 14. *H* non pateretur. 17. humus] *M* huiusmodi *AS*, *R* tunica 19. *P* saepissime 20. *Os*, *Ox*, *P*, *W* dormitabat 22. *AS*, *H*, *M*, *P*, *R* suscitaretur *W* suscitaret 23. *W* ut illud p. manducaret 27. *P* Cum 29. *R om.* eius

clamans et dicens: Ecce, videte glutonem, qui impinguatus est carnibus gallinarum, quas, vobis ignorantibus, manducavit. Accurrebant proinde multi ad tam ingens spectaculum, et ingeminatis suspiriis collacrimantes aiebant: Vae nobis miseris, quorum vita tota versatur in sanguine, et in luxuriis et ebrietatibus corda et corpora enutrimus. Sicque compuncti corde ad melioris vitae statum tanto provocabantur exemplo.

53. Multa quoque in hunc modum saepissime faciebat, ut et se ipsum perfecte contemneret et ad honorem perpetuum caeteros invitaret. Factus erat sibi tamquam vas perditum, nullo timore, nulla sollicitudine pro corpore oneratus, strenuissime obiiciebat ipsum contumeliis, ne ipsius amore temporale aliquid concupiscere cogeretur. *Mira humilitas.* Verus sui contemptor omnes se ipsos contemnere verbo et exemplo utiliter instruebat. Quid enim? Magnificabatur ab omnibus et laudabili iudicio efferebatur a cunctis, sed solus ipse se vilissimum reputabat, solus se ardentissime contemnebat. Saepe namque ab omnibus honoratus dolore nimio sauciabatur, et favorem humanum pro foribus arcens faciebat sibi [e regione] ab aliquo exprobrari. Vocabat quoque ad se fratrem aliquem dicens ei: Per obedientiam tibi dico ut mihi duriter iniurieris, et contra istorum mendacia vera loquaris. Cumque frater ille, licet invitus, eum rusticum, mercenarium et inutilem diceret, subridens et applaudens plurimum respondebat: Benedicat tibi Dominus, quia verissima loqueris, talia enim decet audire filium

4. *Os* ad tantum sp. 7. *H om.* corda et *et leg.* corp. nostra 8. *R* statutum 11. perfecte] *M* perficere 14. *Os, P* honoratus 14-15. *Os* abiiciebat 15. *Ox* se ipsum 18. *M* construebat 19. *AS, E, P* ab hominibus et 21. *AS om.* se 22. *H* ab hominibus hon. 24. *B* eragine 31. *AS* dixisti verissima

Petri de Bernardone. Sic loquens nativitatis suae humilia primordia recolebat.

54. *Nuda et vera confessio.* Nam ut se perfecte contemptibilem demonstraret, et verae confessionis exemplum caeteris exhiberet, cum in aliquo delinquebat, non erubescebat illud in praedicatione coram omni populo confiteri. Imo si forte sinistra cogitatione de aliquo tangeretur, vel casu quoddam invectionis emitteret verbum, statim cum omni humilitate, illimet de quo sinistrum quidpiam cogitaverat, vel dixerat, peccatum confitens, ab eo veniam postulabat. Totius innocentiae conscientia testis non sinebat eum quiescere, omni sollicitudine [se] custodiens, donec vulnus mentis mulcedo sanaret. In omni certe genere notabilium proficere, non prospici, cupiebat, modis omnibus fugiens admirationem, ne unquam incurreret [vanitatem]. Heu nobis, qui sic te amisimus, digne pater totius beneficentiae ac humilitatis exemplar. Iusto quippe iudicio amisimus quem habentes cognoscere non curavimus.

1. *Os* Bernardo *Ox* Bernadone *R* Bernardonis 2. *R om.* humilia 3. vera] *E* pura *M* ut saepe se *Os om.* perfecte 4. *Os* et etiam v. 5. *AS* praeberet 5–6. *M* se linquebat 6. *Os om.* in praedicatione 8. quoddam] *H*, *Ox* quodquam; *AS*, *R* in quoquam; *M*, *P*, *W* quoquam 12. *Os* postulavit 13. *B* sed 14. *Os* mentis suae *AS*, *H*, *M*, *Os*, *R W* mulcendo 15. *AS* vacabilium; *R* nobilium 15–16. *H om.* prospici *et leg.* cup. in omnibus 17. *B* varietatem *M*, *W* quod 18. digne] *AS*, *R* sancte 19. *AS om.* exemplar 20. *AS* cum haberemus *Os* habent. in terris

De desiderio [*quo*] *ad suscipiendum martyrium ferebatur, Hispaniam primo, deinde Syriam deambulans; et quomodo Deus per eum nautas de periculo, multiplicatis cibariis, liberavit.* XX.

55. Amore divino fervens, beatissimus pater Franciscus studebat semper ad fortia mittere manum, et dilatato corde viam mandatorum Dei ambulans, perfectionis summam attingere cupiebat. Sexto namque conversionis suae anno, sacri martyrii desiderio maxime flagrans ad praedicandam fidem christianam et poenitentiam Saracenis et caeteris infidelibus, ad partes Syriae voluit transfretare. Qui cum navem quamdam, ut illuc tenderet, intravisset, ventis contrariis flantibus in partibus Sclavoniae cum caeteris navigantibus se invenit. Videns autem [a tanto] desiderio se fraudatum, facto modico temporis intervallo, nautas quosdam Anconam tendentes, ut eum secum ducerent exoravit, quoniam [eo] in anno vix ulla navis potuit ad partes Syriae transmeare. Verum [illis] hoc agere pertinacius recusantibus propter expensarum defectum, sanctus Dei, confidens plurimum de Domini bonitate, navem latenter cum socio introivit. Adfuit divina providentia tunc quidam, omnibus ignorantibus, secum necessaria victus ferens, qui quemdam Deum timentem de navi ad se vocavit et ait ad eum: Tolle tecum haec omnia, et pauperibus hiis in navi latitantibus necessitatis

1. *B om.* quo 1-2. *M* fervebat 2. *Os, P om* primo Syriam] *P* sursum 5. *Os om.* pater 6. *H* tendebat *AS* fortiora 7. *H* deambulans 10. *Os* aestuans 15. *AS* nav. invenitur *B* attento 16. *H* modico tempore facto in. 17. *P om.* Anconam 18. *H* exhortavit *B om.* eo *Os* in eodem 19. *AS, E, M, Ox* vix illa *Ox om.* navis *R om.* ad part. Syriae 20. *B* ille 22. *M om.* plurimum 23. tunc] *Os* nam 23-24. *Ox, W* quidem 24. victus] *H* vitae 25-26. *AS* Dei *et om.* ad se 27. *P* pauperibus] fratribus *AS om.* hiis in n. latit.

tempore fideliter exhibebis. Sicque factum est, ut, cum tempestate nimia exorta, per multos dies laborantes in remigando cibaria omnia consumpsissent, sola pauperis Francisci cibaria superessent. [*Miraculum.*] Quae in tantum divina gratia et virtute multiplicata sunt, ut, cum adhuc plurium dierum forent navigationis itinera, ex sui copia usque ad portum Anconae omnium necessitatibus plenissime subvenirent. Videntes itaque nautae se per servum Dei Franciscum maris pericula evasisse, gratias egerunt omnipotenti Deo, qui semper in servis suis mirabilem et amabilem se ostendit.

56. Servus Dei excelsi Franciscus, relinquens mare, terram deambulat, eamque verbi vomere scindens, seminat semen vitae, fructum proferens benedictum. Statim namque quamplures boni et idonei viri, clerici et laici, fugientes mundum et diabolum viriliter elidentes, gratia et voluntate Altissimi, vita et proposito eum devote secuti sunt. *Martyrii fervor.* Sed licet electissimorum fructuum evangelicus palmes copiam ex se producat, martyrii tamen sublime propositum et desiderium ardens in eo nullo modo frigescit. Post non multum enim temporis versus Marrochium iter arripuit, ut Miramamolino et complicibus suis Christi evangelium praedicaret. Tanto namque desiderio ferebatur ut peregrinationis suae quandoque relinqueret comitem, et ad exsequendum propositum spiritu ebrius festinaret. Sed bonus Deus, cui mei et multorum sola bonitate placuit recordari! Cum iam ivisset usque

1. *M om.* fideliter 3. in] *P* et 4. *AS* paupertatis cib. Fr. *M* supplessent 5. *R om.* in *M* in tanta 6. *R* dierum plurimi 9. *AS* pervenirent 12. *AS, E om.* et amabilem 13. excelsi] *P* omnipotentis; *Os om.* 14. *Os, P, R* deambulabat 15. *R* seminans 16. *AS* plures *et om.* boni 16–17. *Os* boni viri et idonei cler. 18. *AS om.* viriliter *et leg.* eludentes 21. *AS om.* evangelicus 23. enim] *L, R* vero 25. *M om.* et compl. suis 29. *H om.* mei 30. *AS, E, H, M, W* benignitate *Os* venisset

in Hispaniam in faciem ei restitit, et [ne] ultra procederet, aegritudine intentata, eum a coepto itinere revocavit.

57. Revertente quoque ipso ad ecclesiam Sanctae Mariae de Portiuncula, tempore non multo post, quidam litterati viri et quidam nobiles ei gratissime adhaeserunt. *Sancta discretio.* Quos ipse, ut erat animo nobilissimus et discretus, honorifice atque digne pertractans, quod suum erat unicuique piissime impendebat. Revera, discretione praecipua praeditus, considerabat prudenter in omnibus cunctorum graduum dignitatem. Sed nondum valet quiescere, quin beatum impetum animi sui adhuc ferventius exsequatur. Nam tertiodecimo anno [conversionis] suae ad partes Syriae pergens, cum quotidie bella inter christianos et paganos fortia et dura ingruerent, assumpto secum socio, conspectibus Solidani Saracenorum se non timuit praesentare. *Magnanimitas.* Sed quis enarrare sufficiat quanta coram eo mentis constantia consistebat, [quanta illi virtute animi loquebatur], quanta facundia et fiducia legi christianae insultantibus respondebat? Nam primo quam ad Solidanum accederet, captus a complicibus, contumeliis affectus, attritus verberibus non terretur, comminatis suppliciis non veretur, morte intentata non expavescit. Et quidem licet a multis, satis hostili animo et mente [aversa], exprobratus fuisset, a Solidano tamen honorifice plurimum est susceptus. Honorabat eum prout poterat, et oblatis

30 *(p. 58)* - 1. usque in] *R* versus *AS*, *R om.* ei *B om.* ne 2. *M* infirmitate *AS*, *Os* intenta 8. *Os* discrete 10. *P* dignatione 11. *M* praedictus 12. *M* Sed dum 13. *M* qui *R* imperium 14-15. *B*, *M* conversationis 19-20. *AS om.* quanta - consistebat 20-21. *B om.* quanta - loquebatur 21. *Os om.* animi 25. *Ox* veretur...terretur *E* comminatus 26. *AS* intenta *M om.* quidem 27. *B* conversa *H* exploratus 28. *M* tandem *H*, *M*, *R om.* plurimum 29. *Os* receptus

muneribus multis ad divitias mundi animum eius inflectere conabatur. Sed cum vidisset eum strenuissime omnia velut stercora contemnentem, admiratione maxima repletus est, et quasi virum omnibus dissimilem intuebatur eum. Permotus est valde verbis eius, et eum libentissime audiebat. In omnibus his Dominus ipsius desiderium non implevit, praerogativam illi reservans gratiae singularis.

De praedicatione avium et obedientia creaturarum. XXI.

58. Interea dum, sicut dictum est, multi appositi sunt ad fratres, beatissimus pater Franciscus iter faciebat per vallem Spoletanam. Qui ad locum quemdam applicuit prope Mevanium, in quo diversi generis congregata erat avium [maxima] multitudo, columbarum [videlicet], cornicularum et aliarum, quae vulgo monadae vocantur. Has cum vidisset beatissimus servus Dei Franciscus, quia homo maximi fervoris erat, magnum etiam circa inferiores et irrationabiles creaturas pietatis atque dulcedinis gerens affectum, alacriter cucurrit ad eas, in via sociis derelictis. Cum autem satis prope iam esset, videns quod eum praestolarentur, ipsas more solito salutavit. Sed admirans non modicum quomodo aves non surrexissent in fugam, uti facere solent, ingenti repletus gaudio humiliter deprecatus est eas, ut verbum

2. *AS, H, Os* flectere 2-3. *Os om.* strenuissime 3. *H om.* omnia *P* stercus 4-5. *AS* est, quia v. *et om.* eum 5. *R om.* est 8. *P* servans 15. *Os om.* congregata erat avium] *R* animalium *B, Os om.* maxima 16. *B* scilicet 17. *AS, P, R* monaclae; *Os, W* monedulae; *Ox* monaculae 17-18. *L* beatus; *E* beatissimus pater Fr. 19-20. *AS, P* irrationales 21. *Os om.* alacriter 24. quomodo] *AS* quod 25. *P* ut in fugam uti 25-26. *AS om.* repletus

Dei deberent audire. Et inter plura quae locutus est eis, haec quoque adiunxit: Fratres mei, volucres, multum debetis laudare creatorem vestrum, et ipsum diligere semper, qui dedit vobis plumas ad induendum, pennas ad volandum, et quidquid necesse fuit vobis. Nobiles vos fecit Deus inter creaturas suas, et in puritate aeris vobis contulit mansionem; quoniam cum neque seminetis, neque metatis, ipse nihilominus sine omni vestra sollicitudine vos protegit et gubernat. Ad haec aviculae illae, ut ipse dicebat et qui cum eo fuerant fratres, miro modo secundum naturam suam exsultantes coeperunt extendere collum, protendere alas, aperire os et in illum respicere. Ipse vero transiens per medium illarum ibat et revertebatur, cum tunica sua capita earum contingens et corpora. Benedixit denique ipsis et signo crucis facto licentiam tribuit ut ad locum alium transvolarent. Beatus autem pater ibat cum sociis suis per viam [suam] gaudens, et gratias agebat Deo, quem omnes creaturae confessione supplici venerantur. *Sancta simplicitas.* Cum esset iam simplex gratia, non natura, coepit se negligentiae incusare, quod olim non praedicaverit avibus, postquam audirent tanta cum reverentia verbum Dei. Sicque factum est, ut ab illo die cuncta volatilia, cuncta animalia cunctaque reptilia et etiam creaturas quae non sentiunt, ad laudem et amorem Creatoris sollicitus hortaretur, quoniam quotidie, invocato nomine Salvatoris, propria experientia ipsarum obedientiam cognoscebat.

2. *R om.* quoque volucres] *AS* aves 3. *R* Dominum creat. 6. *AS om.* Deus 8. *R* nec sem. nec *E om.* ipse 10. *AS om.* ipse 11. *AS* fuerunt; *M* erant secundum] *R* super 12. *AS* stantes incoeperunt 13. *AS* prodere alas ap. os, illum res. 14. *Os* earum ibat] *P* stat 16. *Os* eis 18. *R om.* pater *M*, *Ox om.* suis *H om.* per 19. *B om.* suam *E* agens; *H* aiebat *Os* quod 20. *Os* eum venerantur 21. iam] *AS* autem 21-22. *M* Cum esset gratia non natura ita simplex 22. *R* de negligentia; *H* diligentissime 25. *R om.* cuncta animalia 26. etiam] *AS* inter 29. propria] *Os* ipsa

59. [*Obedientia hirundinum.*] Nam cum die quadam ad castrum nomine Albianum, ut verbum Dei proponeret, advenisset, ascendens in eminentiori loco spectandus ab omnibus, coepit silentium postulare. Silentibus vero cunctis et reverenter adstantibus, hirundines quamplures, garrientes et perstrepentes multum, nidificabant in eodem loco. Quibus garrientibus, quia beatus Franciscus ab hominibus audiri non poterat, avibus locutus est dicens: Sorores meae hirundines, iam tempus est ut loquar et ego, quia vos usquemodo satis dixistis. Audite verbum Domini, et estote in silentio et quiete donec sermo Domini compleatur. At ipsae aviculae, stupentibus et mirantibus omnibus qui assistebant, statim conticuerunt, nec motae sunt de loco illo, quoadusque praedicatio finiretur. Illi ergo viri, cum vidissent hoc signum, repleti sunt admiratione maxima dicentes: Vere hic homo sanctus est et amicus Altissimi. Et festinabant devotione maxima vel eius saltem contingere vestimenta, laudantes et benedicentes Deum. Et mirum certe, cum ipsae irrationabiles creaturae ipsius erga se affectum pietatis cognoscerent et amorem dulcissimum praesentirent.

60. *Lepusculus.* Nam cum tempore quodam apud castrum Graecii moraretur, lepusculus unus captus laqueo, a fratre quodam vivus apportatus est ei. Quem videns vir beatissimus, pietate commotus ait: Frater lepuscule, veni ad me. Quare sic te decipi permisisti? Statimque a fratre dimissus, qui

2. *Os* claustrum *P* Lavianum *R om.* ut *M om.* Dei 3. *H* promoveret 7. in eodem loco] *Ox* ibidem. 8. *H*, *Ox* ab omnibus a. *L* ab omnibus hom. 9. *R om.* dicens 10. iam] *AS* quia 11-12. *R* Dei 12. *AS* et quiescite *P*, *W* don. verbum 13. *R* Dei *Ox* impleatur *AS*, *E* At illae 14. *H om.* omnibus 16. ergo] *AS* vero 17. maxima] *Os* magna; *AS om.* 21. *R* Dominum *W.* Nec mirum *AS* certe tunc temporis quod irrat. 22. *Ox om.* pietatis 22-23. *AS* agnoscerent 23. *Ox*, *W* praesentarent 24. *H*, *M* cum ipse t. 25. *Os* morarentur 26. vivus] *P* unus 27. *R om.* vir *AS* motus

eum tenebat, ad sanctum confugit, et velut in tutissimo loco, nullo cogente, in eius sinu quievit. Cumque aliquantulum quievisset ibidem, pater sanctus cum materno affectu demulcens dimisit eum, ut liber ad nemus rediret. Qui cum saepe in terra positus ad sancti sinum recurreret, iussit eum tandem ad silvam, quae propinqua erat, a fratribus deportari. *Cuniculus.* Simile quiddam contigit de quodam cuniculo, quod animal valde indomesticum est, cum esset in insula laci Perusii. [*Piscis.*] Eodem quoque pietatis affectu erga pisces ducebatur, quos, cum opportunitatem haberet, captos in aquam vivos reiiciebat, praecipiens eis cavere sibi ne iterum caperentur.

61. Cum enim tempore quodam in lacu Reatino iuxta quemdam portum in navicula resideret, piscator quidam piscem magnum capiens, qui vulgo dicitur tinca, illum devotus obtulit ei. Qui eum hilariter et benigne suscipiens, fraterno nomine ipsum vocare coepit, et extra naviculam eum in aqua reponens, coepit devotus benedicere nomen Domini. Sicque aliquandiu, dum in oratione persisteret, dictus piscis iuxta naviculam ludens in aqua non recedebat de loco, in quo eum posuerat, donec, oratione completa, sanctus Dei recedendi sibi licentiam exhiberet. Sic enim gloriosus pater Franciscus, in via obedientiae ambulans et divinae subiectionis perfecte iugum amplectens, in creaturarum obedientia magnam coram Deo adeptus est dignitatem. *Miraculum.* Nam et aqua in vinum ei conversa est,

4. *Os* af. detulit demulcens, dimisit 6. *H*, *R* ad sanctissimum 8. *AS*, *Ox* Sim. quidem; *R* quoddam 9. *AS*, *E*, *Ox* qui an. 10. *H*, *P*, *W* in silva laci *R om.* laci *AS* laci parvi 10-11. *M* quoq. tempore piet. 12. *R* aqua 13. *H om.* sibi 18. *L*, *M*, *Os* tencha *AS om.* illum *E* Qui cum 19. *AS* revocare 22. *H om.* dum *et leg.* persistens 24. *H* loco suo 28. *AS om.* iugum *Os* creatura 30. *R om.* et

cum tempore quodam apud eremum Sancti Urbani aegritudine gravissima laboraret. Ad cuius gustum tanta facilitate convaluit, ut divinum fore miraculum, sicut et erat, ab omnibus crederetur. Et vere sanctus, cui sic obediunt creaturae, cuius [et] ad nutum in alteros usus ipsa transeunt elementa.

De praedicatione ipsius apud Esculum, et quomodo per ea, quae manu tetigerat, ipso absente, sanabantur infirmi. XXII.

62. Tempore illo in quo, sicut dictum est, venerabilis pater Franciscus volucribus praedicavit, civitates et castella circuiens, et ubique benedictionum semina spargens, ad civitatem Esculanam applicuit. In qua cum verbum Dei more solito ferventissime loqueretur, immutatione dexterae Excelsi, tanta gratia et devotione pene universus populus est repletus, ut ad audiendum et videndum eum anhelantes omnes se invicem conculcarent. Nam et triginta viri, clerici et laici, tunc temporis ab ipso sanctae religionis habitum susceperunt. *Devotio.* Tanta erat fides virorum et mulierum, tanta devotio mentis erga sanctum Dei, ut felicem se pronuntiaret qui saltem vel vestimentum eius contingere potuisset. Ingrediente ipso aliquam civitatem, laetabatur clerus, pulsabantur campanae, exsultabant viri, congaudebant feminae, applaudebant pueri, et saepe, ramis

2. *M om.* gravissima 3. *H, M* felicitate convaluit] *AS* conscientia affuit 4. *AS, E* ab hominibus 6. ipsa] *AS* temporalia *R* transeant 7. *Os* eius 8. *Ox om.* ipso absente *E* ipso etiam abs. 10. *H om.* in 11. *AS om.* volucribus *H* praedicabat 15. *R* in mutatione 16. *P* plene univ. 22. *Ox* erga Deum et sanc. D. 23. *L om.* vel *H* tangere 24. *AS om.* aliquam; *M* aliquando *H* laetificabatur

arborum sumptis, psallentes obviam ei procedebant. Confundebatur haeretica pravitas, extollebatur fides Ecclesiae et fidelibus iubilantibus haeretici latitabant. Nam tanta in eo apparebant insignia sanctitatis, quod nemo se illi audebat verbis opponere, cum ad ipsum solummodo respiceret frequentia populorum. Inter omnia et super omnia fidem sanctae Romanae Ecclesiae servandam, venerandam et imitandam fore censebat, in qua sola salus consistit omnium salvandorum. Venerabatur sacerdotes, et omnem ecclesiasticum ordinem nimio amplexabatur affectu.

63. *Miraculum.* Offerebant ei populi panes ad benedicendum, quos longo tempore reservantes, ad eorum gustum a diversis aegritudinibus sanabantur. Sic et multoties fide maxima freti eius tunicam incidebant, ut quasi nudus aliquando remaneret; et quod magis est admirandum, si rem aliquam manu tangeret sanctus pater, per eam etiam nonnullis sanitas reddebatur. *Miraculum.* Nam cum mulier quaedam, in partibus Aretii villulam quamdam inhabitans, gravida esset, veniente tempore partus, in pariendo diebus pluribus laboravit, sicque incredibili attrita dolore nec mors, nec vita sibi aliquatenus praestabatur. Vicini et cognati eius audierant beatum Franciscum per viam illam fore ad quemdam eremum transiturum. Exspectantibus autem illis, accidit beatum Franciscum ad dictum locum per aliam viam transire; iverat enim eques, eo quod erat debilis et infirmus. Sed perveniente ipso ad

1. *M* plaudentes obv. *W* praecedebant 2-3. *H om.* Confundebatur - latitabant 3. *AS* vigilantibus 4. *P* Et in *AS* signa 5. *AS om.* illi 8. servandam] *R* suadendam 9. salus] *R* laus 10. *M* sacerdos 12. *Os om.* populi 13. *AS om.* tempore *H, R* servantes 14. *R* ab universis *H* liberabantur 15. *R* ei 16. *Os om.* aliquando 19. *H* dabatur 22. *Os* plurimis 23-24. *R om.* aliquatenus *et leg.* praestabant 24. *R* Vic. quoque et 24-25. *Ox* beatissimum 25-27. *Os om.* per viam - Franciscum 25. *H* illum 28. *AS* equo 29. *R* veniente *Os* illo; *H om.*

locum, per quemdam fratrem, nomine Petrum, equum remisit ad virum illum, qui sibi eum concesserat intuitu charitatis. Frater Petrus reducens equum per viam illam transivit, in qua mulier torquebatur. Quem videntes viri terrae illius festini cucurrerunt ad eum, putantes ipsum esse beatum Franciscum, sed cognoscentes ipsum non esse, tristati sunt valde nimis. Tandem coeperunt quaerere inter se si posset res aliqua inveniri, quam manu tetigisset beatus Franciscus. Cumque in his diu quaerendo facerent moram, demum invenerunt freni habenas, quas ipse manu tenuerat equitando, extrahentesque frenum ex equi ore, cui sanctus pater insederat, posuerunt super mulierem habenas, quas propriis manibus contrectaverat ipse; quae incontinenti, remoto periculo, cum gaudio peperit et salute.

64. Gualfreducius, Castrum Plebis inhabitans, homo religiosus, timens et colens Deum cum omni domo sua, chordam apud se habebat, qua beatus Franciscus quandoque succinctus fuerat. Accidit autem ut in terra illa viri multi et mulieres non paucae variis infirmitatibus et febribus laborarent. Ibatque praedictus vir per infirmantium domos, et intincta chorda in aqua, vel ex pilis ipsius aliquid commiscens in ea, dabat bibere patientibus, et ita in Christi nomine sanitatem consequebantur omnes. Haec autem in absentia beati Francisci fiebant, et his multo plura, quae a nobis non possent sermone longissimo aliquatenus explicari. Verum de iis, quae

1. *Os* eq..illum 2. *AS* dimisit 3. *AS* pietatis 4. *Os* per villam tr. i. q. m. illa 5. *Os om.* festini *et leg.* currebant 6. *H* p. eum e. *AS om.* beatum 7. *Os* contristati 10. *H* his omnibus 11. *P* invenirent *AS* frenum et 15. *M* quod 16. *AS om.* et salute 17. *E*, *P* Gaulfreducius; *M* Galfreducius; *Os* Qualdefriducius 19. *As* corrigiam; *M* coram *AS*, *L* quam 24. ex pilis] *H* expulsis 26. *H* sequebantur 27. et] *As* ex 28. *P om.* non 29. *R om.* aliquatenus *AS* Verbum

per eius praesentiam operari dignatus est dominus Deus noster, pauca quaedam huic operi breviter inseremus.

Quomodo claudum apud Thuscanellam et paralyticum apud Narnium sanavit. XXIII.

65. Cum tempore quodam, ad evangelizandum regnum Dei, sanctus Dei Franciscus regiones longas ac varias circuiret, pervenit ad civitatem quamdam, quae dicitur Thuscanella. In qua, cum more solito spargeret semen vitae, miles quidam eiusdem civitatis eum suscepit hospitio, cui filius unicus erat, claudus et toto corpore debilis; qui, licet aetate puerulus, ablactationis tamen transierat annos et adhuc in cunabulis morabatur. Pater vero pueri, videns virum Dei tanta praeditum sanctitate, proiecit se ad pedes eius humiliter, filii sui ab eo postulans sanitatem. Qui cum tantae virtutis et gratiae se indignum et inutilem reputaret, diu hoc facere recusavit. Tandem precum illius instantia victus, oratione praemissa, manum imposuit puero, et benedicens allevavit eum. Qui statim, cernentibus singulis, [et gaudentibus,] in nomine domini nostri Iesu Christi surrexit incolumis, et huc atque illuc coepit per domicilium ambulare.

66. Quodam vero tempore cum Narnium venisset vir Dei Franciscus, et ibidem diebus pluribus moraretur, vir quidam eiusdem civitatis, nomine Petrus, paralyticus in lecto iacebat. Qui per quinque mensium spatium ita fuit omnium membrorum officio

6. *M* Dum 7. *Os* verbum Dei Franciscus *AS* sanctus Fr. 11. *Os, P, R* cuius 13. *AS om.* tamen *et leg.* annus 14. *R* cunabula 19. *M om.* instantia 22. *AS, B om.* et gaudentibus 23. *R om.* et 25. vero] *E* enim 25–26. *AS* advenisset 29. officio] *H* hospitio

destitutus, quod nullo modo surgere poterat, nec aliquatenus se movere; et sic pedum, manuum ac capitis totaliter auxilio perdito, solam linguam movere valebat et oculos aperire. Audiens vero quod sanctus Franciscus Narnium advenisset, transmisit nuntium ad episcopum civitatis, ut, divinae pietatis intuitu, servum Dei altissimi ad ipsum mittere dignaretur, confidens ab infirmitate qua tenebatur, ex eius visione ac praesentia liberari. Sic utique factum est, ut cum beatus Franciscus accessisset ad eum, signum crucis a capite usque ad pedes faciens super eum, statim omni fugato morbo, eum pristinae restitueret sanitati.

Quomodo mulierem caecam illuminavit, et apud Eugubium aliam contractam [*ex*]*tendit.* XXIV.

67. Mulier quaedam civitatis supradictae, oculorum caecitate percussa, signum crucis a beato Francisco super oculos suos suscipiens, statim meruit lumen recipere concupitum. Apud Eugubium mulier erat, quae manus ambas contractas habens, nihil cum eis poterat operari. Quae, cum cognovisset sanctum Franciscum civitatem intrasse, statim cucurrit ad eum, et facie miserabili moestitiaque plena, contractas ei manus ostendens, coepit rogare ipsum ut eas tangere dignaretur. Qui pietate permotus manus eius tetigit ac sanavit. Statimque mulier, domum rediens laetabunda, caseatam unam propriis manibus fe-

3. *P* taliter 4. *AS*, *H* poterat *AS om.* vero 5. *Os* venisset 7. *AS* ad se venire precari dign. 8. ab] *R* ex 9. *Os* itaque 10. *AS* accessit 11. *AS om.* super eum 14. aliam] *E* mulierem *B* tendit *M* ext. et sanavit 16. *Ox om.* crucis 17. *H om.* suos *AS om.* suos susc. statim 18. *Os* mulier quaedam 19. *AS om.* nihil 20. *AS* non poterat *M* Quod 22. *M* moesta atque plena 24. *R* commotus

cit, ipsamque obtulit sancto viro. Ipse vero, parumper ex eadem caseata charitative suscipiens, reliquum iussit mulierem cum familia manducare.

Quomodo fratrem unum a caduco morbo, seu a daemonio liberavit, [et] quomodo apud Sancti Gemini castrum daemoniacam liberavit. XXV.

68. Frater unus infirmitatem maximam et horribilem visu patiebatur frequenter, quam quo nomine censeam nescio, cum quidam ma[li]gnum fuisse diabolum opinentur. Nam totus saepe allidebatur, et miserabili aspectu respiciens volutabatur spumans; nunc membra illius contrahebantur, nunc extendebantur, nunc plicata et torta, nunc rigida efficiebantur et dura. Quandoque totus extensus et rigidus, pedibus aequatis capiti, elevabatur in altum, quantum viri statura est, et subito resilibat ad terram. Cuius languorem gravissimum sanctus pater Franciscus miseratus ivit ad eum, et facta oratione signavit eum ac benedixit. Qui subito, sanus effectus, infirmitatis huius molestias aliquas minime postmodum toleravit.

69. Quadam die cum transiret beatissimus pater Franciscus per episcopatum Narniensem, devenit ad castrum quoddam, quod dicitur Sancti Gemini, et evangelizans ibi regnum Dei, a viro quodam timente atque colente Deum, satis bonae famae in terra illa,

1. *Os om.* vero 3. *R* mulieri 4. *Ox om.* unum 4-5. *Os* sive daemoniaco liberaverit *et om.* quomodo 5. *B, P om.* et *FA* quom. et ap. *E* S. Severini 6. *Ox* sanavit 9. *B* magnum 11. *AS* mirabili *Os* aspiciens 12. *Os* nam membra eius 12-13. *H om.* nunc extendebantur 15. *E, FA, Ox, W* elevabantur in altum] *L* saltum 16. *AS* residebat 17. *R* fortissimum 18. *P* venit 19. *Ox om.* eum 20. *R* eius 20-21. *H* min. sensit postm. *et om.* toleravit *Os* postea 22. *Os* transisset *Ox* beatus

cum tribus fratribus hospitio est susceptus. Uxor autem eius a daemonio vexabatur, sicut notum erat omnibus inhabitantibus terram illam. Rogavitque beatum Franciscum vir eius pro illa, confidens eam posse ipsius meritis liberari. Sed quoniam plus desiderabat in simplicitate sua contemptui haberi, quam de ostensione sanctitatis mundi huius favoribus extolli, facere hoc penitus recusabat. Tandem, quia Deus in causa erat, rogitantibus eum multis, victus precibus acquievit. Vocavit quoque tres fratres [ad se], qui erant cum eo, et in singulis domus illius angulis singulum fratrem constituens, dixit eis: Oremus, fratres, ad Dominum pro muliere hac, ut iugum diaboli ab ea excutiat Deus, ad laudem et gloriam suam. Stemus separatim, inquit, in angulis domus, ne spiritus iste malignus nos fugere, aut decipere valeat, quaerens diverticula angulorum. Completa quoque oratione, beatus Franciscus in virtute spiritus accessit ad mulierem, quae miserabiliter torquebatur et horrende clamabat, et alt: In nomine domini nostri Iesu Christi, per obedientiam praecipio tibi, daemon, ut exeas ab ea, nec audeas ipsam amplius impedire. Vix verba compleverat, et tam velocissime cum furore atque stridore foras egressus est, quod propter subitam sanitatem mulieris et tam citissimam obedientiam daemonis, sanctus pater sibi putaret fore illusum. Statimque cum rubore de loco illo recessit, divina providentia id gerente ne posset in aliquo inaniter gloriari. Unde factum est, quod cum alia vice per eumdem locum transiret beatus

1. *Ox* receptus 2. *E om.* ejus 3. *Os om.* omnibus *M* habitantibus 4. illa] *M, Os* ea eam] *AS* illam; *Ox* ipsam 8. *B* et fac. *Os* recusavit *AS* Tandemque *et om.* quia 9. *AS, M, Ox* rogantibus 10. quoque] *Os* ergo *R om.* tres *B om.* ad se 15. suam] *H* nominis sui *H, Os om.* inquit 16. *Os om.* iste 17–18. *P* Completaque 22. *Os om.* daemon *M* audias 23. *B* compleverant 24. *H om.* cum furore *et leg.* atq. cum *AS om.* foras 29. *AS om.* in aliquo 30. *P* aliqua v.

Franciscus, frater Helias cum eo erat, et ecce mulier illa, ut cognovit adventum eius, continuo surrexit, et accurrens per plateam clamabat post eum ut sibi eloqui dignaretur. Ipse vero nolebat ei loqui, sciens eam esse mulierem illam de qua expulerat quandoque virtute divina daemonium. At ipsa osculabatur vestigia pedum eius, gratias agens Deo et sancto Francisco servo eius, qui de manu mortis liberaverat eam. Tandem frater Helias compulit sanctum prece, qui locutus est ei, certificatus per multos de infirmitate, ut dictum est, et liberatione sua.

Quomodo etiam apud Civitatem de Castello daemonium expulit. XXVI.

70. Apud Civitatem etiam de Castello mulier quaedam obsessa erat a daemonio. In qua civitate cum esset beatissimus pater Franciscus, perducta est mulier ad domum in qua ipse manebat. Mulier autem illa foris stans coepit frendere dentibus, et torvo vultu, miserabili voce barrire, sicut mos est spirituum immundorum. Multi enim de civitate illa utriusque sexus accedentes rogaverunt sanctum Franciscum pro muliere; diu namque ille malignus et eam vexaverat torquendo, et illos turbaverat barriendo. Sanctus pater misit tunc ad eam fratrem

2. *AS om.* illa *H om.* ut 4. *H, Os, W* loqui ei loqui] *AS* eloqui *Ox* ei eloqui 5. *H om.* esse 5-6. *AS* illam quam exposuerat quando v. d. daem. eiecit ab ea *Os* exp. quadam v. 6. *AS* deosculab. 7. *AS* pedis sancto] *H* beato 8. *Os* liberavit 10. *P om.* est *M* certificati 11. *R om.* ut – est *Os* et de l. 14. *P om.* etiam 14-15. *AS, H* etiam mulier de castello quodam 15. *Os* daemone 16. *M* beatus 17. manebat] *Os* erat 18. *P, R om.* autem *AS om.* foris 19. *H* ac mis. *AS, H, L, M, Ox, P, R* garrire 21. *AS* rogabant; *W* interrogaverunt 22-23. *Os* namq. malignus spiritus eam *R* n. malignus eam 23. *L* vexabat *AS* vexavit torquens et eos 23-24. *AS, H, L, M, Ox, P, R* garriendo 24. *Os* S. noster pater

qui erat secum, experiri volens utrum foret daemonium, an deceptio muliebris. Quem videns mulier illa coepit deridere ipsum, sciens sanctum Franciscum minime fore. Pater sanctus intus erat orans, finitaque oratione foras exivit. Mulier autem coepit tremere ac volutari super terram, non sustinens virtutem eius. Quam vocans ad se sanctus Franciscus dixit: In virtute obedientiae praecipio tibi, immunde spiritus, exi ab ea. Qui confestim dimisit eam, sine aliqua laesione, satis indignabundus recedens. Gratias omnipotenti Deo, qui omnia in omnibus operatur. Verum quia non miracula, quae sanctitatem non faciunt sed ostendunt, sed potius excellentiam vitae ac sincerissimam conversationis ipsius formam decrevimus explanare, hiis prae nimietate omissis, aeternae salutis opera retexemus.

De claritate et constantia mentis eius et de praedicatione coram domino Papa Honorio; et quomodo se et fratres commisit domino Hugoni episcopo Hostiensi. XXVII.

71. Vir Dei Franciscus doctus erat non sua quaerere, sed quae aliorum saluti praecipue cerneret expedire; super omnia tamen desiderabat dissolvi, et esse cum Christo. Propterea summum eius studium erat ab omnibus, quae in mundo sunt, liber exsistere, ne, vel ad horam, contagione alicuius pul-

1. erat] *Os* fuit *H om.* volens foret] *AS* esset; *Ox* erat 2. *L*, *Ox*, *M* mulieris 5. *AS* fin. eius or. *Os om.* foras 6. *AS* fremere *Ox* sustinere valens 7. *R om.* se 8. *AS om.* dixit 12–13. *Os* non miracula sanctitatem faciunt sed ostendunt, potius 13. faciunt] *H* operantur *L* extollentiam 14. *AS*, *E* eius 16. *E*, *H*, *Ox*, *W* retaxemus; *M* retraxemus 17. constantia mentis eius] *Ox* tentationibus suis 18–19. *Os* se fratres quoque c. 25. *Ox* quae mundi s. *E* liberum

veris, mentis eius serenitas turbaretur. Insensibilem omnibus quae perstrepunt exterius se reddebat, et totis visceribus undique sensus exteriores recolligens, ac motus animi cohibens, soli vacabat Deo. In foraminibus petrae nidificabat, et in caverna maceriae habitatio eius. Felici certe devotione circuibat caelibes mansiones et in vulneribus Salvatoris exinanitus totus diutius residebat. Eligebat proinde frequenter solitaria loca, ut ex toto animum in Deum posset dirigere, nec tamen pigritabatur, cum tempus cerneret opportunum, se negotiis ingerere, ac saluti libens intendere proximorum. *De devota oratione.* Nam eius tutissimus portus erat oratio, non unius exsistens momenti, vacuave aut praesumptuosa, sed longa tempore, plena devotione, humilitate placida; si sero incipiebat, vix mane finiebat; ambulans, sedens, comedens et bibens orationi erat intentus. In ecclesiis derelictis et in deserto positis solus ad orandum nocte pergebat; in quibus, divina gratia protegente, multos timores, multasque angustias animi superavit.

72. Manu ad manum cum diabolo confligebat, cum in eiusmodi locis non solum tentationibus ipsum pulsaret interius, verum etiam exterius ruinis et subversionibus deterre[re]t. Sed sciens fortissimus miles Dei Dominum suum ubique omnia posse, terroribus non cedebat, sed aiebat in corde suo: Nihil amplius, o malevole, potes in me malitiae tuae arma excutere, quam si in publico coram omnibus mane-

3. *AS* v. in se und. 4. *Os* Domino 6. devotione] *R* habitatione 8-9. *Os om.* frequenter 12. *AS*, *E* liberius 13. erat] *R* eius 14. *AS* vacuane an *L* ne vacua videlicet aut *Os* vacua vel aut 15. *H*, *Os*, *Ox* longo *AS* placita 16. *Os* si vero *M* incipiat 17. erat] *R* vacabat 19. *AS*, *Os om.* nocte 20. *AS om.* animi 23. *M om.* in *et* ipsum 24-25. *Os om.* et *et leg.* subversionibusve terreret 25. *B* deterret 26. Dei] *P* Christi *P om.* omnia 27. *AS* Non 28. *AS* malitia tua *H* tua *Os om.* arma

remus. *Vera* [*constantia.*] Revera constantissimus erat valde, et in nullo, nisi quod erat Domini, attendebat. Nam cum inter multa millia hominum verbum Dei saepissime praedicaret, ita securus erat ac si cum familiari socio loqueretur. Populorum maximam multitudinem quasi virum unum cernebat, et [uni] quasi multitudini diligentissime praedicabat. De puritate mentis providebat sibi securitatem dicendi sermonem, et non praecogitatus mira et inaudita omnibus loquebatur. Si quando vero aliqua meditatione praeveniret sermonem, congregatis populis, et meditata quandoque non recordabatur, et loqui alia ignorabat, absque rubore aliquo confitebatur populis, se multa praecogitasse, quorum nihil penitus poterat recordari, sicque de subito tanta eloquentia replebatur, ut in admirationem converteret animos auditorum. Quandoque vero nihil sciens loqui, benedictione data, ex hoc solo maxime praedicatos populos dimittebat.

73. Sed et cum tempore quodam, causa religionis poscente, ad urbem Romam venisset, loqui coram domino Papa Honorio et venerabilibus Cardinalibus plurimum sitiebat. Quod intelligens dominus Hugo, gloriosus episcopus Hostiensis, qui sanctum Dei singulari venerabatur affectu, timore ac laetitia est repletus, admirans sancti viri fervorem, et simplicem intuens puritatem. Sed confidens de misericordia Omnipotentis, quae pie se colentibus necessitatis tempore nunquam deest, eum coram do-

1. *B* confessio 2. *R om.* in *et leg.* nisi quae erant Dei 2–3. *E* intendebat 4. *W* verba *H, M, Os, W* Domini saepissime] *Os* saepe; *H om.* 5. *M* famulo vel soc. 7. *B om.* uni *AS om.* diligentissime 9. *AS* praecogitans 9–10. et inaudita] *H* audacia 11. *H* praemeditatione *Os* praevenerat 12. quandoque] *Os* quoniam 14. *R* praemeditasse 18. *H* ex solo visu 20. *AS, E, H, Ox om* et causa] *E* casu 20–21. *W* quia causa rel. poscebat 22. *R om.* domino 23–24. *R* dictus 24. *AS, H, R om.* gloriosus 26. *AS om.* est *R* sancti Dei 28. *AS, H, Os* qui

mino Papa et reverendis Cardinalibus introduxit. Qui coram tantis principibus assistens, licentia et benedictione suscepta, intrepidus loqui coepit. Et quid[e]m cum tanto fervore spiritus loquebatur, quod non se capiens prae laetitia, cum ex ore verbum proferret, pedes quasi saliendo movebat, non ut lasciviens, sed ut igne divini amoris ardens, non ad risum movens, sed planctum doloris extorquens. Multi enim ipsorum compuncti sunt, divinam gratiam et tantam viri constantiam admirantes. Verum venerabilis dominus episcopus Hostiensis timore suspensus erat, totis visceribus orans ad Dominum, ne beati viri contemneretur simplicitas, quoniam in eum sancti gloria resultabat et dedecus, eo quod erat pater super eius familiam constitutus.

74. Adhaeserat ei namque sanctus Franciscus, tamquam filius patri et unicus matri suae, securus in sinu clementiae suae dormiens et quiescens. Pastoris certe ille implebat vicem et faciebat opus, sed sancto viro pastoris reliquerat nomen. Beatus pater necessaria providebat, sed felix ille dominus provisa effectui mancipabat. O quanti, maxime in principio cum haec agerentur, novellae plantationi ordinis insidiabantur ut perderent! O quanti electam vineam, quam dominica manus benignissime novam in mundo plantabat, praefocare studebant! Quam multi primos, et purissimos eius fructus furari et consumere nitebantur! Qui omnes tam reverendi patris et domini gladio interfecti, et ad nihilum sunt redacti.

1. *AS* papa Honorio 2. tantis] *AS*, *E* cunctis 4. *B* quidam 5. *AS om.* se *6. H* ut homo igne l. 8. *H*, *Ox* sed ad p. 9. *Os*, *R* illorum *MS*, *L*, *Ox* corde compuncti 10. *AS*, *Os* tanti constantiam] *AS*, *F* gratiam 10-11. *AS* In mirabili episc. ven. dom. Host. 12. *M* viribus *R* Deum 13. *R* contemneret simplicitatem 14. *AS* resultat et dedecus ei erat eo *M* resultat et decus *L* decus 17. *R* matris 18. *AS* requiescens 20. *AS om.* pastoris 21. *R* felix dominus illa 23. *Ox* novelli *Os* plantationis ordini *AS om.* ordinis 27. *P* parvissimos *AS om.* fructus *R om.* et

Erat enim rivus eloquentiae, murus Ecclesiae, veritatis assertor et amator humilium. Benedicta proinde ac memorabilis illa dies, in qua sanctus Dei tam venerabili domino se commisit. Cum enim tempore quodam dominus iste legatione, sicut saepe solebat, pro Sede Apostolica in Tuscia fungeretur, beatus Franciscus, non multos adhuc fratres habens et volens in Franciam ire, devenit Florentiam, ubi tunc iam dictus episcopus morabatur. Nondum alter alteri erat praecipua familiaritate coniunctus, sed sola fama beatae vitae mutua eos et affectuali iunxerat charitate.

75. Caeterum quia moris erat beati Francisci, cum aliquam civitatem vel terram ingrederetur, ad episcopos vel sacerdotes accedere, audiens de praesentia tanti pontificis, magna cum reverentia eius se clementiae praesentavit. Quem dominus episcopus videns, humili devotione suscepit, sicut et semper omnibus sacram religionem praetendentibus faciebat, et illis praecipue qui beatae paupertatis et sanctae simplicitatis insigne nobile deferebant. Et quoniam sollicitus erat pauperum supplere inopiam, et ipsorum negotia specialiter pertractare, causam adventus ipsius diligenter quaesivit, et eius propositum benignissime intellexit. Quem cum cerneret supra caeteros terrena omnia contemnentem, et illo igne ferventem, quem Iesus misit in terram, anima sua ex tunc animae illius conglutinata est, devote ipsius petens orationem et gratissime suam ei offerens in

1. *AS om.* enim *H* murus iustitiae 1-2. *AS* murus Eccl. invictus, assertor humilium 2. *W* armator 3. *AS om.* in 4. *Os* patri et domino 8. *Os om.* tunc 8-9. *H om.* dictus 10. *AS om.* erat 11. *AS* mutuali eos iunxerat c. 13. *AS* Caeterumque m. 14. vel] *AS* et 15. episcopos] *AS* ipsos vel] *L* et 18-19. *P* et caeteris omnibus semper 19. *R* sanctam 20. sanctae] *AS* beatae 21 *E* signum *Ox* praeferebant 24. ipsius] *H* sui; *Os* eius; *R om.* 26. *R om.* omnia 27. *Os* dominus Iesus

omnibus protectionem. Monuit proinde ipsum coeptum non perficere iter, sed ad curam et custodiam eorum, quos dominus Deus sibi commiserat, sollicite vigilare. Videns autem sanctus Franciscus tam reverendum dominum sic pium gerere animum, affectum dulcem, sermonem efficacem, gavisus est gaudio magno valde, et exinde, procidens ad pedes eius, se ipsum et fratres suos devoto ei animo tradidit et commisit.

De spiritu charitatis et affectu compassionis quo fervebat erga pauperes; et quid de ove et agniculis fecit. XXVIII.

76. Pater pauperum pauper Franciscus, pauperibus omnibus se conformans, pauperiorem se quempiam conspicere gravabatur, non inanis gloriae appetitu, sed solius compassionis affectu; et licet tunica vili satis [et] hispida foret contentus, illam multoties cum aliquo paupere dividere cupiebat. Sed ut ditissimus pauper, magno pietatis affectu ductus, posset utcumque pauperibus subvenire, postulabat in magnis frigoribus a divitibus huius saeculi mantellum, seu pelles praestari sibi. Qui cum devote libentius id facerent quam ab eis pater beatissimus postularet, dicebat eis: Tali tenore hoc a vobis recipiam, quod rehabere de caetero nullatenus exspectetis. Cumque aliquis ex pauperibus ei primitus

2. *AS om.* non *Os* non solum *L om.* iter sed] *AS* et 3. *R* concesserat 4-5. *Os* reverentem 5. sic pium] *AS* sicut parvuli 8. suos] *Os* eius 11. *Os* agnis 12. *L* faceret *Os, Ox, P, R, W* fecerit 13-14. *Os om.* pauperibus 15. *Os* quemlibet 17. *AS om.* satis *B, E, M, P om.* et foret] *Ox* fuisset; *Os om.* 18. *Os* cup. quaerens 19. *Os om.* ductus 21. *Ox* a magnis div. 22. *Os* parari *AS om.* sibi *et leg.* Quod 23. id] *H* hoc; *R om.* quam] *Os* antequam 25. nullatenus] *AS* non 26. *R* Cum

obviaret, exsultans et gaudens ex accepto pauperem induebat. Molestissimum erat ei cum alicui pauperum cerneret exprobari, vel [in] aliquam creaturarum maledictionis verbum audiret ab aliquo intorqueri. Unde accidit, ut frater quidam cuidam pauperi eleemosynam postulanti verbum invectionis inferret, dicens: Vide, ne forte sis dives et simules paupertatem. Quod audiens, pater pauperum, sanctus Franciscus graviter doluit, et fratrem talia proferentem durissime increpavit, praecepitque ei ut se coram paupere denudaret, ac pedes eius deosculans veniam postularet. Aiebat namque: Qui pauperi maledicit, Christo iniuriam facit, cuius portat nobile signum, qui se pro nobis fecit pauperem in hoc mundo. Frequenter proinde inveniens pauperes lignis vel aliis sarcinis [oneratos], ad adiuvandum illos proprios humeros, licet nimium debiles, supponebat.

77. Affluebat spiritu charitatis, pietatis viscera gestans, non solum erga homines necessitatem patientes, verum etiam erga muta bruta[que] animalia, reptilia, volatilia et caeteras sensibiles et insensibiles creaturas. Sed in omni genere animalium speciali dilectione ac promptiori affectu agniculos diligebat, eo quod domini nostri Iesu Christi humilitas, in Scripturis sacris, agno assimilatur frequentius et convenientius coaptatur. Sic et omnia illa, praecipue in quibus filii Dei posset aliqua similitudo allegorica reperiri, amplexabatur carius et videbat libentius.

2. *H* Molestum *Ox om.* ei 2-3. *R* pauperi 3. *B om.* in *AS, H, Ox, R* creaturam 4. *Ox* retorqueri; *P* extorqueri 5. *H, M om.* quidam 6. *E* petenti *R* inventionis 7. *P* Vade *L, Ox om.* forte 9. *Os* loquentem 11. *Os om.* eius 14. *R om.* pro nobis 15. *W* invenires 16. *B* ornatos *M* ad iuvandum *AS* iuvandos 16-17. *R* propriis humeris 17. *R* debilis 20. *R om.* erga *L* erga bruta animalia et muta *Os* muta animalia et bruta que] *H* et; *B om.* 21. *AS om.* sensibiles et 22. *E* spirituali 27. filii Dei] *AS* fidei *M om.* Dei *Os* Dei filius posset aliquam similitudinem allegoricam *AS* allegoriae

Nam cum tempore quodam iter faceret per Marchiam de Ancona, et in eadem civitate verbum Dei praedicasset, ac versus Auximum cum domino Paulo, quem ministrum constituerat omnium fratrum in eadem provincia, iter arripuisset, invenit in campis pastorem quemdam, caprarum et hircorum gregem pascentem. Eratque inter caprarum et hircorum pluralitatem ovicula una pergens humilius et quietius pascens. [*Compassio.*] Quam cum videret beatus Franciscus, fixit gradum et tactus dolore cordis intrinsecus, altius ingemiscens, dixit ad fratrem qui comitabatur eum: Numquid non ovem hanc cernis, qu[ae] inter has capras et hircos sic ambulat mansueta? Ita, dico tibi, quia dominus noster Iesus Christus, inter pharisaeos et principes sacerdotum, mitis et humilis ambulabat. Rogo te propterea, fili, per charitatem ipsius, ut mecum huic compatiaris oviculae, et, soluto pretio, de medio istarum caprarum et hircorum educamus eam.

78. Frater Paulus vero, eius dolorem admirans, coepit ipsemet etiam condolere. Cum autem nihil praeter viles tunicas, quibus induebantur, haberent, et solliciti de solvendo pretio exsisterent, statim quidam mercator iter agens adfuit et pretium obtulit quod opta[ba]nt. At ipsi, gratias agentes Deo, suscepta ove, Auximum pervenerunt; et introeuntes ad episcopum civitatis, ab ipso magna cum reverentia sunt suscepti. Mirabatur tamen dominus episcopus et de ove, quam vir Dei ducebat, et de

1. *H* cum ipse quoddam 2. *M* Anchonia *H*, *Os*, *P* Domini 3. *Os* praedicabat *Ox* Auxinium cum fratre P. *W* domno 6–7. *Os om.* gregem - hircorum *et leg.* Inter quorum 9. *AS* Quam videns *Ox* vidisset 10. *P*, *R* sistit 13. *B* qui *W om.* has *H om.* sic 14. *Os* quod *R* quod sic 16. mitis et] *AS* sic 18. *E om.* istarum 21. etiam] *E* et; *AS om.* *Os* dolere 22. *Os om.* viles 24. *H* faciens 25. *B* optant 26. *AS* accepta *Ox* Auxinium 27. *M om.* ab ipso 28. *AS* Miratus est d. *Ox om.* dominus

affectu, quo erga eam ducebatur. Sed cum Christi servus longam sibi de ove sermonis parabolam retexisset, corde compunctus episcopus super viri Dei puritatem gratias egit Deo. Die vero sequenti egressus de civitate et cogitans quidnam de ove faceret, de consilio consocii et fratris sui, eam in quodam claustro famularum Christi apud Sanctum Severinum tradidit conservandam. Venerabiles quoque ancillae Christi, velut magnum munus sibi a Deo datum, gaudentes oviculam susceperunt. Quam temporibus multis sollicite custodientes, de lana ipsius tunicam texuerunt, et eam beato patri Francisco, apud ecclesiam Sanctae Mariae in Portiuncula, tempore cuiusdam capituli, transmiserunt. Quam cum magna reverentia et animi exsultatione sanctus Dei suscipiens et amplexans, deosculabatur eam, omnes invitans ad tantum gaudium circumstantes.

79. Alia vero vice cum per eamdem Marchiam transiret, eodem fratre ipsum alacriter comitante, viro cuidam obviavit, qui duos agniculos suspensos et ligatos in humero suo ad forum, [ut] vendere[t], deportabat. Cumque agnos balantes beatus Franciscus audisset, commota sunt viscera eius, et appropinquans tetigit eos, quasi mater super plorantem filium, affectum compassionis ostendens. Et ait ad virum: Quare fratres meos agnos sic ligatos et suspensos excrucias? Qui respondens ait: Eos ad forum porto, ut vendam, pretii necessitate compulsus. Et ait sanctus: Quid postea fiet de illis?

2. *E om.* sermonis 2-3. *P* recensisset 3. *M om.* Dei 3-4. *AS om.* episcopus - puritatem 4. *E* pur. considerans gr. 6. *AS om.* de *et leg.* consiliis *H, P* socii *R* consortis 8-9. quoque] *E* vero; *AS om.* 12. *L om.* patri 13. *AS* beatae Mariae de Por. *P* de 14-16. *Os om.* cum - suscipiens et 15. *R* magna exsultatione et cum reverentia 16. *AS om.* suscipiens et *M* deosculans 17. *AS om.* tantum *AS, E* circumst. eum. 18. *M* Alio vero tempore 18-19. *Ox* Alia autem vice per e. M. transiens 21. *B* forum vendere 26 *R* Cur 28. *Os om.* pretii

Ad quem ille: Emptores, inquit, eos interficient et manducabunt. Absit, respondit sanctus, non fiat istud; sed tolle pro pretio mantellum quem porto, et agnos mihi concede. Qui alacri animo agniculos tribuit et mantellum suscepit, quoniam multo maioris pretii erat mantellus, quem causa frigoris expellendi sanctus a quodam fideli viro mutuo susceperat ea die. Caeterum sanctus apud se, susceptis agniculis, quid de ipsis faceret sollicitus cogitabat, et habito consilio fratris associantis eum, eos viro illi reddidit gubernandos, praecepitque sibi ne ullo tempore venderet eos, nec malum aliquod eis inferret, sed conservaret, nutriret et regeret studiose.

De amore quem propter Creatorem in omnibus creaturis habebat, et [de] descriptione utriusque hominis sui. XXIX.

80. Longum esset nimis et impossibile omnia numerare ac recolligere, quae gloriosus pater Franciscus fecit et docuit, donec in carne vixit. Quis enim unquam posset summum eius affectum exprimere, quo in omnibus, quae Dei sunt, efferebatur? Quis enarrare sufficeret dulcedinem qua fruebatur, contemplans in creaturis sapientiam Creatoris, potentiam et bonitatem eius? Revera, miro atque ineffabili gaudio ex hac consideratione saepissime

1. *Os om.* inquit 2. *M*, *Os* fiet 3. *Os* quod 4. agniculos] *Os* agnos 5. *Os* multi 6. *Os* mantellum quod 7. *E* receperat 10. associantis eum] *H om ; AS* ass. cum eo; *Os* associati *et om.* eum 11. *H* p. ille sibi ne eos u. *M* ne illo 12. *E*, *Ox*, *P* aliquid *AS* eis quid 14. *Os* p. amorem Creatoris 15. *Os* habuit *B*, *P*, *R om.* de 16. *H om.* sui 18. *Os* enumerare 21. *AS*, *H*, *Os*, *Ox*, *P*, *R*, *W* ferebatur; *M* referebatur 22. sufficeret] *AS om.*; *E* poterit; *Os* sufficiet; *P* sufficiat *M* qua fervebat *Ox om.* Quis – fruebatur 23-24. *Os* potentiam in bonitate 24. *M* benignitatem 25. *Os* inaestimabili

replebatur, cum respiciebat solem, cum lunam cernebat, cum stellas et firmamentum intuebatur. O pietas simplex, et o simplicitas pia! Circa vermiculos etiam nimio flagrabat amore, quia legerat de Salvatore dictum: Ego sum vermis et non homo. Et idcirco eos colligebat de via, in tuto recondens loco, ne transeuntium vestigiis tererentur. Quid de aliis inferioribus creaturis dicam, cum et apibus in hieme, ne frigoris algore deficerent, mel sive optimum vinum faceret exhiberi? Quarum efficaciam operum et ingenii excellentiam ad Domini gloriam tanto praeconio extollebat, ut diem unam plerumque [in earum] caeterarumque creaturarum laudibus consummaret. Sicut enim olim tres pueri, in camino ignis ardentis positi, ad laudandum et glorificandum Creatorem universitatis, elementa omnia invitabant, sic et iste vir, spiritu Dei plenus, in omnibus elementis et creaturis Creatorem omnium ac Gubernatorem glorificare, laudare ac benedicere non cessabat.

81. Quantam putas eius menti exhilarationem florum speciositas importabat, cum eorum venustatis cerneret formam, et suavitatis olentiam praesentiret? Statim ad illius floris pulchritudinem considerationis oculum deflectebat, qui, lucidus in vernali tempore de radice Iesse progrediens, ad odorem suum suscitavit innumera millia mortuorum. Cumque florum copiam inveniret, ita praedicabat eis et ad laudem eos dominicam invitabat, ac si ratione vigerent.

1. *R* respiceret 2. *AS om.* intuebatur 6. *AS om.* eos *M* colligo recondens] *H om.*; *W* reddens 7. *AS* detererentur; *M* tenerentur 8. *M* dicamus 9. *H* deperirent 10. *L* Quorum efficientiam vel eff. 12. tanto] *W* toto 13. *B* mearum *AS om.* caeterarumque 14. *E* Sic 17–18. *AS om.* elementis et 21. *AS* O quantam *R* Quanta *L* Quantum pietas e. m. explanationem 23. *AS* persentiret 24. *R* Nam ad 25. oculum] *E* titulum *R* lucidius *FA*, *Ox* temperie 26. *M om.* suum 27. *H*, *Os* innumerabilia *H om.* millia 28. *E* invenerit; *P* invenisset *H* eos 29. *H* invitavit

Sic et segetes et vineas, lapides et sylvas, et omnia speciosa camporum, irrigua fontium, et hortorum virentia quaeque, terram et ignem, aerem et ventum sincerissima puritate ad divinum monebat amorem et libens obsequium hortabatur. Omnes denique creaturas fraterno nomine nuncupabat, et modo praecellenti atque caeteris inexperto, creaturarum occulta cordis acie decernebat, utpote qui iam evaserat in libertatem gloriae filiorum Dei. Nunc in caelis, o bone Iesu, te admirabilem laudat cum angelis, qui certe in terra positus amabilem omnibus te praedicabat creaturis.

82. Nam supra hominum intellectum afficiebatur, cum nomen tuum, sancte Domine, nominaret, et totus exsistens in iubilo, ac iucunditate castissima plenus, novus certe homo et alterius saeculi videbatur. Propterea ubicumque scriptum aliquid, sive divinum sive humanum, in via, in domo, seu in pavimento inveniebat, reverentissime colligebat illud, et in sacro vel honesto reponebat loco, ea reverentia quidem ne ibi esset nomen Domini, vel ad id pertinens scriptum. Enimvero cum a quodam fratre quadam die fuisset interrogatus, ad quid etiam paganorum [scripta] et ubi non erat nomen Domini sic studiose colligeret, respondit dicens: Fili, quia ibi litterae sunt, ex quibus componitur gloriosissimum domini Dei nomen. Bonum quoque quod ibi est non pertinet ad paganos, neque ad aliquos homines, sed ad solum Deum, cuius est omne bonum. Et quod

3. *AS* vir. terramque *E*, *Os* vir. terram quoque *Os* ventorum flatus 4. *R* movebat 6. *AS* fratres *Ox* nom. nominabat 9. *R om.* Dei 12. *H* creatis 13. *R* super *Os*, *P* efficiebatur 14. et] *E* nam 16. *AS* altius saeculo 17-18. divinum] *M* dimidium 20. *Os* ponebat 21. *Ox* n. Dei et ad id *E* vel aliquid ad id 22-23. *Os om.* quodam *et* quadam 24. *B* scriptura *W* scripturam *AS om.* non *et* nomen 25. sic] *L* ita 26. ibi] *AS om* ; *M* ubi *R om.* gloriosissimum 27. *H om.* quod 29. *AS om.* omne

non minus est admirandum, cum litteras aliquas, salutationis vel admonitionis gratia, faceret scribi, non patiebatur ex hiis deleri litteram aliquam aut sillabam, licet superflua saepe aut incompetens poneretur.

83. *Homo interior.* O quam pulcher, quam splendidus, quam gloriosus apparebat in vitae innocentia, in simplicitate verborum, in puritate cordis, in dilectione Dei, in charitate fraterna, in flagranti obedientia, in concordi obsequio, in aspectu angelico! Dulcis in moribus, natura placidus, affabilis in sermone, commodissimus in exhortatione, fidelissimus in commisso, providus in consilio, in negotio efficax, gratiosus in omnibus. Mente serenus, animo dulcis, spiritu sobrius, contemplatione suspensus, orationi assiduus et in omnibus fervens. Constans proposito, virtute stabilis, gratia perseverans, et in omnibus idem. Ad indulgendum velox, ad irascendum tardus, liber ingenio, memoria luculentus, subtilis in disserendo, circumspectus in eligendo, et in omnibus simplex. Rigidus in se, pius in aliis, discretus in omnibus. *Homo exterior.* Facundissimus homo, facie hilaris, vultu benignus, immunis ignaviae, insolentiae expers. Statura mediocris, parvitati vicinior, caput mediocre ac rotundum, facies utcumque oblonga et protensa, frons plana et parva, mediocres oculi, nigri et simplices, fusci capilli, supercilia recta, nasus aequalis, subtilis et rectus, aures erectae sed parvae, tempora plana, lingua placabilis, ignea et acuta, vox vehemens, dulcis, clara atque sonora, dentes coniuncti, aequales et albi, modica labia atque subtilia, barba-

2. *E om.* gratia 3. *AS* delere 4. saepe] *Os* quandoque 9. *R* flagrantia obedientiae 10. concordi] *R* cordis 12. *P* hortatione 13. *W* pavidus *E* negotiis 15–16. *AS om.* suspensus – virtute 18. *M*, *Ox* indulgentiam 19. *H* in desiderio 25. *AS*, *H* utrinque *M* utrumque 26. *Ox* fronte 28. *Os* rectae 29. ignea] *M* tenuis 31. *H om.* et albi

nigra, pilis non plene respersa, collum subtile, humeri recti, brevia brachia, tenues manus, digiti longi, ungues producti, crura subtilia, parvuli pedes, tenuis cutis, caro paucissima, aspera vestis, somnus brevissimus, manus largissima. Et quia erat humillimus omnem mansuetudinem ostendebat ad omnes homines, omnium moribus utiliter se conformans. Sanctior inter sanctos, inter peccatores quasi unus ex illis. Adiuva ergo peccatores, peccatorum amator, pater sanctissime, et quos cernis miserabiliter in delictorum sordibus iacere, dignare, quaesumus, misericordissime tuis gloriosissimis suffragiis relevare.

De praesepio quod fecit in die natalis Domini. XXX.

84. Summa eius intentio, praecipuum desiderium, supremumque propositum eius erat sanctum evangelium in omnibus et per omnia observare, ac perfecte omni vigilantia, omni studio, toto desiderio mentis, toto cordis fervore, domini nostri Iesu Christi doctrinam sequi et vestigia imitari. Recordabatur assidua meditatione verborum eius, et sagacissima consideratione ipsius opera recolebat. Praecipue incarnationis humilitas et charitas passionis ita eius memoriam occupabant ut vix vellet aliud cogitare. Memorandum proinde ac reverenti memoria recolendum quod tertio anno ante gloriosi obitus sui

5. *H om.* erat 6. *H om.* ostendebat 7. *Os* omnibus se moribus conformans *R om.* utiliter 8-9. *Os om.* quasi - peccatores 9. *AS, H, L, R, W* igitur 10. *Ox om.* pater 11. *M, Os om.* in delictorum *W* in peccatorum *H om.* delictorum *Os* subiacere *B, Os* quaesumus; *omn. al. codd.* quaeso; *AS om. et leg.* eos 12. *H* gloriosis suf. sublevare 14. *AS* eiusdem praecipuum] *H* pauperum; *M* pretium *R* pr. eius des. 16. *M* in omni 17. *Os om.* omni vigilantia 20. *Ox* verbum 21. consideratione] *Ox* meditatione 23. *AS* valeret *H* excogitare 25. *Ox* gloriosissimi

diem, apud castrum quod Graecium dicitur, fecit in die natalis domini nostri Iesu Christi. Erat in terra illa vir quidam nomine Ioannes, bonae famae sed melioris vitae, quem beatus Franciscus amore praecipuo diligebat, quoniam cum in terra sua nobilis et honorabilis plurimum exstitisset, carnis nobilitate calcata, nobilitatem animi est sequutus. Hunc vero beatus Franciscus, sicut saepe solebat, fere per quindecim dies ante nativitatem Domini, fecit ad se vocari et dixit ei: Si desideras ut apud Graecium praesentem festivitatem Domini celebremus, festina praecedere, et quae dico tibi praepara diligenter. Volo enim illius pueri memoriam agere, qui in Bethleem natus est, et infantilium necessitatum eius incommoda, quomodo in praesepio reclinatus et quomodo, adstante bove atque asino, supra foenum positus exstitit, utcumque corporeis oculis pervidere. Quod audiens vir bonus atque fidelis cucurrit citius, et omnia in praedicto loco, quae sanctus dixerat, praeparav[i]t.

85. Appropinquavit autem dies laetitiae, tempus exsultationis advenit. E pluribus locis vocati sunt fratres, viri et mulieres terrae illius, secundum posse suum, exsultantibus animis, cereos et faces praeparant ad illuminandam noctem, quae scintillanti sidere dies omnes illuminavit et annos. Venit denique sanctus Dei, et inveniens omnia praeparata, vidit et gavisus est. Et quidem praeparatur praesepium, apportatur foenum, bos et asinus adducuntur. Hono-

1. *Ox* Grecum 3. *P* quidam nobilis n. *AS om.* sed 5. quoniam] *E* qui sua; *Os* illa *AS om.* nobilis 6. carnis] *R* carius 7. sequutus] *R* sortitus 8. *AS, R om.* fere 9. *H om.* ante 10. *H om.* ut 11. *Os om.* Domini *H* celebrandam 12. *H* procedere 14. *P om.* natus *H* infantilis necessitatis 15. *Os* quoniam *E, H* est et 17. *M* adstitit *E, L* videre; *Os* praevidere; *P* providere 20. *B* praeparaverat 21. *P* Appropinquans 22. *Os* Et e pl. *R* et de *L* vocari fecit 24. *H om.* exsultantibus animis 27. *Ox om.* Dei *H* invenit o. p. unde et 28. *H om.* Et quidem

ratur ibi simplicitas, exaltatur paupertas, humilitas commendatur, et quasi nova Bethleem de Graecio facta est. Illuminatur nox ut dies, et hominibus atque animalibus delitiosa exsistit. Adveniunt populi, et ad novum mysterium novis gaudiis adlaetantur. Personat sylva voces, et iubilantibus rupes respondent. Cantant fratres, Domino laudes debitas persolventes, et tota nox iubilatione resultat. Stat sanctus Dei coram praesepio, suspiriis plenus, pietate contritus et mirabili gaudio superfusus. Celebrantur missarum solemnia supra praesepe, et nova fruitur consolatione sacerdos.

86. Induitur sanctus Dei leviticis ornamentis, quia levita erat, et voce sonora sanctum evangelium cantat. Et quidem vox eius, vox vehemens, vox dulcis, vox clara, voxque sonora, cunctos invitans ad praemia summa. Praedicat deinde populo circumstanti, et de nativitate pauperis regis, et de Bethleem parvula civitate melliflua eructat. Saepe quoque, quum vellet Christum Iesum nominare, amore flagrans nimio, eum puerum de Bethleem nuncupabat, et more balantis ovis Bethleem dicens, os suum voce sed magis dulci affectione totum implebat. Labia sua etiam, cum puerum de Bethleem, vel Iesum, nominaret, quasi lambiebat lingua, felici palato degustans et deglutiens dulcedinem verbi huius. Multiplicantur ibi dona Omnipotentis, et a quodam viro virtutis mirabilis visio cernitur. Videbat enim

4. *AS, E, Os, Ox, W* exstitit 5-6. *L* laetantur 6. *Ox* vocibus *H om. et leg.* et iub. ripa 7. Domino] *H* duo 8. *Os* nox in iub. 10. *AS* constrictus *AS, E* miserabili 14. quia] *Os* qui *AS om.* sanctum 15. *R om.* Et - eius · *M om.* quidem 16. voxque] *Os* atque; *W* vox et 18. *W* et nativitate p. r. et e *H, Os, Ox om.* de 19. *AS* ruptat 20. *H* Dominum nostrum Iesum Christum *M om.* Christum 21-22. *H* nuncupat 23. *AS om.* voce sed *P* affectuose *R om.* totum 24. *AS* et lab. *AS, E, L om.* etiam 25 *AS* lingebat; *E, Os, Ox* lambebat; *R* lanniebat 26. *M* verbi Dei 27. *R* Multiplicabantur dona] *Os* dicta 28. *H om.* virtutis mirabilis] *Os* venerabilis

in praesepio puerulum unum iacentem exanimem, ad quem videbat accedere sanctum Dei, et eumdem puerulum quasi a somni sopore suscitare. Nec inconveniens visio ista, quum puer Iesus in multorum cordibus oblivioni fuerit datus, in quibus, ipsius gratia faciente, per servum suum sanctum Franciscum resuscitatus est et impressus memoriae diligenti. Finiuntur denique solemnes excubiae, et unusquisque cum gaudio ad propria remeavit.

87. *Miracula.* Conservatur foenum in praesepio positum, ut per ipsum iumenta et animalia salva faciat Dominus, quemadmodum multiplicavit misericordiam suam sanctam. Et revera sic actum est, ut animalia multa, diversos morbos habentia, per circumadiacentem regionem, manducantia de hoc foeno, a suis sint aegritudinibus liberata. Immo et mulieres, partu gravi ac longo laborantes, de praedicto foeno sibi superimponentes, partu pariunt salutari, atque a diversis cladibus utriusque sexus concursus desideratam ibidem obtinent sanitatem. Consecratus est denique locus praesepii templum Domino, et in honorem beatissimi patris Francisci super praesepe altare construitur et ecclesia dedicatur, ut ubi animalia quandoque foeni pabulum comederunt, ibi de caetero ad sanitatem animae ac corporis manducent homines carnes agni immaculati et incontaminati, Iesu Christi domini nostri, qui summa et ineffabili charitate dedit seipsum nobis, cum Patre ac Spiritu

1. *H*, *Os* puerum *H om.* unum 2. sanctum] *AS* sacerdotem 3. *AS* somno *et om.* sopore *R* sapore 4. *H* est visio 6-7 *H om.* sanctum *et leg.* suscitatus 8 *B sol. hab.* denique; *omn. al. codd.* deinde 9. *Os* remeabat 10. *R* Conservabatur 11-12. *H* salvat *et om.* faciat 13. *E*, *Os* factum 14. multa] *AS om.*; *Os* muta 16 *E*, *L*, *M* sunt; *Os* fierent 18. *H* imponentes partu parturiunt 19. concursus] *P* conversus 20. *E* adepti sunt *W* obtinet 21. *H* Domini 22. *Os* patris nostri F. 23. *H* altare Domini *E* constituitur *Os* ibi 24. *Os* pabula comedant et 25. animae] *W* mentis 26. *AS om.* et incontaminati 27. *R om.* nostri *H* effabili 28. charitate] *L* pietate *M om.* cum Patre

sancto, vivens et regnans, Deus aeternaliter gloriosus per cuncta saecula saeculorum. Amen. Alleluia, Alleluia.

Explicit primum opus de vita et actibus beati Francisci.

1. *Os om.* vivens et 2. *Ox, P* Etiam. Amen. *M* saeculorum aeterna Am. 2-3. *AS, E, H, L, M, Os, W om.* Alleluia. Alleluia *Ox* All. All. All. 4-5. *AS om.* *E* Expl. liber primus *et om. caet.* *H* Expl. unum opus *et om. caet.* *M* Expl. liber primus huius operis *Ox* Explicit vita Sancti Francisci 5. *Os* sancti

Incipit secundum opusculum, et de vita duorum annorum tantum, et de felici obitu beatissimi patris nostri Francisci.

88. Superiori quidem tractatu, quem gratia Salvatoris congruo fine conclusimus, vitam et actus beatissimi patris nostri Francisci usque ad octavum decimum conversionis suae annum enarrando utcumque conscripsimus. Reliqua vero gesta ipsius a penultimo vitae suae anno, prout potuimus recte scire, huic opusculo breviter adnectemus, et ea sola, quae necessario magis occurrunt, ad praesens intendimus adnotare, ut qui plus hiis dicere cupiunt, quid addant semper valeant invenire. Anno siquidem Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, quarta decima indictione, quarto nonas Octobris, die dominico, beatissimus pater noster Franciscus, in civitate Assisii, de qua ortus est, apud Sanctam Mariam de Portiuncula, ubi ordinem fratrum Minorum ipse primo plantavit, expletis viginti annis ex quo perfectissime adhaesit Christo, Apostolorum vitam et vestigia sequens, egressus de carnis ergastulo, ad caelestium spirituum mansiones, perfecte quae coepit consummans, felicissime convolavit. Cum hymnis et laudibus, in ea civitate, sacrum et sanctum corpus ipsius collocatum est et honorifice reconditum, ubi ad gloriam Omnipotentis multis coruscat miraculis. Amen.

1-3. *AS om.*; *E* Incipit liber secundus. Quomodo de hoc saeculo transierit. 1. *Os*, *R* opus *H*, *L*, *Os*, *R*, *W om.* et 2. *Os om.* tantum obitu] *M* habitu 3. beatissimi patris nostri Francisci] *H* sanctissimi p. n. F.; *L* sancti F.; *Os* eius; *Ox* eiusdem beati F. 4. *M* tractatum 5. fine] *M* sermone *W* actum 5-6. *L*, *Ox* beati 6. *Os om.* nostri 7. *M* conversationis *AS* enarrandum 8. *W* conspeximus 9. *E* anno, usque ad felicem ipsius obitum, prout 10. breviter] *W* recte 16. *Os om.* noster 19. *H* viginti quinque; *Os* decem 24. *AS* illa *H*, *Os* sacrosanctum 25. honorifice] *Os* in honore 25-26. *Os* ubi et ad g. O. Dei 26. *H*, *L om.* Amen

89. Hic vero, cum in via Dei et ipsius cognitione, a primaevo iuventutis flore, parum vel nihil esset instructus, in naturali simplicitate ac vitiorum fervore tempore non pauco perdurans, mutatione dexterae Excelsi iustificatus a peccato, gratia et virtute Altissimi, super omnes tempore suo repertos divina sapientia est repletus. Nam cum doctrina evangelica, etsi non particulariter sed generaliter ubique multum per opera defecisset, missus est hic a Deo, ut universaliter per totum mundum, Apostolorum exemplo, perhiberet testimonium veritati. Sicque factum est ut doctrina sua omnem mundi sapientiam ostenderet evidentissime fore stultam, et brevi spatio temporis ad veram sapientiam Dei, per stultitiam praedicationis, inclinaverit, Christo duce. Quoniam in novissimo tempore novus evangelista, quasi unus ex paradisi fluminibus, in toto terrarum orbe fluenta evangelii pia irrigatione diffudit, et viam Filii Dei atque doctrinam veritatis opere praedicavit. Facta est [pro]inde [in eo] et per eum orbis terrarum insperata exsultatio et sancta novitas, antiqu[ae] religionis germen inveteratos diu et veteres multum subito innovavit. Datus est spiritus novus in cordibus electorum, et in medio eorum effusa est unctio salutaris, cum, velut unum de luminaribus caeli, Christi servus et sanctus novo ritu novisque signis desuper radiavit. Renovata sunt per eum antiqua miracula, dum in deserto mundi huius, ordine novo sed an-

1. *H om.* cum *AS om.* et *AS, E* cognitionis; *M* cogitatione 3. *AS* institutus, in natali 4. *AS* immutatione; *E* in mutatione; *Os* in mutationem 6. *E* tunc temp. repertos] *AS* repertus; *Ox* receptos; *P om.* 8. etsi] *R* et *AS* ubicumque 9. *E om.* est *AS om.* hic a Deo *R* Domino 10–11. *W* per Apostolorum exempla 13. fore] *Ox* esse 14. stultitiam] *M* stultissimam Dei 15. inclinaverit] *AS* mundum generavit in; *Ox* inclinaret 16. *Os om.* novus 18. *AS* viam in eo 20. *B* perinde *et om.* in eo *P* orbi *Os* terr. per regiones in. 21. *B* antiqui 22. *H* inveterationis *M* perveteres 24. *Os* diffusa 25. velut] *H* vero 26. *AS* et novo ritu et novis s.

tiquo more, plantata est vitis fructifera, proferens flores suavitatis in odorem virtutum sanctarum, ubique sacrae religionis palmites extendendo.

90. Nam, licet fuerit similis nobis passibilis, non fuit tamen contentus praecepta communia observare, sed ferventissima effluens charitate, totius perfectionis arripuit viam, perfectae sanctitatis apprehendit summam, et omnis consummationis vidit finem. Omnis proinde ordo, omnis sexus, omnis aetas habet in ipso doctrinae salutaris evidentia documenta, habet et sanctorum operum exempla praecipua. Si qui ad fortia proponunt mittere manus et excellentioris viae charismata meliora aemulari nituntur, respiciant in speculo vitae suae, et omnem perfectionem addiscent. Si qui vero ad humiliora et planiora se conferunt, timentes ambulare per ardua et montis ascendere verticem, in hoc gradu etiam apud eum invenient congrua monimenta. Si qui denique signa et miracula quaerunt, ipsius interrogent sanctitatem, et quod postulant consequentur. Et quidem gloriosa vita ipsius priorum sanctorum perfectionem illustrat lumine clariori; probat hoc passio Iesu Christi, et eius crux plenissime manifestat. Revera in quinque partibus corporis passionis et crucis signaculo pater venerabilis est signatus, ac si in cruce cum Dei Filio pependisset. Sacramentum hoc magnum est et praerogativae dilectionis indicat maiestatem; sed arcanum in eo latet consilium, et reverendum contegitur mysterium, quod soli

1. *P* quae prof. 3. *H* sanctae 4. similis] *H* humilis 5. *H om.* praecepta communia] *W* omnia 6. ferventissima] *P* fluentissima effluens] *AS* aestuans *R* totus 7. *H* comprehendit 9. habet] *AS* omnes 10. *R om.* salutaris *AS* habent 12. *AS*, *Os* vitae 13. *AS* speculum 14. *AS* adiiciant 15. *H* offerunt 16. *H om.* et 17. *H* et apud eum inveniunt *L*, *M*, *Os*, *Ox*, *P*, *W* congruentia 18. *P* Signa vero si qui et quaerunt] *AS* quaecumque 19-20. *Ox* assequentur 20. Et quidem] *AS* ut quod 21. illustrat] *AS* in 22. *AS om.* crux 23. *Os* demonstrat *AS* corp. et pas. 24. *Os* et cr. etiam s. 27. sed] *Os* et

Deo cognitum credimus, et per ipsum sanctum ex parte cuidam revelatum. Propterea in eius laudibus non expedit multum tentare, cuius laus ab ipso est, qui est laus omnium, fons et honor fortissimus, dans praemia lucis. Benedicentes igitur Deum sanctum, verum et gloriosum, ad historiam recurramus.

De summo desiderio beati Francisci, et qualiter in libri apertione intellexit de se Domini voluntatem. II.

91. Tempore quodam beatus et venerabilis pater Franciscus, relictis saecularibus turbis, quae ad audiendum et videndum eum quotidie devotissime concurrebant, locum quietis et secretum solitudinis petiit, cupiens ibi vacare Deo et extergere si quid pulveris sibi ex conversatione hominum adhaesisset. Mos eius erat tempus impensum sibi ad gratiam promerendam dividere, et, prout oportere videbat, aliud proximorum lucris impendere, aliud contemplationis beatis secessibus consummare. Assumpsit proinde secum socios valde paucos, quibus eius conversatio sancta magis quam caeteris nota erat, ut tuerentur eum ab incursu et conturbatione hominum, et suam quietem in omnibus diligerent ac servarent. *Sacra contemplatio.* Cumque illic aliquandiu permansisset, et oratione continua frequentique contemplatione divinam familiaritatem modo ineffabili fuisset ade-

1. *AS om.* credimus 2. cuidam] *AS* quadam; *R om.* *Os* revelatum est. *M* Praeterea 3. *H, M, Ox, P, R* multa *H* contentare 4. *AS* dans fortissimis 6. *Os om.* verum 7. *L om.* in libri 8. Domini voluntatem] *R* et Dei voluntate 10. *M* quae et ad 11. *Os om.* et – quotidie 12. *AS* petit 14. *AS* sibi inhaeserat *et om.* adhaesisset 16. et] *L* etiam 18. *W* successibus 19. *AS* conversationis; *Os* conversio 20. *AS* erant 22. diligerent ac servarent] *AS* diligenter adiuvarent; *Os, R* diligenter servarent 23. illic] *AS* cum illis 24. contemplatione] *R* oratione

ptus, quid aeterno regi de se et in se foret acceptius, aut esse posset, agnoscere cupiebat. Curiosissime exquirebat et piissime anhelabat scire, quali modo, quali via, aut quali desiderio, domino Deo valeret, iuxta consilium et beneplacitum voluntatis suae, perfectius adhaerere. Haec summa eius philosophia semper fuit, hoc summum desiderium in eo, quoad vixit, semper flagravit, ut quaereret a simplicibus, a sapientibus, a perfectis et imperfectis, qualiter posset viam apprehendere veritatis, et ad maius propositum pervenire.

92. Nam cum esset perfectissimus perfectorum, perfectum abnuens, imperfectum se penitus reputabat. Gustaverat enim et viderat quam dulcis, suavis et bonus foret Deus Israel hiis qui recto sunt corde, et in simplicitate pura et puritate vera quaerunt illum. *Contemplationis fructus.* Infusa namque dulcedo et suavitas, rarissimis raro data, quam sibi desuper senserat adspirare, cogebat eum totum a se ipso deficere, et tanta iucunditate repletus cupiebat modis omnibus illuc ex toto transire, ubi, excedendo se ipsum, iam parte praecesserat. Paratus erat homo spiritum Dei habens omnes animi pati angustias, omnesque passiones corporis tolerare, si tandem optio sibi daretur, ut voluntas Patris caelestis misericorditer compleretur in eo. Accessit proinde, die quadam, ante sacrum altare, quod in eremitorio in quo

1. *AS* acceptum 2. *B sol.* agnoscere; *omn. al. codd.* cognoscere *R* capiebat 6. *AS om.* eius 7. *L* in eo fuit q. 7-8. *M om.* hoc – flagravit 8. *H om.* semper 9. *AS* et sap. *R* ac perfect. *P* et ab imp. 10. *E* posset perfectius v. 12. *AS* esset perfectorum perfectior 12-13. *E* perfectissimus perfecte cor perfectorum abnuens 13. *Os om.* perfectum 14. *H* ac suavis *F, L.* et quam s. 14-15. *E om.* et bonus 16. *AS, Os* et in pur. *H* veritate pura vera] *E* cordis 17. *AS* namq. in se d. 18. *W* carissimis 20. deficere] *AS* diffidere 22. *E* iam ex *AS* processerat; paratusque e. 23. *R om.* omnes 24. *M* tamen *P* optatio 25. sibi] *Os* ei ut] *AS* et 26. *AS* deinde 27. ante] *H* ad *P* eremitario

ipse manebat, erat constructum, et accepto codice, in quo sacra evangelia erant scripta, reverenter altari superposuit illum. Sicque prostratus in oratione Dei, non minus corde quam corpore, humili prece poscebat ut benignus Deus, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, suam sibi dignaretur ostendere voluntatem. *Perfecta voluntas.* Et ut perfecte consummare valeret quod olim simpliciter et devote inceperat, quid sibi esset oportunius agere, in prima libri apertione, indicari [sup]pliciter precabatur. Sanctorum quippe ac perfectissimorum virorum spiritu ducebatur, qui pia devotione in desiderio sanctitatis simile aliquid fecisse leguntur.

93. Surgens quoque ab oratione, in spiritu humilitatis animoque contrito, ac signaculo sanctae crucis se muniens, de altari librum accepit, eumque cum reverentia et timore aperuit. Factum est autem, cum aperuisset librum, occurrit sibi primo passio domini nostri Iesu Christi, et id solum quod tribulationem eum passurum denuntiabat. Sed ne hoc casu evenisse possit aliquatenus suspicari, bis et ter librum aperuit, et idem vel simile scriptum invenit. Intellexit tunc vir spiritu Dei plenus quod per multas tribulationes, per multas angustias et per multas pugnas oporteret eum intrare in regnum Dei. *Fortitudo.* Sed non turbatur fortissimus miles propter ingruentia bella, nec animo decidit proeliaturus Domini

1. *Os om.* erat 2. *M* sancta *P* evangelica *AS, E, L, Os, Ox, P, R, W* conscripta 3. Dei] *AS* quotidie; *E* diu 5. *M, Os* et pater 6-7. *Ox om.* dignaretur *et leg.* ostenderet 8. consummare] *R* conservare 9. sibi] *AS* si *R* oportunum 10. *AS, B, E, H, L, Os, P* simpliciter *E* precabatur et devote 11. virorum spiritu] *AS* exemplo 14. *AS* Surgensque ab 15. *H* atque animo 17. aperuit] *R* suscepit *H om.* autem 18. *P* cucurrit 19. *AS, E om.* quod 20. *AS* demonstrabat 21. *M* evenire *et om.* aliquatenus et ter] *P* tunc 21-22. *H om.* librum 22. *H om.* vel 23. plenus] *E* doctus; *R* repletus *Os* vir Dei plenus spiritu 24. *E om.* per - angustias 25. *M* oportet eum introire Dei] *E* caelorum 26-27. *E* incongruentia 27. *R* Dei

proelia in castris saeculi huius. Non veritus est succumbere hosti qui non cedebat etiam sibi, cum diu, supra modum humanarum virium, laborasset. Revera ferventissimus erat, et si retroactis saeculis socium habuit proposito, nemo tamen eo superior inventus est desiderio. Nam et levius perfecta operari quam dicere cognoscebat, semper non verbis, quae bonum non faciunt sed ostendunt, sed sanctis operibus efficax studium et operam praebens. Manebat proinde inconcussus et laetus, et sibi et Deo in corde suo laetitiae cantica decantabat. Propterea maiori revelatione dignus habitus est, qui sic de minima exsultavit, et in modico fidelis constituitur super multa.

De visione hominis imaginem seraphim crucifixi habentis. III.

94. Faciente ipso moram in eremitorio, quod, a loco in quo positum est, Alverna nominatur, duobus annis antequam animam redderet caelo, vidit in visione Dei virum unum, quasi seraphim sex alas habentem, stantem supra se, manibus extensis ac pedibus coniunctis, cruci affixum. Duae alae supra caput elevabantur, duae ad volandum extendebantur, duae denique totum velabant corpus. Cumque ista

2. *AS, E* sibi, etiam cum *H* cum iam diu 3. *P* humanarum rerum virium 4. *Ox* fortissimus 5. *AS* in proposito *Ox om.* eo 6. *AS* in desiderio 7. *AS* non cognoscebat 10. inconcussus] *M* confusus 11. *Os* cantico; *P* canticum *M* Praeterea 12. qui sic] *L* ut qui sibi; *Ox* ut qui 12–13. *AS, Os, R, W* minimo; *Ox* minimis; *P* nimia 13. *P om.* in *Ox* constituatur 15–16. *M* seraphim habentis in similitudinem quemdam crucifixi 17. ipso] *E* beato Francisco *P* eremitario 18. *AS* Aumna; *E, Os* Averna; *L, P* Alumna nominatur] *R* dicitur 21. *H om.* stantem supra se *AS om.* se *H* m. supra ext. 22. *R* affixus 23. *Os* duae alae ad

videret beatus servus Altissimi, admiratione permaxima replebatur, sed quid sibi vellet haec visio advertere nesciebat. Gaudebat quoque plurimum et vehementius laetabatur in benigno et gratioso respectu, quo a seraphim conspici se videbat, cuius pulchritudo inaestimabilis erat nimis, sed omnino ipsum crucis affixio et passionis illius acerbitas deterrebat. Sicque surrexit, ut ita dicatur, tristis et laetus, et gaudium atque moeror suas in ipso alternabant vices. Cogitabat sollicitus quid posset haec visio designare, et ad capiendum ex ea intelligentiae sensum anxiabatur plurimum spiritus eius. *Signorum apparitio.* Cumque liquido ex ea intellectu aliquid non perciperet, et multum eius cordi visionis huius novitas insideret, coeperunt in manibus eius et pedibus apparere signa clavorum, quemadmodum paulo ante virum supra se viderat crucifixum.

95. Manus et pedes eius in ipso medio clavis confixae videbantur, clavorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus, et eorum acuminibus exsistentibus ex adverso. Erant enim signa illa rotunda interius in manibus, exterius autem oblonga, et caruncula quaedam apparebat quasi summitas clavorum retorta et repercussa, quae carnem reliquam excedebat. Sic et in pedibus impressa erant signa clavorum et a carne reliqua elevata. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum, cicatrice obducta, erat, quod saepe sanguinem emittebat, ita ut tunica eius cum femoralibus mul-

3. *AS* Gaudebatque quam pl. 4. laetabatur] *H* ducebatur 5. quo – cuius] *AS* quod seraphim videbat quia a] *E* in 7. ipsum] *Os* illum illius] *AS* ipsius; *E om.* 9-10. *H* alternabat 14. *M om.* aliquid 15. huius] *AS* eius; *P* haec 16. *L om.* et pedibus 17. *AS* virum sanctum sup. 18. *AS om.* ipso 18-19. *M om.* in ipso – capitibus 19. *AS* confixi *et om.* in 21. ex] *R* de 22. *Os om.* illa 24. *H* summitas quaedam cl. 24-26. *Os om.* quae – impressa 25. reliquam] *H* aliquam *M* extendebat 26. *H om.* signa 26-27. *AS, E* relevata 27. *AS* Dextrumque lat.

toties respergeretur sanguine sacro. Heu quam pauci, dum viveret crucifixus servus Domini crucifixi, sacrum lateris vulnus cernere meruerunt! Sed felix Helias, qui, dum viveret sanctus, utcumque illud videre meruit; sed non minus felix Rufinus, qui manibus propriis contrectavit. Enimvero cum semel dictus frater Rufinus manum suam in sinum sanctissimi viri, ut eum scalperet, immisisset, dilapsa est manus eius, ut saepe contingit, ad dextrum latus ipsius, et occurrit ei pretiosam illam tangere cicatricem. Ad cuius tactum sanctus Dei non modicum doluit, et manum a se repellens, ut ei parceret Dominus acclamavit. Studiosissime namque abscondebat haec ab extraneis, celabat cautissime a propinquis, ita ut et collaterales fratres et eius devotissimi secutores haec per multum temporis ignorarent.

96. Et licet tantis ac talibus margaritis tamquam pretiosissimis gemmis servus et amicus Altissimi se videret ornatum, atque supra omnium hominum gloriam et honorem mirifice decoratum, non evanuit tamen in corde suo, nec quaesivit inde alicui per appetitum vanae gloriae complacere; sed, et ne humanus favor datam sibi gratiam furaretur, modis omnibus quibus poterat haec abscondere satagebat. *Secretorum absconsio.* Mos etenim ipsius erat raro aut nulli praecipuum revelare secretum, timens spe[cie] praecipuae dilectionis ex eorum revelatione,

1. *L*, *M*, *P* respergerentur; *R* respargeret 4. *Os* fel. frater Helias *AS* utrumque 5. *R om.* non 6. *M* contractavit 7. *Os om.* frater Rufinus] *M* carissimus *R* sinu 7-8. *H* beatissimi 8. *P* intromisisset 9. *M*, *P* contigit 10 ipsius] *Os* eius ei] *AS*, *Os* illi *Os* pretiosissimam tangere] *AS* contingere 12. *R om.* parceret 14. *AS*, *E*, *H*, *Os*, *Ox*, *R* hoc *AS* externis *H om.* a 15. collaterales] *AS* tolerabiles 16. *H* sectatores *AS*, *E*, *H*, *Os*, *Ox*, *R* hoc 17. tamquam] *P* tantisque 19. *H*, *M*, *R* super 21. nec] *AS* non *AS*, *E om.* inde 22. vanae] *E* inanis 24. *R* hoc 24-25. abscondere satagebat] *Os* abscondebat 26. *R om.* raro praecipuum] *AS* praetiosum 27. specie] *B* spe; *M* spiritus revelatione] *AS* dilectione

sicut solent facere praedilecti, pati aliquod in data sibi gratia detrimentum. Gerebat proinde semper in corde suo, et in ore frequenter habebat propheticum illud: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Quoties vero ex saecularibus ad eum aliqui convenissent, ab eorum collocutione cupiens abstinere, fratribus et filiis, qui secum morabantur, tale dederat signum, ut cum videlicet praedictum versiculum recitaret, statim eis qui convenerant modeste licentiam exhiberent. Expertus namque fuerat magnum fore malum cuncta communicare cunctis, et spiritualem sciebat esse non posse, cuius secreta perfectiora et plura non sunt quam ea quae in facie videntur, et ex apparentia possunt in unaquaque parte ab hominibus iudicari. Invenerat enim aliquos sibi exterius concordantes et interius dissidentes, applaudentes coram, irridentes retro, qui iudicium sibi acquisierunt, et rectos ei suspectos aliquantulum reddiderunt. Saepe namque malitia denigrare nititur puritatem, et propter mendacium familiare multis, paucorum [non] creditur veritati.

De fervore beati Francisci et infirmitate oculorum eius. IV.

97. Per eiusdem igitur temporis curricula coepit corpus suum variis urgeri languoribus, et vehementioribus quam prius solitum esset. Frequentes nam-

1. *R* datam 2. *R* gratiam Gerebat proinde] *AS* Colebat *M om.* semper 5-6. *Os om.* ad eum 6. *E* a collocutione *et om.* eorum *Os* collocutionibus 8. videlicet] *M* videret 9. *R* recitasset 12. *AS*, *M om.* cunctis *AS* spirituale 14. videntur] *H* apparent 14-15. *AS* in una parte 15. *Os* omnibus *AS* indicari 19. *AS om.* namque 21. *L* a multis *E, H, M, W* multorum *B, E, Ox om.* non 22. et] *R* in 23. eius] *Os* eiusdem; *Ox* suorum 24. *AS* eius igitur] *Ox* ergo *AS* curriculum 25. *Os* urgeri laboribus, languoribus 26. *Os* erat

que patiebatur infirmitates, utpote qui perfecte castigaverat corpus suum, et illud in servitutem redegerat ex multis iam praecedentibus annis. Nam per decem et octo annorum spatium, quod tunc erat expletum, vix aut nunquam requiem habuerat caro sua, varias et longissimas circuiens regiones, ut spargeret ubique semina verbi Dei spiritus ille promptus, spiritus ille devotus, spiritus ille fervens qui eam inhabitabat. Replebat omnem terram evangelio Christi, ita ut una die quatuor aut quinque castella, vel etiam civitates, saepius circuiret, evangelizans unicuique regnum Dei, et non minus exemplo quam verbo aedificans audientes, de toto corpore fecerat linguam. *Concordia utriusque hominis.* Tanta enim in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientia, quod cum ille omnem niteretur apprehendere sanctitatem, ipsa nihilominus non solum non repugnabat, sed et praecurrere satagebat, iuxta quod scriptum est: Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Assiduitas vero subiectionis fecerat eam voluntariam, et ex quotidiana inclinatione sui situm apprehenderat tantae virtutis, quoniam consuetudo saepe vertitur in naturam.

98. Sed quoniam, secundum iura naturae humanaeque conditionis modum, necesse est quod de die in diem homo exterior corrumpatur, licet is qui intus est renovetur, illud pretiosissimum vasculum,

1. *H om.* qui perfecte] *Os* frequenter 2. *AS om.* suum 3. *AS, H om.* iam 4. *M om.* quod tunc 5. sua] *Os* eius 7. *AS* prompt. sanctus ille *E* prompt. ille dev. 8. *E, M, P* eum 9. Christi] *L* Domini 10 *Os om.* vel etiam civitates *Ox* saepe 11. *R* circuibat unicuique] *P* ubique et] *H* ut 14. *H* etenim *et om.* in eo 15. *H om.* omnem 16. niteretur] *R* videretur 17. et] *R* etiam praecurrere] *AS* procumbere; *E* succumbere 17-18. *Os om.* sed satagebat 19. tibi] *R* et 20. *Os om.* vero 20-21. ex quotidiana] *E* ex frequenti; *AS om.* 21. situm] *AS* habitum; *H* statum 22. quoniam] *AS* quia *Os* saepius 24. iura] *E* iuxta 24-25. *AS* quoniam propter naturae humanae conditionis 26. is] *L, P* hiis 27. *AS om.* est

in quo caelestis thesaurus erat absconditus, coepit undique conquassari, et virium omnium pati defectum. Verum quia cum consummatus fuerit homo tunc incipiet, et cum finierit tunc operabitur, in carne infirma spiritus promptior efficiebatur. Tantum quoque animarum diligebat salutem et proximorum sitiebat lucra, ut cum per se ambulare non posset, asello vectus circuiret terras. Frequenter eum monebant fratres, illi omni precum instantia suggerentes, ut infirmum corpus et valde debilitatum medicorum auxilio utcumque recreare deberet. Ipse autem, illo suo nobili spiritu in caelum directo, qui solvi solummodo cupiebat et cum Christo esse, hoc facere penitus recusabat. Verum quia nondum impleverat ea quae passionum Christi deerant in carne sua, licet stigmata [eius] in corpore suo portaret, infirmitatem oculorum incurrit gravissimam, quemadmodum multiplicavit in eo misericordiam suam Deus. Cumque de die in diem infirmitas illa succresceret, et ex incuria videretur quotidie augmentari, frater Helias tandem, quem loco matris elegerat sibi, et aliorum fratrum fecerat patrem, compulit eum ut medicinam non abhorreret, sed eam reciperet in nomine Filii Dei, per quem creata erat, sicut scriptum est: Altissimus de terra creavit medicinam, et vir prudens non abhorrebit eam. Sanctus pater vero tunc benigne acquievit, et humiliter obtemperavit sermonibus se monentis.

1. *M*, *Ox*, *P* absconsus 4. *R* finietur *AS*, *E om.* tunc 7. *Os om.* cum 11. utcumque] *AS* utrum Ipse] *AS* Ille 12. directo] *AS* deiecto 13-14. *AS om.* penitus 14. impleverat] *Os* suppleverat 16. *B*, *H om.* eius corpore suo] *H* carne sua 18. *AS*, *E om.* in eo Cumque] *R* Coepit 19. *R* succrescere, et ne ex 22-23. *Os* comp. illum med. non abhorrere sed eam recipere 24. per quem] *H* a quo erat] *AS* sunt cuncta 26. *Os* pater noster 26-27. *R om.* tunc benigne; *H om.* benigne

Qualiter apud Reatum civitatem receptus fuit a domino Hugone Hostiensi episcopo, et quomodo sanctus eum pronuntiabat futurum episcopum totius mundi. V.

99. Factum est autem, cum plures accederent suis eum medicaminibus adiuvare, non invento remedio, accessit ad civitatem Reatinam, in qua illius infirmitatis curandae morari vir peritissimus dicebatur. Perveniente igitur eo ibidem, benigne satis et honorifice susceptus est a tota Romana curia, quae in eadem civitate tunc temporis morabatur, praecipue tamen a domino Hugone, episcopo Hostiensi, devotissime susceptus est, qui morum honestate ac sanctitate vitae maxime praefulgebat. Hunc vero beatus Franciscus patrem et dominum elegerat super universam religionem et ordinem fratrum suorum, ex assensu et voluntate domini Honorii Papae, eo quod illi beata paupertas multum placebat, et sancta simplicitas in maxima reverentia exsistebat. *Gloriosa humilitas.* Conformabat se dominus ille moribus fratrum, et in desiderio sanctitatis cum simplicibus erat simplex, cum humilibus erat humilis, cum pauperibus erat pauper. Erat frater inter fratres, inter minores minimus, et velut unus caeterorum, in quantum licitum erat, in vita et moribus gerere se studebat. Sollicitus erat ubique sacram religionem plantare, et in remotis partibus clara

1. *L, Os, Ox* Reatinam 3. *M om.* eum *Os* pronuntiavit episcopum 5. *AS om.* autem *AS* accelerarent 8. *P* curandum *Ox* cur. causa mor. 8-9. vir perit. dicebatur] *H* ut praemisimus ducebatur 9. *AS, E om.* satis 10-12. *E om.* a tota - tamen 10-13. *H om.* a tota - susc. est 14. sanctitate] *H, Ox* sanctissimae *AS om.* maxime 16. universam] *M* omnem 18. *Ox* placeret 20. *Os* Confirmabat 22. *R om.* simplex 22, 23. *AS, E* et cum 23. *AS om.* Erat 24. *L* erat minimus *Os om.* unus 26. *H, M, R* sanctam

fama clarioris vitae ipsius ordinem plurimum ampliabat. Dedit illi Dominus linguam eruditam, in qua confundebat adversarios veritatis, in qua refellebat inimicos crucis Christi, in qua reducebat errantes ad viam, in qua discordes pacificabat, et concordes fortiori charitatis vinculo colligabat. Erat in Ecclesia Dei lucerna ardens et lucens, et sagitta electa, parata in tempore opportuno.

100. O quoties, depositis pretiosis vestibus, vilibus indutus, discalceatis pedibus, quasi unus e fratribus incedens, rogabat ea quae ad pacem sunt! Hoc inter virum et proximum suum quoties oportebat, hoc inter Deum et hominem semper sollicite faciebat. Propterea paulo post elegit eum Deus pastorem in universa Ecclesia sua sancta, et exaltavit caput eius in tribubus populorum. Quod ut inspiratum divinitus, et Christi Iesu voluntate operatum esse sciatur, longe ante beatus pater Franciscus hoc verbis praedixit, et opere praesignavit. Nam cum ordo et religio fratrum, divina gratia faciente, satis iam inciperet dilatari, et velut cedrus in paradiso Dei, in caelestibus sanctorum attolleret verticem meritorum, et tamquam vinea electa sacros produceret palmites in latitudinem orbis terrae, sanctus Franciscus accessit ad dominum Papam Honorium, qui Romanae tunc praeerat Ecclesiae, supplici prece petens ab eo ut dominum Hugonem,

1-2. *M* ampliavit 6. *AS, E* fortioris *M, Ox* colligebat 7 Dei] *AS* quasi *Os om.* electa 7-8. *R om.* parata 10. *Ox* discalceatus *H om.* unus 11. ad pacem] *H* pacis 12. *Os om.* Hoc *E, Ox om.* suum 13. Deum] *AS, M* Dominum *P* homines *L om.* semper 14. *AS, E* Praeterea Deus] *AS* Dominus 15. *AS* past. et in univ. terra et Eccl. s. s. exal. Ecclesia] *H* terra 16. *Ox om.* eius *E om.* ut 17. *H om.* Iesu 19. *AS* haec *Ox, R* verbum *Os* resignavit 21. *AS om.* iam 22. *AS, E* Dei et in caelestibus] *M*- caelorum; *Os om.* 23. verticem] *R* virtutem tamquam] *AS* tanta 25. *Os om.* dominum 26-27. *AS, E* simplici 27. *AS om.* ab eo *et* dominum

episcopum Hostiensem, sui fratrumque suorum patrem et dominum ordinaret. Annuit dominus Papa precibus sancti, et benigne obtemperans suam illi super ordinem fratrum contulit potestatem. Quam ille reverenter et devote suscipiens, tamquam fidelis servus et prudens constitutus super familiam Domini, studebat modis omnibus cibum aeternae vitae sibi commissis ministrare in tempore opportuno. Propterea sanctus pater modis omnibus se subiiciebat ei, et miro ac reverenti eum venerabatur affectu. *Prophetia.* Spiritu Dei ducebatur, quo repletus erat, et ideo longe ante intuebatur quod postmodum erat in oculis omnium sic futurum. Nam quoties, familiaris religionis urgente causa, vel potius charitate Christi qua erga ipsum flagrabat cogente, scribere vellet ei, nequaquam acquiescebat ipsum in litteris suis vocari episcopum Hostiensem, seu Velletrensem, sicut caeteri utebantur in salutationibus consuetis, sed assumpta materia sic aiebat: Reverendissimo patri, sive domino, Hugoni totius mundi episcopo. Saepe namque benedictionibus inauditis salutabat eum, et licet esset devota subiectione filius, dictante tamen spiritu, quandoque ipsum paterno consolabatur colloquio, ut confortaret super eum benedictiones patrum, donec veniret desiderium collium aeternorum.

101. Nimio quoque amore dictus dominus erga sanctum virum flagrabat, et ideo quidquid beatus

1-2. *M om.* patrem · 3. sancti] *H* suis; *M* sanctis 6. *L* constitutus est *AS, E* supra 9. *E* sese 10. *P* venerabantur 11-12. *AS om.* quo - intuebatur 12. *E om.* et ideo *et leg.* longe autem int. postmodum] *H* postea 15. ipsum] *P* eum *AS, E om.* cogente 17. *Os* seu etiam 17-18. Velletrensem] *P* Vellercensem 19. consuetis] *E* suis 19-20. *E* Reverendo *L* Patri reverendissimo domino 20. *Ox* domino sive patri sive] *E* et 21. inauditis] *P* mandatis 22. *R* salutat 22-24. *Os om.* et licet - eum 23. paterno] *AS* patrem 24-25. *Os* benedictionibus 25. desiderium collium] *M* colloquium 27. *AS* amore ducebatur dict. 28. *AS om.* flagrabat

vir loquebatur, quidquid faciebat placebat ei, et in sola visione illius saepe totus afficiebatur. Testatur ipse de eo, quod numquam in tanta esset perturbatione, seu animi motu, quod in visione ac collocutione sancti Francisci omne mentis nubilum non discederet rediretque serenum, effugaretur accidia et gaudium desuper aspiraret. Ministrabat iste beato Francisco tamquam servus domino suo, et quoties videbat eum, tamquam Christi apostolo reverentiam exhibebat, et inclinato utroque homine, saepe manus eius deosculabatur ore sacrato. Curabat sollicitus et devotus quomodo beatus pater recuperare posset oculorum pristinam sanitatem, sciens eum virum sanctum et iustum, et Ecclesiae Dei necessarium et utilem valde nimis. Compatiebatur super eum universae congregationi fratrum, et filios miserabatur in patrem. Monebat proinde sanctum patrem curam gerere sui, et infirmitatis necessaria non abiicere, ne ad peccatum aliquod potius quam ad meritum horum deputaretur incuria. Sanctus Franciscus vero quae sibi a tam reverendo domino et tam carissimo patre dicebantur humiliter observabat, cautius deinde agens et securius necessaria curae suae. Sed in tantum iam [creverat] malum, quod ad remedium qualecumque acutissima requirebat ingenia, et acerbissima [medicamina] exposcebat. Sicque factum est quod in pluribus locis decocto capite, incisis venis, superpositis emplastris et immissis collyriis, nihil proficeret, sed quasi semper deterius se haberet.

1. *R* et quidquid 2. illius] *AS*, *P* ipsius *H om.* saepe 3. *Os om.* tanta 3-4. *R* turbatione 4. *H* cordis seu animi quin in *AS om.* in 5-6. *M* disceret 7. iste] *AS* ille 10. saepe manus] *E* pedes 11. *AS om.* eius *L* osculabatur sacrato] *R* secreto 12. quomodo] *E* ut beatus pater] *H* sanctus 13. *AS om* virum 15. *AS* valde, nimis comp. 18. gerere] *Os* agere sui et] *AS* suae 20. horum] *Os* homini 23. curae] *Os* vitae 23-24. in tantum] *AS* ita; *Ox* interim 24. *B* creaverat quod] *R* ut 26. *B om.* medicamina 27. quod] *AS* ut *M* detorto

De moribus fratrum famulantium sancto Francisco, et qualiter ipse disponebat conversari. VI.

102. Haec fere per duos annos in omni patientia et humilitate sustinuit, in omnibus gratias agens Deo. Sed ut ipse liberius suam intentionem dirigere posset ad Deum, et beatarum mansionum in caelo positarum, frequenter mente excedens, circuire posset ac ingredi officinas, et in pinguedine gratiae coram placidissimo et serenissimo universorum Domino se in caelestibus praesentare, quibusdam fratribus, merito sibi valde dilectis, commiserat curam sui. Erant enim illi viri virtutum, devoti Deo, placentes sanctis, gratiosi hominibus, super quos, velut domus super columnas quatuor, beatus pater Franciscus innitebatur. Eorum namque nunc nomina supprimo, ipsorum verecundiae parcens, quae tamquam spiritualibus viris satis est eis familiaris amica. *Verecundiae bonum.* Verecundia enim omnium est ornatus aetatum, innocentiae testis, pudicitiae mentis indicium, disciplinae virga, specialis gloria conscientiae, famae custos et totius honestatis insigne. Haec virtus adornaverat istos, haec amabiles et benevolos eos reddebat hominibus, haec utique gratia omnibus erat communis, sed singulos virtus singula decorabat. Erat unus discretionis praecipuae, alter patientiae singularis, gloriosae simplicitatis alius, reliquus vero secundum corporis vires robustus et secundum animi

2. *H om.* ipse 3. Haec] *L* Sic; *Os* Hoc 4. *E om.* in omnibus 5. *R om.* ut 5-6. dirigere posset] *AS* poneret 6. mansionum] *AS* visionum 12. *P* et devoti *Os* devoti Domino, dilecti angelis, pl. 13. *AS* sancti 14. domus] *M* dominus *Os om.* domus super 15. nunc] *AS* nec; *R om.* nunc nomina] *Os* super omnia 17. *E om.* eis *Os* in eis *AS*, *Os* fam. et amica 19. *Praeter AS, B, omnes codd.* pudicae 20. specialis] *AS* spiritualis gloria] *AS*, *Ox* gratia 23. *P* itaque 24. *Ox* sed haec sing. *AS* virtutis 25. *AS om.* unus *et* alter 26. alius] *AS* alius et alius; *H* aliquis 27. *P* et secundum c.

mores placabilis. Hii vero omni vigilantia, omni studio, omni voluntate beati patris quietem animi excolebant, infirmitatem corporis procurabant, nullas declinantes angustias, nullos labores, quin totos se sancti servitio manciparent.

103. *Perfectionis fervor.* Sed licet gloriosus pater iam esset coram Deo in gratia consummatus, et operibus sanctis rutilaret inter homines mundi huius, cogitabat tamen semper perfectiora incipere, et tamquam doctissimus miles in castris Dei, provocato adversario, excitare iterum nova bella. Proponebat, Christo duce, ingentia se facturum, et fatiscentibus artubus, iam emortuo corpore, novo certamine sperat de hoste triumphum. Vera namque virtus temporis finem ignorat, cum mercedis exspectatio sit aeterna. Flagrabat proinde desiderio magno valde ad humilitatis reverti primordia, et prae amoris immensitate spe gaudens, corpus suum, licet ad tantam iam devenisset extremitatem, revocare cogitabat ad pristinam servitutem. Amputabat a se penitus omnium curarum obstacula, et cunctarum sollicitudinum strepitum plenissime compescebat, cumque infirmitatis suae occasione rigorem pristinum necessario temperaret, dicebat: Incipiamus, fratres, servire domino Deo, quia hucusque vix, vel parum in nullo profecimus. Non arbitrabatur se adhuc comprehen-

2. *Os om.* quietem *H* animo 3. *E om.* infirmitatem – procurabant 4. *Ox* dedignantes quin] *AS, H* qui *M* toto 5. sancti] *AS* Christi; *H* animi *AS* manciparant 7. *Ox om.* iam *M om.* coram Deo 8. inter homines] *H* in gratia 9. *AS om.* semper 10. *AS, P* devotissimus 11. adversario] *M* hoste 13. *L* artibus iam mortuo *AS* sperabat 14. temporis] *P* corporis 16. proinde] *E* deinde 17. prae] *AS* ad praemia *H* amore immensitatis 18. spe] *AS* semper *et leg.* cum corpus suum ad *H om.* iam 19. *Os* cupiebat 20. *Ox* sanitatem 21. curarum] *AS* creaturarum 21–22. *M* strepitus 23. *R* vigorem *AS, E om.* necessario 23–24. *E* obtemperaret 25. quia] *AS* qui vel] *M* ulli in] *P* ut 26. *AS* Nam non adhuc] *M* ab his

disse, et infatigabilis durans in sanctae novitatis proposito, semper inchoare sperabat. *Perfecta humilitas.* Volebat ad serviendum leprosis redire denuo, et haberi contemptui, sicut aliquando habebatur. Hominum conversationem fugere proponebat, et ad loca remotissima se conferre, ut sic exutus omni cura, et aliorum sollicitudine deposita, solus carnis paries inter se et Deum interim separaret.

104. Videbat enim multos ad magisterii regimina convolare, quorum temeritatem detestans, ab huiusmodi peste sui exemplo revocare studebat eos. [*Utilis*] *doctrina.* Dicebat enim bonum fore coram Deo et acceptabile curam gerere aliorum, et sollicitudinem animarum aiebat eos suscipere debere, qui dumtaxat in ea nihil de suo quaererent, sed divinam semper in omnibus attenderent voluntatem. Qui videlicet propriae saluti nihil praeponerent, et subditorum non applausus attenderent sed profectus, non coram hominibus pompam sed gloriam ante Deum; qui praelationem non affectarent sed timerent; quos habita non extolleret sed humiliaret, et ablata non deiiceret sed exaltaret. Sed praecipue in tempore hoc, in quo tantum superexcrevit malitia et superabundavit iniquitas, periculosum dicebat regere, regi vero affirmabat utilius. Dolebat quosdam prima opera reliquisse, et novis adinventionibus pristinam oblitos esse simplicitatem. Propterea lamentabatur eos qui quandoque magis superioribus toto desiderio intendebant, ad infima et vilia descendisse, et per frivola

6. *M* remotiora *et om.* omni 8. inter] *R* in *AS om.* et Deum *H* separet; *M* separabat 11. Utilis] *B* Vilis 12. *AS om.* coram 14. *Os* dicebat *E*, *H* decere; *M* docere; *P* dicere 15. in ea] *Ox* inde *Os om.* semper 19. *R* Dominum 20. *H* timerent Deum 21. *M*, *Os* extollerent sed humiliarent 22. *M*, *Os* deiicerent sed exaltarent 23. *Os* supercrevit 25. affirmabat] *L* dicebat Dolebat] *AS* Dicebat prima] *R* propria 28. magis] *H*, *P* magnis; *L* magistris; *Ox* magisteriis

et inania in campo vacuae libertatis, relictis veris gaudiis, discurrere et vagare. Orabat proinde divinam clementiam pro liberatione filiorum, et conservari eos in data gratia devotissime precabatur.

Quomodo de Senis venit Assisium, et de ecclesia Sanctae Mariae in Portiuncula, et de fratrum benedictione. VII.

105. In mense autem sexto ante obitus sui diem, cum esset apud Senas pro infirmitate oculorum curanda, coepit in toto reliquo corpore graviter infirmari, et fracto stomacho infirmitate diuturna et vitio hepatis, sanguinem multum evomuit, ita quod visus est morti appropinquare. Quo comperto, frater Helias citissime de longinquo cucurrit ad eum. In cuius adventu sanctus pater in tantum convaluit, ut, relicta terra illa, cum ipso ad Cellam de Cortona veniret. Veniente quoque ipso ibidem, et per tempus aliquod faciente moram, intumuit venter eius, turguere crura, tumueruntque pedes, et stomachi magis ac magis defectum incurrit, ut cibum aliquem recipere vix valeret. Rogavit deinde fratrem Heliam ut eum Assisium faceret deportari. Fecit bonus filius quod benignus pater voluit, et praeparatis omnibus, ipsum ad concupitum locum perduxit. Laetata est civitas in adventu beati patris, et omnium populorum ora laudabant Deum; universa namque mul-

1. *Os om.* vacuae 2. *Ox* decurrere aut vagare] *AS* vacare; *Ox* vagari 5. *P* Quom. ipse de 5-6. *Os* sanctissimae Virginis Mariae 9. *Os om.* cum esset 10. *AS om.* toto *R om.* graviter 14. *E* de longe; *AS om.* 15. *H om.* in 16. terra] *AS* villa *AS, E, H, P* Crotona; *M* Crotina 17. *AS om.* Veniente quoque *E, L, Ox om.* quoque 19. *E om.* tumueruntque pedes 21. vix] *AS, E* non *Os* Rogavitque dictum fratrem 23. benignus] *H* sanctus voluit] *AS* petiit; *H, L, Os, R* praecepit 26. *M, Os om.* Deum

titudo populi sanctum Dei sperabat in proximo moriturum, et haec erat exsultationis tantae materia. Dei quoque nutu factum est hoc, ut sancta anima carne soluta inde ad caelorum regna transiret, ubi, sibi adhuc in carne manenti, primo data est notitia supernorum et infusa unctio salutaris.

106. Nam cum in omni sede terrarum caelorum regna constituta cognosceret, et in omni loco divinam gratiam electis Dei tribui crederet, expertus erat tamen locum ecclesiae Sanctae Mariae in Portiuncula gratia uberiori repletum, et supernorum visitatione spirituum frequentatum. Aiebat proinde fratribus saepe: Videte, o filii, ne quando hunc locum relinquatis. Si ab una parte foras pelleremini, [ex] alia reintrate; nam locus iste vere sanctus est et habitatio Dei. Hic cum pauci essemus, nos augmentavit Altissimus; hic luce sapientiae suae illuminavit suorum pauperum corda; hic igne amoris sui nostras voluntates accendit; hic qui oraverit corde devoto quod petierit obtinebit, et offendens gravius punietur. Propterea, filii, omni honore dignum habete locum habitaculi Dei, et in toto corde vestro, in voce exsultationis et confessionis, ibi confitemini Deo.

107. Interea infirmitate crescente, omne robur corporis eius elanguit, et omnibus viribus destitutus nullo modo poterat se movere. Et quidem cum a quodam fratre fuisset interrogatus, quid vellet potius tolerare, hanc scilicet diuturnam et sic longam infir-

5. *Os* manente 5-6. *L* aeternorum 7. *Os om.* in 8. *P* reginam constitutam *H* instituta 10. *AS* eum locum *H*, *Os om.* ecclesiae in] *AS* de 12. *E om.* spirituum 13. *Os* filioli quando] *E* unquam 14. *H* pellemini; *Os* pellamini; *Ox* pellimini 15. ex] *B* et 16. *Os* inhabitatio 17. hic] *M* in 18. *R* paupera 20. *P* devote 21. *H om.* omni 22. *H*, *Ox* habitaculum 23. *AS*, *E om.* vestro 24. *R* Domino 25. *AS om.* Interea 26. *Os* vir. corporis dest. *P* destitutis 27. *AS* Siquidem a 28. *AS om.* potius 29. diuturnam] *M* divinam; *R* diutinam *Os om.* sic

mitatem, an a carnifice quodcumque grave martyrium sustinere, respondit: Illud mihi, fili, carius, illud dulcius, acceptiusve semper exstitit et exsistit, quod domino Deo meo magis in me et de me fieri placet, cuius utique voluntati solum semper desidero concors et obediens per omnia inveniri. Sed in cuiuslibet martyrii compensatione hanc infirmitatem pati vel per tres dies molestius mihi foret; quod non pro mercedis remuneratione loquor, sed pro sola, quam ingerit, molestia passionis. O martyr et martyr, qui ridens et gaudens libentissime tolerabat quod erat omnibus acerbissimum et gravissimum intueri! Revera nullum in eo remanserat membrum absque nimio passionis dolore, et calore naturali sensim amisso, ad extrema quotidie propinquabat. Stupebant medici, mirabantur fratres, quomodo spiritus vivere posset in carne sic mortua, cum, consumptis carnibus, sola cutis ossibus adhaereret.

108. *Benedictio fratrum.* Enim vero cum videret sibi imminere diem extremum, quod etiam per revelationem divinam duobus ante annis ei fuerat indicatum, vocatis ad se fratribus quos volebat, unicuique, sicut ei desuper dabatur, velut olim patriarcha Iacob suis filiis, benedixit, immo velut alter Moyses ascensurus in montem quem constituit ei

1. a] *H* ex *AS* quantumcumque; *E* quocumque; *Os* utcumque 2. *H, P, R om.* fili 3. *H om.* illud dulcius *et leg.* acceptius dilectiusve *Os, Ox om.* et exsistit *M* exsistat 4. *AS om.* Deo meo] *Ox, R* nostro; *H, Os om.* fieri] *R* facere 5. *H* cuiusque *et om.* utique *E om.* solum *R* desiderio 6. per omnia] *Os* semper; *Ox* in omnibus *R* inveniar 8. *H om.* vel *R om.* per 8-9. *AS* non mercedis 9. *AS om.* sed sola] *E* illa 10-11. *AS om.* et martyr 11. *R om.* et gaudens 12. omnibus] *M* omni *AS om.* et gravissimum 13. absque] *M* atque 14. *M* passione doloris *H om.* et calore *et leg.* sensu *R* sensuum 15. *Os, Ox* appropinquabat 17. *H* sic viv. pos. in car. mor. 18. *M* iam carnibus 19-20. *AS* Cum vero videret imminere 20. quod etiam] *Os* et quod 21. *AS, H om.* ante 22. *AS* vocans ad se fratres 23. *AS om.* ei *Os* etiam velut 24. velut] *R* vero 25. *H, P om.* ei

Deus, filios Israel benedictionibus ampliavit. Cumque a sinistris ipsius resideret frater Helias, circumsedentibus reliquis filiis, cancellatis manibus, dexteram posuit super caput eius, et exteriorum oculorum lumine privatus et usu: Super quem, inquit, teneo dexteram meam? Super fratrem Heliam, inquiunt. Sic et ego volo, ait. Te, inquit, fili, in omnibus et per omnia benedico, et sicut in manibus tuis fratres meos et filios augmentavit Altissimus, ita et super te et in te omnibus benedico. In caelo et in terra benedicat te rex omnium Deus. Benedico te sicut possum, et plusquam possum, et quod non possum ego possit in te qui omnia potest. Recordetur Deus operis et laboris tui, et in retributione iustorum sors tua servetur. Omnem benedictionem, quam cupis. invenias, et quod digne postulas impleatur. Valete, filii omnes, in timore Dei, et permanete in ipso semper, quoniam futura est super vos tentatio maxima, et tribulatio appropinquat. Felices qui in hiis quae coeperunt perseverabunt, a quibus nonnullos futura scandala separabunt. Ego enim ad Dominum propero, et ad Deum meum, cui devote in spiritu meo servivi, iam ire confido. Erat tunc temporis manens in palatio Assisinati episcopi, et propterea rogavit fratres, ut eum ad locum Sanctae Mariae de Portiuncula citissime transportarent. Volebat enim ibi animam reddere Deo, ubi, sicut dictum est, primo perfecte viam veritatis agnovit.

1. *M* filiis *P* benedictionis *M om.* ampliavit 5. usu] *H* visu 6. *AS om.* dexteram 7. ait] *Ox*, *P* inquit *H om.* fili 8. *Os om.* et *ante* per per] *M* super tu's] *Os* meis 9. *AS om.* ita et 10. *M*, *P* in omnibus 14. retributione] *AS* tribulatione 16. *H*, *Os* cupias 18. ipso] *R* Christo 19. tribulatio] *R* retributio 19-20. appropinquat. Felices] *AS* Appropinquent ad Deum felices 21. a quibus - separabunt *om. AS*, *E*, *L*, *Os*, *Ox* 24. *R.* Assisinatis *Os om.* episcopi 25-26. *H* ut ad locum Mariae eum de P. 26. *AS*, *R om.* citissime *AS*, *H* deportarent 28. *H om.* primo perfecte perfecte] *P* perfectione

Quid fecit et dixit quando feliciter obiit. VIII.

109. *Divina revelatio.* Conversionis suae tempus iam erat viginti annorum spatio consummatum, sicut sibi divina innotuerat voluntate. Nam cum ipse beatus pater et frater Helias, tempore quodam, apud Fulgineum morarentur, nocte quadam, cum se sopori dedissent, adstitit fratri Heliae sacerdos quidam albis indutus, grandaevae ac provectae aetatis, aspectu venerabilis, dicens: Surge, frater, et dic fratri Francisco, quoniam expleti sunt decem et octo anni ex quo mundo renuntians, Christo adhaesit, et duobus tantum annis dehinc in hac vita manens viam universae carnis, vocante ipsum ad se Domino, introibit. Sicque factum est ut sermo Domini, quem diu ante praedixerat, constituto termino compleretur. Cum igitur in loco sibi valde desiderato paucis quievisset diebus et cognosceret tempus propinquae mortis instare, vocavit ad se duos fratres et suos filios speciales, praecipiens eis de morte propinqua, immo de vita sic proxima, in exsultatione spiritus alta voce laudes Domino decantare. Ipse vero, prout potuit, in illum Davidicum psalmum erupit: Voce mea, inquit, ad Dominum clamavi, voce mea ad [Dominum] deprecatus sum. Frater autem quidam

1. *H, R* Quod fecerit et dixerit; *Ox* Quid fecerit et quid dixerit quando] *R* et quomodo Quid - obiit] *Os* De obitu et morte sanctissimi patris Francisci 3. *Os om.* spatio consummatum] *P* confirmatum 4. sibi] *Os* ibi 5. *Os, P om.* beatus Helias tempore quodam] *Os* illius tempore quondam 6. *AS* et nocte 8. provectae] *P* perfectae 9. *M* aspectus *H om.* frater 10. fratri] *M* sancto; *H om.* quoniam] *Ox* quod 12. *M om.* annis dehinc] *Ox* adhuc 13. *R* ipso *Os* ad se ipsum 14 *H, R* Dei 16. igitur] *R* ergo 17. *AS* propinquum 18. suos] *Os* duos 19. speciales] *E, Ox, P* spirituales 20. immo] *M* nimio 21. *M* iam alta 22. *M* illud *et om.* psalmum 23. mea i.] *L* magna i. *AS, E om.* inquit 24. *B, P* Deum

de assistentibus, quem sanctus satis magno diligebat amore, pro fratribus omnibus plurimum exsistens sollicitus, cum haec intueretur et sancti cognosceret exitum propinquare, dixit ad eum: Benigne pater, heu absque patre iam, remanent filii, et oculorum privantur lumine vero! Recordare igitur orphanorum quos deseris, et omnibus culpis remissis, tam praesentes quam absentes, omnes tua sancta benedictione laetifica. Ad quem sanctus: Ecce, inquit, ego vocor a Deo, fili: fratribus meis, tam absentibus quam praesentibus, offensas omnes et culpas remitto, et eos, sicut possum, absolvo; quibus tu haec denuntians, ex parte mea omnibus benedices.

110. Iussit denique codicem evangeliorum apportari, et evangelium secundum Ioannem sibi legi poposcit, ab eo loco ubi incipit: Ante sex dies paschae, sciens Iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. Hoc etiam evangelium legere proposuerat sibi minister, priusquam ei praeciperetur; hoc etiam in prima libri apertione occurrit, cum tota et plena bibliotheca esset, in qua hoc evangelium legi debebat. Iussit proinde se superponi cilicio et conspergi cinere, qui terra et cinis mox erat futurus. *Transitus.* Convenientibus itaque cunctis fratribus, quorum [ipse] pater et dux erat, reverenterque adstantibus et exspectantibus omnibus exitum beatum et consummationem felicem,

1. *AS om.* magno 2. amore] *AS* de more plurimum] *Os* multum 3. *AS, E, Ox* agnosceret 4. *Ox* appropinquare 5. *L om.* heu *AS, E, Ox om.* iam 6. *Os* iam privantur 7. *AS* dimissis 8. *R om.* omnes *Os* in tua 9. *M om.* inquit *AS om.* ego 10-11. *M om.* quam praesentibus 12. *AS om.* possum tu] *Os* ut haec] *R* hoc 14-15. *AS, Os* deportari; *H, Ox, R* portari 15. sibi] *E* sicut 17. *H* transiens 18. ex] *P* de 19. *AS* proposuit 21. *P* toto *Ox* et iam plena *M* esse 22-23. superponi cilicio] *Os* superiori cilicio indui 23. qui] *AS, P* quia 24. erat] *E* fuerat 25. cunctis] *AS, H, M, Os, Ox, P* multis *B om.* ipse pater] *Os* frater 26. *H* reverenter; *Os* reverenter quoque exspectantibus 27. beatum] *L, Ox* bonum

sanctissima illa anima carne soluta est, quae in abysso claritatis absorpta, corpus obdormivit in Domino. Unus autem ex fratribus et discipulis eius, fama non modicum celebris, cuius nomen nunc existimo reticendum, quoniam, dum vivit in carne, non vult tanto praeconio gloriari, vidit animam sanctissimi patris recto tramite in caelum conscendere super aquas multas. Erat enim quasi stella, quodammodo lunae immensitatem habens, solis vero utcumque retinens claritatem, a candida subvecta nubecula.

111. *Laus et oratio.* Libet de ipso propterea sic exclamare: O quam gloriosus est iste sanctus, cuius animam vidit discipulus in caelum ascendere; pulchra ut luna, electa ut sol, in nube candida cum ascenderet, gloriosissime rutilabat! O vere mundi lucerna, sole spendidius lucens in Christi Ecclesia, ecce iam lucis tuae radios subtraxisti, et in illa luminosa patria secedens, pro nobis miseris, Angelorum et Sanctorum frequentiam commutasti! O insignis praeconii almitas gloriosa, noli filiorum te cura exuere, licet exutus iam sis consimili carne! Nosti, revera nosti, in quanto eos discrimine positos reliquisti, quorum labores innumeros et frequentes angustias sola tua praesentia felix omni hora misericorditer relevabat. O vere misericors, pater sanctissime, qui peccantibus filiis misereri semper ac parcere benigne paratus eras! Tibi ergo benedicimus, digne pater, cui benedixit Altissimus, qui semper est Deus super omnia benedictus. Amen.

1. *A*, *M* qua; *Os* quam *et om.* in 3. *L om* fratribus et 4. *AS om.* non nunc] *AS* non 4-5. *AS*, *E*, *L*, *Ox* aestimo 5. *AS* recitandum 7. *E* ascendere 8. *R om.* quasi quodammodo] *H*, *M*, *Ox* quoquomodo 9. vero] *M* quoque; *Os om.* 10. a] *AS*, *Os* et *M* nebula 11. *P* Licet 13. *AS* animam in caelum ascendere vidit, quae pul. . 15. *R* rutilat 16. *AS*, *H*, *Os*, *R* splendidior 17. *E* radio et in illa] *P* ut luna 20. te cura] *M* tecum exutus] *R* exuta 21. *M* in quantos eos in 23. sola] *M* non solum 24. hora] *AS* honore 27. digne] *L* pie; *Os* benigne 28. *M* benedicens

Lamentum fratrum et gaudium cum eum cernerent signa ferentem crucis, et de alis Seraphim. IX.

112. Factus est propterea concursus populorum multorum laudantium Deum ac dicentium: Laudatus et benedictus, tu domine Deus noster, qui nobis indignis tam pretiosum depositum commendasti: laus et gloria sit tibi, Trinitas ineffabilis. Catervatim tota civitas Assisii ruit, et omnis accelerat regio videre magnalia Dei, quae in servo sancto suo gloriose ostenderat Dominus maiestatis. Unusquisque autem cantabat canticum laetitiae, prout cordis gaudium suggerebat, et de adimpleto desiderio benedicebant universi omnipotentiam Salvatoris. Verumtamen filii lamentabantur tanto patre orbati, et pium cordis affectum lacrimis et suspiriis ostendebant. Sed temperabat moestitiam gaudium inauditum, et miraculi novitas eorum mentes in stuporem nimium convertebat. Versus est luctus in canticum, et ploratio in iubilationem. [*Homo crucifixus*]. Nunquam enim audierant, nec legerant in scripturis quod oculis monstrabatur, quod et persuaderi vix potuisset eis, si non tam evidenti testimonio probaretur. Resultabat revera in eo forma crucis et passionis Agni immaculati, qui lavit crimina mundi, dum quasi recenter e cruce depositus videretur, manus et pedes clavis confixos habens, et dextrum latus quasi lancea vulneratum. Intuebantur namque carnem illius, quae

1. *Os om.* et gaudium 2. *Os* signum – de aliis 4. *E* praeterea 7. *H om.* depositum 9. *Os om.* tota regio] *M* religio 10. *Os om.* sancto 10-11. *E* glorioso 11. *M* Quisque 13. *R om.* et *AS* impleto 14. *R* universe *AS* Omnipotentem *et om.* Salvatoris 15. pium] *P* puri 20. *B om.* Homo crucifixus 21. nec] *AS* aut; *E, Os, Ox* vel *E* oculus 22. *P om.* et 24. *P om.* in eo forma 26. *AS* videbatur *Os om.* manus 27. *R* confixas 27-28. *AS, E* perforatum 28. *AS om.* namque

nigra fuerat prius, candore nimio renitentem, et ex sui pulchritudine beatae resurrectionis praemia pollicentem. Cernebant denique vultum eius quasi vultum angeli, quasi viveret, non sicut mortuus esset, et caetera membra eius conversa in teneritudinem et habilitatem innocentiae puerili[s].

113. Non sunt contracti nervi eius, ut mortuorum solent, non indurata cutis, non rigida effecta sunt membra, sed huc atque illuc vertentia se, veluti ponebantur. Cumque tam mira pulchritudine cunctis cernentibus resplenderet, et caro eius candidior esset effecta, cernere mirabile erat in medio manuum et pedum ipsius non clavorum quidem puncturas sed ipsos clavos ex eius carne compositos, ferri retenta nigredine, ac dextrum latus sanguine rubricatum. Non incutiebant horrorem mentibus intuentium signa martyrii, sed decorem multum conferebant et gratiam, sicut in pavimento albo nigri lapilli solent. Accurrebant fratres et filii, et collacrimantes deosculabantur manus et pedes pii patris eos derelinquentis, necnon et dextrum latus, in cuius plaga illius memoria celebris agebatur, qui ex eo loco sanguinem et aquam pariter fundens, mundum reconciliavit Patri. Maximum donum sibi exhiberi credebat quivis de populo, si admittebatur non solum ad deosculandum, sed etiam ad videndum sacra stigmata Iesu Christi, quae sanctus Franciscus portabat in corpore suo. Quis enim hoc videns fletui et non magis gaudio esset intentus, et si fleret, non

1. *AS, H* erat 2. beatae] *L, Ox* habere 3. quasi] *Os* tanquam 4. sicut] *AS, L, Os* quasi 6. *R* agilitatem *B* puerili 8. *Os* affecta 9. huc] *Os* illuc 10. *H, P, R* Cum 11. *R* responderet *AS* eius nive cand. 11-12. *E* splendidior 12. *Os* affecta 13. *H, L, Os* eius *H om.* quidem 13-14. non - sed] *R* simul 14-15. ex eius carne - retenta] *AS* in eis impositos ex ferri recenti 19. *E* capilli 25. credebat] *R* cernebat 26. *AS* osculandum et ad 27-28. *E* gerebat 28. enim hoc] *Os* eum *AS* haec 29. et si] *AS, E, L, Ox* etiam si

magis prae letitia quam prae dolore id faceret? Cuius tam ferreum pectus non moveretur ad gemitum? Cuius tam lapideum cor non scinderetur ad compunctionem, non accenderetur ad divinum amorem, non armaretur ad bonam voluntatem? Quis tam hebes, tam insensibilis, qui manifesta non cognosceret veritate sanctum istum, sicut singulari munere honoratum in terris, sic ineffabili gloria magnificatum fore in caelis?

114. [*Laus*]. O singulare donum et praerogativae dilectionis inditium, iisdem gloriae armis militem adornari quae soli regi excellentissima dignitate conveniunt! O aeterna memoria dignum miraculum, et sine omni intermissione admirabili reverentia memorabile sacramentum, quod occulta fide illud mysterium repraesentat, in quo Agni immaculati sanguis, per quinque foramina copiosissime manans, lavit crimina mundi! O sublime decus crucis vivificae mortuis vitam praestans, cuius onus tam premit suaviter et tam dulciter pungit, ut in ea mortua caro vivat, et infirmus spiritus roboretur! Hic te dilexit multum, quem sic gloriosissime decorasti! Gloria et benedictio soli sapienti Deo, qui innovat signa et mutat mirabilia, ut infirmorum mentes novis revelationibus consoletur, et ut per visibilium mirabile opus ipsorum corda in amore invisibilium rapiantur. O mira et amabilis dispositio Dei, quae, ut nulla de miraculi novitate posset oriri suspicio, primo misericorditer ostendit in eo qui de caelis erat, quod mirabiliter paulo post facturus erat in eo qui degebat in terris!

5. *R om.* non *AS* animaretur 7. sicut] *Os* sic 8. *E om.* honoratum gloria] *AS* gratia 9. *AS om.* fore 10 *B om.* Laus 12. *H* sola soli regi] *R* filio regis 15. *L*, *Os* occultata; *E*, *H*, *Ox*, *R* oculata 18. *AS* mirificae 19. cuius onus] *AS* onus quod 20. in ea] *AS* haec 21. spiritus] *E* Christus 23. soli] *Ox* sit *AS*, *R* immutat 25. *Ox* consolentur ut *AS om.* ut 26. *L* amorem 27. *AS om.* Dei *et lg.* qua 28. *R* exoriri 29. *R* ostenderat 29–30. *Os om.* quod – erat 30. facturus] *AS* futurum qui degebat] *Os* quod diligebat

Et quidem indicare voluit verus Pater misericordiarum quanto praemio dignus sit, qui eum diligere studuerit toto corde, ut in superiori scilicet ac sibi viciniori supercaelestium spirituum ordine collocetur. *Alarum expositio.* Quod utique indubitanter adipisci poterimus, si more Seraphim duas alas extenderimus supra caput, habentes videlicet, beati Francisci exemplo, in omni opere bono intentionem puram et operationem rectam, et hiis directis ad Deum, soli sibi placere in omnibus infatigabiliter studuerimus. Quae ad velandum caput necessario coniunguntur, quia rectitudinem operis absque puritate intentionis, et e converso, Pater luminum minime acceptabit, ipso dicente : Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit. Oculus namque simplex non est qui non videt quod est videndum, cognitione veritatis carens, aut quod non videndum fuerit intuetur, intentionem puram non habens. In primo non simplicem sed caecum, in secundo nequam ipsum aperta ratio iudicabit. Pennae harum alarum sunt amor Patris salvantis misericorditer, et timor Domini iudicantis terribiliter, quae animos electorum, malos reprimendo motus et castos ordinando affectus, debent suspendere a terrenis. Duabus quoque alis volandum est ad impendendam duplicem proximo charitatem, reficiendo videlicet animam verbo Dei, et corpus terreno subsidio sustentando. Quae alae

1. *Os* Etenim ind. vol. verus pastor, pater 2. *Os* studuit 3. *H om.* sibi viciniori] *AS* memori 3-4. *Os* sup. loco scil. ac sibi vicinior sup. cael. virtutum ordinem 4-5. *B* Aliarum 7. *AS, H, R* super *H om.* videlicet 9 *AS om.* et 10. *L* Quod 11. *AS, E* revelandum 13. ipso] *AS* ideo 15. *R om.* tuum *B* autem corpus tuum neq 16. *AS, E, H* corp. tuum ten namque] *AS, E* autem 17-18. *Ox* cognitionis veritate 18. aut quod] *E* quod autem *AS* fuit 21. *AS, E, Os, Ox* indicabit 22. *H om.* et *R* Dei 23. *AS, E* mirabiliter quae] *Ox* quod *AS* qui in animis 26. *Os* impendendum *et om.* duplicem

rarissime coniunguntur, quia vix utrumque valet ab aliquo adimpleri. Pennae harum diversa sunt opera, quae ad consilium et auxilium requiruntur, proximo exhibenda. Duabus denique alis tegendum est corpus nudum meritis, quod tunc ordinate impletur, cum scilicet, quoties peccato interveniente fuerit denudatum, contritionis atque confessionis innocentia revestitur. Pennae harum multimodae affectiones sunt, quae ex peccatorum exsecratione et appetitu iustitiae procreantur.

115. Haec omnia beatissimus pater Franciscus perfectissime adimplevit, qui Seraphim imaginem tenuit atque formam, et in cruce perseverans ad sublimium spirituum gradum meruit advolare. Semper enim in cruce fuit, nullum subterfugiens laborem atque dolorem, tantum ut posset in se et de se voluntatem Domini adimplere. [*Amor in Iesum*]. Norunt praeterea qui cum illo conversati sunt fratres, quam quotidiana et continua collatio de Iesu fuerit in ore ipsius, quam dulcis et suavis confabulatio, quam benigna et amore plena collocutio. Ex abundantia cordis os loquebatur, et fons illuminati amoris replens omnia viscera eius ebulliebat foras. Multa illi utique cum Iesu, Iesum in corde, Iesum in ore, Iesum in auribus, Iesum in oculis, Iesum in manibus, Iesum in reliquis membris semper portabat. O quoties cum sederet ad prandium, audiens, vel nominans, vel cogitans Iesum, corporalis escae oblitus est,

2. Pennae harum] *H* Pennarum diversa] *AS* divisa 4. denique] *AS, E, L, Ox* quoque *P* aliis *E, P, R* regendum 6. *E om.* quoties 8. *P* revertitur - multimodum *E* affectionis 10. procreantur] *H* committuntur 11. *L om.* Franciscus 12. *Os om.* perfectissime *et leg.* qui per Ser. 13. *H om.* et *AS* atque 14. *H* gaudium meruit convolare 15–16. *AS om.* atque dolorem 16. *H om.* ut 17. *R* Dei *B om.* Amor in Iesum 17–18. *R* Noverunt 18. *P* propterea 19. quam] *AS* quoniam collatio] *L* collocutio *H* super Iesu fieret 20. *Os* consolatio 22. *H, R* loquitur 24–25. *AS, E om.* Iesum in corde - auribus 28. escae] *AS* esse

et ut de sancto legitur: Videns non videbat, audiens non audiebat. Immo et multoties cum per viam iret, meditans et cantans Iesum, obliviscebatur itineris et omnia elementa invitabat ad laudem Iesu. Et quia miro amore semper in corde suo gerebat et conservabat Christum Iesum et hunc crucifixum, propterea signaculo suo gloriosissime supra caeteros est signatus, quem etiam, mente excedens, contemplabatur in gloria indicibili et incomprehensibili, sedentem ad dexteram Patris, cum quo ipse coaltissimus Altissimi Filius, in unitate Spiritus sancti, vivit et regnat, vincit et imperat, Deus aeternaliter gloriosus per omnia saecula saeculorum. Amen.

De planctu Dominarum apud Sanctum Damianum et quomodo cum laude et gloria sepultus est. X.

116. Fratres igitur et filii qui convenerant cum omni multitudine populorum, quae ex vicinis civitatibus tantis se gaudebant interesse solemniis, totam noctem illam, in qua obiit sanctus pater, divinis laudibus consummaverunt, ita ut, prae iubilationum dulcedine ac luminum claritate, fore angelorum excubiae viderentur. Mane autem facto, convenit multitudo civitatis Assisii cum universo clero, et tollentes sacrum corpus de loco in quo obierat, cum hymnis et

1. *R om.* et 3. cantans] *Os* cogitans 4. *AS om.* elementa 5. amore] *H* canore 6. *R* conservavit 7. suo] *L* crucis 8. *R* insignitus 9. *Os om.* in *et leg.* indicabili 19. *Os om.* ipse 10-11. *H* altissimus *Ox* coaltissimi *et om.* Altissimi 11. *Os* coaltissimi Fil. in veritate Sp. 14. *L om.* apud S. Damianum 15. *Os om.* cum 16. Fratres] *AS* Patres *R* ergo 17. *Os om.* quae 18. se gaudebant] *AS* adgaudebant 19. *AS om.* sanctus *P* pater sanctus Franciscus 20. *AS* consummare; *H*, *Ox*, *P* consummarunt 20-21. *H* per iub. dulcedinem *AS om.* dulcedine ac luminnm *et leg.* charitate 21. *H* claritatem 23. universo] *AS* omni

laudibus, clangentibus tubis, ipsum ad civitatem honorifice portaverunt. Acceperunt singuli ramos olivarum aliarumque arborum, sacras exsequias solemniter exsequentes, et multiplicatis luminaribus, laudum munia vocibus altisonis exsolvebant. Cumque, portantibus filiis patrem et grege sequente pastorem ad Pastorem omnium properantem, perventum esset ad locum in quo religionem et ordinem sacrarum virginum et Dominarum pauperum ipse primo plantavit, deponentibus eum in ecclesia Sancti Damiani, in qua dictae filiae suae quas Domino acquisierat morabantur, aperta est fenestra parvula per quam ancillae Christi constituto tempore communicare solent Dominici corporis sacramento. Aperta est et arca in qua supercaelestium virtutum thesaurus latebat, in qua portabatur a paucis qui multos portare solebat. Et ecce domina Clara, quae vere meritorum sanctitate clara erat, aliarum mater, primaque planta huius sancti ordinis fuit, venit cum reliquis filiabus ad videndum patrem non loquentem eis, nec reversurum ad eas, alibi properantem.

117. Et ingeminatis suspiriis, cum magno cordis gemitu et lacrimis multis respicientes eum, suppressa voce clamare coeperunt: Pater, pater, quid faciemus? Cur nos miseras deseris, aut cui sic desolatas relinquis? Cur nos quo vadis non praemisisti gaudentes, quas sic hic dimittis dolentes? Quid

1. *H* clangentes 1-2. *AS*, *E om.* honorifice 2-3. *Os* palmarum al. frondes arb. 3. exsequias] *AS* obsequias 4. exsequentes] *E* celebrantes *AS om.* laudum 5. munia] *AS* omnia; *E*, *Ox* numina; *L* munera vocibus] *H* laudibus 7. omnium] *AS*, *E* ovium 9. ipse] *Os* tempore 11. dictae] *AS* decem 14. *AS om.* et 15-16. *AS om.* in qua - latebat 16. a] *Os* in 17. *H om.* Et 17-18. *AS*, *E om.* vere - clara 18. primaque] *AS* et prima; *E* primo; *H* prima prima; *L*, *Os*, *Ox*, *P* prima quia prima 19. *AS* plantula sancti] *H*, *L om.*; *P* sacri 20. nec] *AS* non 21. alibi] *AS* sed ad Dominum 22. magno] *L om.*; *H* magnis 23-24. *AS* suprema; *H* suspensa 25. *H om.* cui sic] *AS om.*; *Os* nos

praecipis nos facturas in isto carcere sic reclusas, quas nunquam, ut soles, disponis ulterius visitare? Tecum nostra consolatio tota recedit, et simile solatium non remanet saeculo tumulatis! Quis in paupertate tanta non minus meritorum quam rerum so[lat]iabitur nobis? O pauperum pater, paupertatis amator! Quis in tentatione succurret, o innumeras tentationes expertus, tentationum examinator cautus? Quis in tribulatione consolabitur tribulatas, adiutor in tribulationibus quae invenerunt nos nimis? O amarissima separatio, o inimica absentatio! O nimis horrenda mors, quae millia filiorum et filiarum tanto pater orbata trucidas, cum irrevocabiliter elongare festines illum, per quem studia nostra, si qua sunt, maxime floruerunt! Sed virgineus pudor multo fletui imperabat, et super illum plangere nimis erat incongruum, in cuius transitu frequentia concurrit exercitus angelorum, et laetati sunt cives Sanctorum et domestici Dei. Sicque inter tristitiam et laetitiam positae deosculabantur splendidissimas manus eius, ornatas pretiosissimis gemmis ac coruscantibus margaritis, et ablato eo clausa est ianua quae minime ultra vulneri tanto patebit. O quantus luctus omnium erat in harum miseranda et pietate plena reclamatione! Quanta praecipue moerentium lamenta filiorum! Singularis eorum dolor communis omnium erat, ita quod vix quisquam posset abstinere a fletu, cum angeli pacis amare flerent.

3. *E* visitatio 4 *P* remaneat 6. *AS*, *B* sociabitur; *H* solatium ministrabit; *Os* sol. contulit pater] *H* pauper et 7. *R om.* o *B* innumeratas 8. *R* expertas tentationum] *L* tentationis *AS* incautas 12. millia] *L om.*; *E* nimis 13. *P om.* elongare 14. *E* sustines qua sunt] *H* sunt, quam 15 maxime] *AS om.*; *H* multum 16. et] *E*, *Os*, *Ox* tamen *Ox* eum nimis] *Os* non minus 17. *AS* frequens *E* occurrit 19. *AS om.* trist. et 21. *R om.* eius 22. *Praeter B omn. al. codd.* est illis ianua 23. *P* minima *AS om.* ultra *et leg.* vultui; *H* funeri; *Ox* muneri 24. *P* omnium hominum *R* moerenda 25–26. *H om.* moerent'um 26. *Os* filiarum *et* earum *R* Sed singularis 28. *Os* flebant

118. Pervenientibus denique omnibus ad civitatem, cum iucunditate magna et exsultatione in sacro loco, sed sacratiori de caetero, posuerunt sanctissimum corpus, ubi ad gloriam summi omnipotentis Dei novorum multiplicatione miraculorum mundum illuminat, sicut hactenus eum in sanctae praedicationis doctrina mirabiliter illustravit. Deo gratias. Amen. [*Pia oratio*]. Ecce, sanctissime ac benedicte pater, debitis et dignis licet insufficientibus laudibus te prosequutus sum, et tua gesta utcumque narrando conscripsi. Da propterea mihi misero ita digne in praesenti te sequi, ut misericorditer consequi merear in futuro. Recordare, o pie, pauperum filiorum, quos post te, unicum ipsorum et singulare solatium, vix aliqua consolatio manet. Nam licet tu eorum omnium potior et prima portio angelorum choris admixtus, et in throno gloriae Apostolis sis insertus, iacent ipsi nihilominus in luto faecis, obscuro inclusi carcere, sic flebiliter ad te clamantes: Repraesenta, pater, Iesu Christo, Filio summi Patris, sacra stigmata eius, et lateris, pedum, manuum, crucis signacula prode, ut dignetur ipse misericors ostendere propria vulnera Patri, qui nobis miseris revera propter hoc semper placabilis erit. Amen. Fiat. Fiat.

Explicit secundum opus.

1. *R* deinde *Os* fratribus omnibus 3. *AS* sacriori 4. *Ox*, *P om.* summi 5. *AS*, *E*, *L*, *Os*, *P*, *R* multiplicitate 6. *E om.* hactenus 7–24. *Os om.* Deo gr. – Fiat. 7–8. *H om.* Deo gr. Amen. 8. *B om.* Pia oratio *E* benedictissime 9. *H om.* pater 10. *L om.* te 11. conscripsi] *AS* perstrinxi *L*, *Ox om.* mihi in] *AS* vita 12. *AS* misericordiam 13. *AS om.* o *L*, *Ox* pie pater p. 14. post] *AS* praeter *et om.* ipsorum 15. manet] *AS* confortaret 16. *AS om.* omnium *E om.* potior *et leg.* portior et prima 17. *R* immixtus *AS om.* sis 18–19. *AS* lecto f. obscuri in carcere 19. *H om.* sic 21. *AS* ac pedum et manuum *Ox* et crucis 24. *L om.* Fiat. Fiat. 24–25. *H om.* Amen – opus. 25. *AS*, *E om.* Explicit – opus. *Os* Explicit opusculum secundum.

Incipit tertium opusculum de canonizatione beati patris nostri Francisci et de miraculis eius.

119. Gloriosissimus igitur pater Franciscus, vicesimo conversionis suae anno, feliciorem finem felici connectens principio, felicissime caelo spiritum commendavit, ubi gloria et honore coronatus, et locum sortitus in medio lapidum ignitorum, throno Divinitatis assistens, eorum quos reliquit in terris studet efficaciter negotia pertractare. Revera quid illi poterit denegari, in cuius sacrorum stigmatum pressura forma resultat illius, qui coaequalis Patri exsistens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, splendor gloriae et figura substantiae Dei, purgationem faciens peccatorum? Quid ni exaudiatur, qui configuratus morti Christi Iesu in societate passionum eius, manuum, pedum atque lateris sacra vulnera repraesentat? Laetificat certe iam mundum omnem novo gaudio sospitatum, et verae salutis offert commoda universis. Miraculorum luce clarissima mundum irradiat, et veri sideris fulgore totum illustrat orbem. Lugebat olim mundus eius se fraudatum praesentia, et quadam tenebrarum voragine ad eius occasum se viderat occupatum. Sed iam, velut in meridie, in novae lucis exortu, fulgentioribus radiis illustratus, sentit se universam caliginem amisisse. Cessavit iam, benedictus Deus, omnis quaerimonia eius, cum quotidie ubique novis exsultatio-

1-3. *E om.* Incipit - eius 1. *P om.* tertium *H* opus *R* et de 2. beati p. nostri] *Os* sancti 4. igitur] *AS om.*; *R* ergo 5. *P* conversationis 9. *L* et eorum 14. gloriae] *AS* ignis 15. *L*, *Ox* nisi 16. *Os*, *P* configuratur 17. *Os om.* sacra 19. *AS om.* omnem *et leg.* vere 19-20. *Ox* confert 25. in n.] *AS* et n. *H om.* in novae 28. ubique] *H*, *P om.*; *AS* virtutibus

nibus in sanctarum virtutum fascibus ex ipso copiosissime cumuletur. Veniunt ab oriente et occidente, veniunt a meridie et septentrione, qui eius patrocinio sublevati, haec ita fore comprobant testimonio veritatis. Ideo utique dum vixit in carne, supernorum amator praecipuus nihil in mundo proprietatis suscepit, ut universitatis bonum plenius et iucundius possideret. Factus est proinde in toto qui noluit esse in parte, et aeternitatem pro tempore commutavit. Ubique omnibus subvenit, ubique omnibus adest, et vere unitatis amator participii detrimenta non novit.

120. Vivens adhuc inter peccatores universum peragrat et praedicat orbem: regnans iam cum angelis in excelsis facilius cogitatu volat tamquam nuntius summi Regis, et populis omnibus praestat beneficia gloriosa. Tota proinde universitas populorum honorat eum, veneratur eum, glorificat et collaudat. Revera communi bono participantur omnes. Quis enumerare sufficiat quanta, quis dicere valeat qualia per eum ubique Dominus dignatur miracula operari? Quanta nempe in sola Francia Franciscus mirabilia patrat, ubi ad deosculandum et adorandum capitale, quo sanctus Franciscus in infirmitate fuerat usus, Francorum rex et regina et universi magnates accurrerunt? Ubi etiam sapientes

1. *E*, *Ox* facibus; *R* fastibus ex ipso] *E* et Christo 1-2. *H* copiose 4. *R* sunt sublevati fore] *Os* facere *AS*, *Ox*, *P*, *R* comprobent; *H* compriment 5. *H* Ideoque dum *AS* Ideoque vir in in carne] *Os* instar 7. *AS*, *E* accepit *P* bonae 8. *Os* Factum *R* quod 9. *AS* voluit 9-10. *H* computavit 10. *AS om.* Ubique - subvenit 11. *P* participi 12. *Os* habuit 15-16. *AS* ecclesiis *et om.* facilius - regis; *E om.* facilius - et 16. populis] *Os* propriis 17. gloriosa] *H* populorum; *R* generosa 18. *R om.* veneratur eum *AS*, *E om.* eum 19. *P om.* Revera *et leg.* Commune omne bonum communi] *H* omni *R* commune bonum participant 21. *H* qualia Deus per eum miracula dignatur *AS* dignatus est 22. *Os* namque 23. *L* miracula *Os* patrarat 24. *P om.* in 26. *AS*, *E*, *L*, *Os*, *R* occurrunt; *H*, *Ox*, *P* accurrunt *R* Ibi *AS om.* etiam

orbis et litteratissimi viri, quorum copiam super omnem terram Parisius maximam ex more producit, Franciscum virum idiotam et vere simplicitatis totiusque sinceritatis amicum, humiliter et devotissime venerantur, admirantur et colunt. Et vere Franciscus, qui super omnes cor francum et nobile gessit. Norunt quippe qui magnanimitatem eius experti sunt, quam liber, quam liberalis in omnibus fuit, quam securus et impavidus in omnibus exstitit, quanta virtute, quanto fervore animi cuncta saecularia conculcavit. Verum quid de aliis mundi partibus loquar, in quibus per semicinctia sua morbi discedunt, fugiunt aegritudines, et ad solam nominis eius invocationem utriusque sexus frequentia multa suis a cladibus liberatur?

121. Ad eius quoque tumbam assidue nova miracula fiunt, et multiplicatis intercessionibus eo in loco animarum et corporum gloriosa beneficia impetrantur. Caecis restituitur visus, surdis reparatur auditus, claudis redditur gressus, mutus loquitur, salit podagricus, leprosus mundatur, turgens subtiliatur, et diversa variaque infirmitatum gravamina patientes desideratam obtinent sanitatem, ut mortuum corpus viva corpora sanet, sicut vivens mortuas animas suscitabat. Audit et intelligit haec Romanus Pontifex, pontificum omnium summus, christianorum dux, dominus orbis, pastor Ecclesiae, christus Domini, vicarius Christi. Gaudet et exsultat, tripudiat et laetatur, cum temporibus suis novis mysteriis, sed an-

5. *Os, R* veneratur, admiratur et colit 6. *Os* nobiles 7. *R* Noverunt *AS om.* qui 8. *AS om.* sunt *Ox om.* quam liber in] *L* cum in omnibus] *AS om.*; *R* moribus 9. *L* fuerit 10. *Os om.* quanta virtute 12. in] *AS* et semicinctia] *H* suffragia 13. *H, Ox, P om.* et 15. *H, Ox* liberantur 16. *AS* cuius *H, Os om.* assidue 17. eo in] *P* communi 19. reparatur] *H* aperitur 22. variaque] *E* tormenta et 23. *E* des. ibidem o. 24. *R* sanat mortuas animas] *Os* mortua corpora 25. *R* hoc 26. *R* pontificatuum 27. christus] *R* Christi 28. *AS om.* tripudiat 29. sed] *AS* et

tiquis mirabilibus Ecclesiam Dei videat innovari, et hoc in filio suo, quem sacro portavit in utero, fovit in gremio, lactavit verbo et educavit cibo salutis. Audiunt et caeteri custodes Ecclesiae, pastores gregis, fidei defensores, amici sponsi, collaterales eius, mundi cardines, venerabiles Cardinales. Congratulantur Ecclesiae, congaudent Papae, glorificant Salvatorem, qui summa et ineffabili sapientia, summa et incomprehensibili gratia, summa et inaestimabili bonitate, stulta et ignobilia mundi elegit, ut sic ad se fortia trahat. Audit et applaudit totalitas orbis, et universa monarchia catholicae fidei parens superabundat gaudio, et sancta consolatione perfunditur.

122. Sed fit subita conversio rerum, et nova interim causa emergit in mundo. Turbatur protinus pacis iucundum, et exardescente invidiae face, domestico et intestino bello Ecclesia laceratur. Romani, seditiosum hominum genus et ferox, in vicinos ex more desaeviunt, et temerarii ad sancta manus extendunt. Studet egregius Papa Gregorius exortam compescere malitiam, saevitiam reprimere, impetum temperare, et velut munitissima turris Christi tuetur Ecclesiam. Multa pericula ingruunt, exitia multa crebrescunt, et adversus Deum reliquo in orbe peccatorum cervix erigitur. Quid enim? Experientissime futura dimetiens, praesentia ponderans, seditiosis reliquit Urbem, ut orbem a seditionibus liberet et defendat. Venit proinde ad civitatem Reatinam, ubi honorifice suscipitur sicut decet; inde

1. *P* viderat renovari *H* innovare 6. *AS, Os om.* cardines venerabiles 6–11. *H hic om* Congratulantur - trahat 7. Papae] *AS* provinciae 8. *Os* qui et inef. 8–9. *AS, P* sapientia et inc. 12 *H* pari 14. fit] *AS* sic; *E om.* 14–15. *AS* interitus 16. *E om.* et *AS* ardescente *E* fasce; *H* faece 20. extendunt] *AS* mittunt 22. *AS om.* Christi 25. *H* erigitur. Congratulantur *(etc. ut supra 6–11)* trahat. Audit et applaudit. Quid ei? enim] *R* est 26. dimetiens] *R* denuntians 27. seditiosis] *P* seditionis 29. *E* susceptus est *AS* debet

progrediens Spoletum ab omnibus magna cum reverentia honoratur. Ubi paucis diebus commorans, causa Ecclesiae informata, comitantibus ipsum venerabilibus Cardinalibus, ad Christi famulas, mundo mortuas et sepultas, benignus advenit. Quarum conversatio sancta, paupertas altissima et institutio gloriosa ipsum cum reliquis movet ad lacrimas, ad contemptum provocat saeculi, ad caelibem vitam accendit. O amabilis omnium gratiarum nutrix humilitas! Princeps orbis terrarum, successor principis Apostolorum visitat pauperculas mulieres, accedit [ad] abiectas et humiles carceratas, et licet digna iusto iudicio, insueta exemplo tamen haec humilitas, et multis retroactis saeculis inexperta.

123. Properat iam, properat Assisium, ubi sibi gloriosum depositum conservatur, ut in eo passio universa et tribulatio ingruens exturbetur. Ad eius ingressum tota iubilat regio, civitas exsultatione repletur, populorum turba magna gaudia celebrat, et luminosa dies novis luminaribus inclarescit. In eius occursum omnis homo procedit, et solemnes excubiae ab omnibus persolvuntur. Egreditur obviam ei pauperum fratrum pia societas, et unusquisque christ[o] Domini dulcia cantica promit. Applicat ad locum Christi vicarius, et in primo descensu sepulchrum sancti Francisci reverenter alacriter[que] salutat. Ingeminat suspiria, pectus tundit, lacrimas fundit, et uberiori devotione reverendum caput inclinat. Fit interea de sancti canonizatione solemnis

1. *Os* progreditur omnibus] *AS* hominibus 3. informata] *R* infortunia 4. *As om.* Cardinalibus 9. *AS* admirabilis 12 ad] *B* et carceratas] *L*, *P* creaturas *H* digne nam 13. *E om.* exemplo tamen] *H* tam *E om.* humilitas 17. *L* exstirpetur 19. populorum] *AS* pauperum *E* magnum gaudium 21. omnis] *H* novus 22. *AS* excoluntur; *H*, *Os*, *Ox*, *P*, *R* exsolvuntur 23. *Os om.* ei 24. christo] *B*, *P*, *Ox*, *R* Christi; *E* quoque; *AS*, *Os om.* 26. reverenter] *R* humiliter *AS om.* alacriterque *B* alacriter 28. *R om.* reverendum 29. *AS* canonis actione

tiquis mirabilibus Ecclesiam Dei videat innovari, et hoc in filio suo, quem sacro portavit in utero, fovit in gremio, lactavit verbo et educavit cibo salutis. Audiunt et caeteri custodes Ecclesiae, pastores gregis, fidei defensores, amici sponsi, collaterales eius, mundi cardines, venerabiles Cardinales. Congratulantur Ecclesiae, congaudent Papae, glorificant Salvatorem, qui summa et ineffabili sapientia, summa et incomprehensibili gratia, summa et inaestimabili bonitate, stulta et ignobilia mundi elegit, ut sic ad se fortia trahat. Audit et applaudit totalitas orbis, et universa monarchia catholicae fidei parens superabundat gaudio, et sancta consolatione perfunditur.

122. Sed fit subita conversio rerum, et nova interim causa emergit in mundo. Turbatur protinus pacis iucundum, et exardescente invidiae face, domestico et intestino bello Ecclesia laceratur. Romani, seditiosum hominum genus et ferox, in vicinos ex more desaeviunt, et temerarii ad sancta manus extendunt. Studet egregius Papa Gregorius exortam compescere malitiam, saevitiam reprimere, impetum temperare, et velut munitissima turris Christi tuetur Ecclesiam. Multa pericula ingruunt, exitia multa crebrescunt, et adversus Deum reliquo in orbe peccatorum cervix erigitur. Quid enim? Experientissime futura dimetiens, praesentia ponderans, seditiosis reliquit Urbem, ut orbem a seditionibus liberet et defendat. Venit proinde ad civitatem Reatinam, ubi honorifice suscipitur sicut decet; inde

1. *P* viderat renovari *H* innovare 6. *AS, Os om.* cardines venerabiles 6-11. *H hic om* Congratulantur - trahat 7. Papae] *AS* provinciae 8. *Os* qui et inef. 8-9. *AS, P* sapientia et inc. 12 *H* pari 14. fit] *AS* sic; *E om.* 14-15. *AS* interitus 16. *E om.* et *AS* ardescente *E* fasce; *H* faece 20. extendunt] *AS* mittunt 22. *AS om.* Christi 25. *H* erigitur. Congratulantur *(etc. ut supra 6-11)* trahat. Audit et applaudit. Quid ei? enim] *R* est 26. dimetiens] *R* denuntians 27. seditiosis] *P* seditionis 29. *E* susceptus est *AS* debet

progrediens Spoletum ab omnibus magna cum reverentia honoratur. Ubi paucis diebus commorans, causa Ecclesiae informata, comitantibus ipsum venerabilibus Cardinalibus, ad Christi famulas, mundo mortuas et sepultas, benignus advenit. Quarum conversatio sancta, paupertas altissima et institutio gloriosa ipsum cum reliquis movet ad lacrimas, ad contemptum provocat saeculi, ad caelibem vitam accendit. O amabilis omnium gratiarum nutrix humilitas! Princeps orbis terrarum, successor principis Apostolorum visitat pauperculas mulieres, accedit [ad] abiectas et humiles carceratas, et licet digna iusto iudicio, insueta exemplo tamen haec humilitas, et multis retroactis saeculis inexperta.

123. Properat iam, properat Assisium, ubi sibi gloriosum depositum conservatur, ut in eo passio universa et tribulatio ingruens exturbetur. Ad eius ingressum tota iubilat regio, civitas exsultatione repletur, populorum turba magna gaudia celebrat, et luminosa dies novis luminaribus inclarescit. In eius occursum omnis homo procedit, et solemnes excubiae ab omnibus persolvuntur. Egreditur obviam ei pauperum fratrum pia societas, et unusquisque christ[o] Domini dulcia cantica promit. Applicat ad locum Christi vicarius, et in primo descensu sepulchrum sancti Francisci reverenter alacriter[que] salutat. Ingeminat suspiria, pectus tundit, lacrimas fundit, et uberiori devotione reverendum caput inclinat. Fit interea de sancti canonizatione solemnis

1. *Os* progreditur omnibus] *AS* hominibus 3. informata] *R* infortunia 4. *As om.* Cardinalibus 9. *AS* admirabilis 12 ad] *B* et carceratas] *L*, *P* creaturas *H* digne nam 13. *E om.* exemplo tamen] *H* tam *E om.* humilitas 17. *L* exstirpetur 19. populorum] *AS* pauperum *E* magnum gaudium 21. omnis] *H* novus 22. *AS* excoluntur; *H*, *Os*, *Ox*, *P*, *R* exsolvuntur 23. *Os om.* ei 24. christo] *B*, *P*, *Ox*, *R* Christi; *E* quoque; *AS*, *Os om.* 26. reverenter] *R* humiliter *AS om.* alacriterque *B* alacriter 28. *R om.* reverendum 29. *AS* canonis actione

collatio, et super huiuscemodi negotio egregia Cardinalium concio saepius convocatur. Concurrunt undique multi, qui per sanctum Dei fuerant a suis cladibus liberati, et miraculorum maxima multitudo hinc inde coruscat. Approbantur, verificantur, audiuntur, recipiuntur. Urget interim officiosa necessitas, nova imminet causa, Perusium it Papa beatus, ut superabundanti et singulari gratia pro summo negotio iterum Assisium revertatur. Convenitur denique Perusii rursum, et super hanc causam in camera domini Papae venerabilium Cardinalium celebratur sacer conventus. Concordant pariter et dicunt idipsum omnes. Miracula legunt et plurimum venerantur, summisque praeconiis vitam beati patris et conversationem extollunt.

124. Non indiget, inquiunt, miraculorum attestatione sanctissimi vita sanctissima, quam oculis nostris vidimus, manibus contrectavimus, magistra veritate probavimus. Tripudiant universi, laetantur, lacrimantur, et quidem in lacrimis illis benedictio multa. [Iam] iamque diem constituunt benedictum, in quo totum mundum gaudio repleant salutari. Adest quoque dies solemnis, toto venerabilis aevo, non solum terras sed et caelicas offrcinas sublimiori tripudio spargens. Convocantur episcopi, abbates adveniunt, de remotissimis partibus praelati Ecclesiae adsunt; regalis se offert praesentia, comitum et procerum advenit nobilis multitudo. Comitantur denique universi dominum

3. sanctum] *P* spiritum 5. *AS* coruscant 6. *E* reperiuntur 8. *H* semper abundanti 9. *AS om.* Assisium *Os*, *P* revertitur 10. *L om.* rursum 12. idipsum] *AS*, *R* ad ipsum; *Os* ipsum 13. *E*, *H*, *L*, *Os*, *Ox*, *R* leguntur 14–15. *P* conversationum 16. *AS* Ideoque non *B* indigent 17 *Os* sanctissimi viri sanctissima vita 18. *P* attractaverimus 19. *H* comprobavimus 20. in] *Os* de Iam] *E* Ideo; *B om.* 21 *AS*, *E* namque *E om.* diem 22. Adest] *Ox* Statuitur 24. *AS om.* et *E* tripudiori 25. *P* conveniunt *AS*, *E* et de *AS*, *L* remotis 26. *R* adstant 28. *AS*, *E*, *H*, *Ox* deinde; *R* demum

omnis orbis, et cum ipso Assisii civitatem felici pompa ingrediuntur. Venitur ad locum tam solemni occursui praeparatum, et beato Papae gloriosorum Cardinalium, episcoporum et abbatum conglomeratur frequentia tota. Ibi sacerdotum et clericorum concursus eximius, ibi religiosorum fe[li]x et sacer conventus, ibi sacri velaminis verecundior habitus, ibi omnium populorum maxima turba, et utriusque sexus pene innumerabilis multitudo. Accurritur undique, ac desideratissime omnis aetas tanto se conventui repraesentat. Parvus et magnus ibi sunt, servus et liber a domino suo.

125. Adstat Pontifex summus, Christi Ecclesiae sponsus, tantorum filiorum varietate circumdatus, et corona gloriae in capite suo signo sanctitatis expressa. Adstat pontificalibus infulis decoratus, et vestibus sanctitatis indutus in ligatura auri et opere lapidarii sculptilis. Adstat christus Domini in magnificentia gloriae deauratus, et vernantibus figuratisque gemmis coopertus omnes sollicitat ad videndum. Circumdant eum Cardinales et episcopi, splendidioribus ornati monilibus et niveis fulgoribus candidati, supercaelestium pulchritudinum imaginem praeferunt, et glorificatorum gaudium repraesentant. Exspectat universus populus vocem gaudii, vocem laetitiae, vocem novam, vocem omni dulcedine plenam, vocem laudis, vocem perpetuae benedictionis. Praedicat primitus populo universo Papa Gregorius, et affectu mellifluo, voce sonora, nuntiat praeconia Dei. San-

1. omnis] *Os* universi; *H*, *R om.* ipso] *H* episcopo 2. *E* Ven. deinde ad 3. *AS* occursu Cardinalium p. 4. *R* conglomerato 5-6. *R* conventus 6. *H om.* eximius *B* fex 7-8. *Os om.* ibi omn. - sexus 9. *H om.* pene 10. *R* desiderantissime 11. *Os* et servus 12. *R om.* et 15-16. *Os om.* capite - pontificalibus 16-17. *AS om.* Adstat - sanctitatis 19. deauratus] *AS* decoratus; *H* et veritatis; *Os* deauratus et vestibus sanctitatis indutus et ligatura auri et vernantibus 21-22. *Ox* splendidis 22. *R* candidi 23. *Os* pulchritudinem 27. *E om.* vocem 28. *L om.* Gregorius

ctum quoque patrem Franciscum nobilissimo sermone collaudat, et conversationis eius recolens et annuntians puritatem, totus lacrimis madidatur. Sermo eius tale sumit exordium: Quasi stella matutina in medio nebulae, et quasi luna plena in diebus suis, et quasi sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei. Completur itaque sermo fidelis et omni acceptione dignus, et unus ex subdiaconibus domini Papae, nomine Octavianus, miracula sancti coram omnibus voce altissima legit. Dominus Raynerius, diaconus Cardinalis, perspicaci pollens ingenio, pietate ac moribus clarus, ea sacris loquelis lacrimis perfusus edisserit. Tripudiat pastor Ecclesiae, ac de intimis visceribus longa suspiria trahens et salutares singultus ingeminans lacrimarum rivulos educit. Caeteri quoque praelati Ecclesiae lacrimarum profluvia spargunt et sacri ornatus earum exuberantia irrorantur. Plorat denique populus cunctus, et desiderabili exspectatione suspensus vehementius fatigatur.

126. Clamat proinde voce altisona Papa beatus, et protensis ad caelum manibus, inquit: Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et gloriosae Virginis Mariae, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et ad honorem gloriosae Ecclesiae Romanae, beatissimum patrem Franciscum, quem Dominus glorificavit in caelis, venerantes in terris, de consilio fratrum nostrorum et aliorum praelatorum, in cathalogo sanctorum decernimus adnotandum, et festum eius die obitus sui

1. *P* nob. genere ser. 3. *P* Sermoni 4. *Ox* sumpsit 5. *Os* suis lucet 6. *AS*, *Os* refulsit 10. *Os* alta voce *AS* Ramarius; *H* Cainerius; *P* Raynarius 12. clarus] *H* sacris *et leg.* effusis 12–13. *Ox* edisserat 13. *Os* ut pastor *et om.* ac 15–16. *R om.* rivulos-lacrimarum 15. *Os* inducit 16. *AS om.* Ecclesiae *Os* proflua 16–17. *R* sparguntur 17. *R* eorum ex. irrotatur 20. *E* Cl. denique proinde v. *H* altissima 21. ad] *L* in *Os* inquit. Canonizationis exordium. Ad 23. *Os* gloriosissimae 25. gloriosae] *L* sanctae; *E*, *Ox om.* 27. *AS om.* de 28–29. *E*, *P* decrevimus 29. *L* in die

celebrari. Ad hanc quoque vocem coeperunt reverendi Cardinales cum domino Papa Te Deum laudamus alta voce cantare. Attollitur proinde clamor populorum multorum laudantium Deum, et immensas resonat terra voces, repletur iubilationibus aer, et tellus lacrimis madidatur. Cantantur cantica nova, et in melodia spiritus iubilant servi Dei. Audiuntur ibi organa melliflua, et carmina spiritualia modulatis vocibus decantantur. Ibi suavissimus odor respirat, et iucundior melodia omnium movens affectus resultat ibidem. Emicat illa dies, et splendidioribus radiis coloratur. Ibi olivarum virentes rami, et reliquarum arborum comae recentes. Ibi festivus ornatus, lucidus, incandescens cunctos exornat, et pacis benedictio convenientium laetificat mentes. Descendit denique de solio excelso felix Papa Gregorius, et per inferiores gradus ad offerenda vota et sacrificia sanctuarium intrat, tumbamque continentem sacrum et Deo dicatum corpus felicibus labiis osculatur. Offert et multiplicat preces, celebratque mysteria sacra. Stat circa illum corona fratrum laudans, adorans et benedicens omnipotentem Deum, qui fecit magna in omni terra. Amplificat universus populus laudes Dei, [et] in honore Trinitatis excelsae sancto Francisco persolvunt sacrarum munera gratiarum. Amen. Facta sunt autem haec in civitate Assisii, secundo anno Pontificatus domini Gregorii Papae Noni, decimo septimo die kalendarum mensis Augusti.

1. *Os* celebrare 1-2. *AS, E Os* venerandi 4. immensas] *AS, E* universas 6. nova] *Os* bona 11. illa dies] *AS* aula 12. virentes] *Os* recentes 13. recentes] *H* virentes 14. *H, Ox R* lucidius *H om.* et 15. *H* convenientius 16. *Os om.* felix Papa 17. *Ox* votiva sac. 20. *AS om.* sacra 21. adorans] *Os* et orans 22. *P* magnalia 23. *H* laudem 24. *B om.* et *AS, E, P* honorem excelsae] *R* excelso; *E om.* 26. *H, L om.* autem 27. *AS, H, L, Os, Ox P om.* Noni 27-28. *H om.* decimo 28. *R om.* die *et leg.* kalendas *H om.* mensis *L* kal. novembris

In Christi nomine incipiunt miracula sanctissimi Patris nostri Francisci.

127. Iesu Christi Domini nostri suppliciter gratiam invocante[s], ad excitandam praesentium amplectendam devotionem et futurorum corroborandam fidem, miracula, quae coram domino Papa Gregorio, ut dictum est, perlecta sunt et populo nuntiata, Christo duce, breviter sed veraciter conscribemus.

[*De contractis sanatis.*]

I. Eo namque die, quo sacrum et sanctum corpus beatissimi patris Francisci reconditum fuit velut pretiosissimus thesaurus, magis supercaelestibus aromatibus quam terrenis speciebus in[unc]tum, apportata est puella quaedam, iam per annum habens collum monstruose plicatum et caput humero adnexum, nec poterat nisi ex obliquo sursum respicere. Quae dum sub arca, in qua pretiosum sancti reconditum iacebat corpus, caput aliquandiu submisisset, statim meritis sanctissimi viri collum erexit, et in condecenti statu caput exstitit reparatum, ita quod puella ex subita sui mutatione obstupefacta, nimis coepit fugere ac plorare. Fovea quaedam namque apparebat in humero cui caput fuerat applicatum, propter situm quem fecerat infirmitas diuturna.

1-2. *E* Incipiunt miracula sanctissimi - Francisci] *Os* beati Francisci quae Deus per eum operatus est 3. *E om.* suppliciter 4. *B* invocantem *Os om.* praesentium 4-5. *L* et amplectendam; *Os, Ox, R* amplectendamque; *AS om.* 6. *H om.* Papa 7. ut] *P* ubi 9. De contractis sanatis] *omn. codd. om.* 13. *B* inhumatum 14. *AS, E, L, Ox* puellula 16 *AS, E* aspicere 17. *Os* cum pretiosum] *AS, E* pretiosissimi; *H om.* 18. *R* immisisset 19. sanctissimi] *E* beati 21-22. *P* flere

128. *II.* In comitatu Narniensi puer quidam erat qui tanta contractione retortam tibiam gerebat, quod nisi duorum baculorum suffragio nullo modo poterat ambulare. Erat enim mendicans, et tanta infirmitate per plures annos gravatus patrem proprium et matrem minime cognoscebat. Qui meritis beatissimi patris nostri Francisci a dicto periculo sic exstitit liberatus, ut absque baculorum sustentaculo liber incederet usquequaque, laudans et benedicens Deum et sanctum eius.

129. *III.* Nicolaus quidam de Fulgineo civis cum haberet crus sinistrum contractum, nimio dolore gravatus ad recuperandam pristinam sanitatem tanta expendit in medicis, quod ultra velle ac posse se debitis obligavit. Tandem cum eorum auxilium in nullo sibi penitus profecisset, dolore permaximo sauciatus, in tantum quod ingeminatis clamoribus vicinos de nocte non permitteret obdormire, vovens se Deo et sancto Francisco, fecit se ad eius tumulum deportari. Cumque per noctem orans coram sancti tumulo moraretur, extenso crure, magno exhilaratus gaudio, sine baculo ad propria remeavit.

130. *IV.* Puer etiam unus crus habens contractum ita quod genu pectori et calcaneum natibus adhaereret, ad sepulcrum beati Francisci accedens, patre ipsius carnem propriam cilicio macerante, ac matre pro ipso [se] graviter affligente, ita plena et subita convaluit sanitate, quod sanus et laetus, gratias agens Deo et sancto Francisco, posset discurrere per plateas.

1. *H* Carniensi; *P* Nanniensi 2. *R* contorsione *AS*, *E*, *L*, *Ox* tortam 3 *R om.* nullo modo 5. *Os* et patrem 6. *L om.* beatissimi 7. *E*, *Os om.* nostri periculo] *L* morbo 8. *L* substentatione 11. *Ox* Item de contractis. Nicolaus *H* Fulineo 11–12. cum haberet] *Os* habens 14. in] *Os* cum 15. *Ox* illorum 16. *Os om.* penitus *H* permaxime; *Os* nimio 16–17. *AS* sauciatus est 18. *AS* permittebat 18–19. *L om.* Deo et 22. *P* propriam 25. *L* sancti 26. *L* eius *Os* macerantem *AS om.* matre 27. *AS*, *B*, *E*, *Ox*, *P om.* se *H om.* graviter 28. *AS om.* agens

131. *V.* In Fanensi civitate quidam contractus erat, cuius tibiae ulceribus plenae natibus adhaerebant, quae tantum exhalabant foetorem, quod hospitalarii nullo modo eum volebant in hospitali recipere nec tenere. Qui meritis beatissimi patris Francisci, cuius misericordiam invocavit, se paulo post gavisus est liberatum.

132. *VI.* Quaedam puellula Eugubina, cum contractis manibus omnium membrorum officium per annum penitus amisisset, ad obtinendam gratiam sanitatis, nutrix eius cum imagine cerea ipsam ad beatissimi patris Francisci tumulum deportavit. Cumque ibidem per octo dierum spatium moraretur, die una ita propriis usibus restituta sunt omnia membra eius, quod ad pristina officia idonea solito haberentur.

133. *VII.* Alius quoque puer de Montenigro, ante fores ecclesiae ubi requiescit corpus sancti Francisci, per plures dies decubans, quia nec ire poterat nec sedere, a cingulo infra omnibus erat viribus et membrorum officio destitutus. Quadam vero die intrans ecclesiam, ad tactum sepulcri beatissimi patris Francisci, foras sanus et incolumis est regressus. Dicebat autem puerulus ipse, quod dum coram tumulo gloriosi sancti iaceret, astitit ei iuvenis quidam, habitu fratrum indutus, supra sepulcrum exsistens, qui pira in manibus portans vocavit eum, et praebens ei pirum unum, ut surgeret confortavit. Qui pirum de

2. *Os* tib. vel ulcer. 3-4. quod-recipere] *AS* quod eum hosp. recipere non poterant *E* hospitarii 5. *R* ac tenere; *Ox* aut retinere beatissimi] *Os* sancti 6 *AS* invocatum *Os* revocavit sed p. 8. *AS*, *E*, *Os*, *Ox*, *P*, *R* puella 11. *L* beati 14. *Ox om.* propriis *P* destituta 15. *R* solita haberet *P* haberetur 16. Alius] *AS* Collius 17. *R* requiescebat *Ox* beati 18. *P* occubans *R* quod 19. *L* singulo 19-20. *E* erat membrorum viribus destitutus 21. *P* intr. in ecclesia *Os* sepulcrum beati 22. foras] *E* omnium membrorum 22-23. *R* egressus 23. *AS* ipse puer 24. *P* adfuit 25. *H*, *R* super 26. *H* duo pira - portavit v. 27. *P* et ut *AS* confortavit eum. Quod

manibus ipsius suscipiens respondebat: Ecce contractus sum, et nullo modo surgere possum. Pirum vero exhibitum manducavit, et [ad] aliud pirum, quod ei ab eodem iuvene offerebatur, coepit extendere manum. Qui dum iterum eum ut surgeret hortaretur, infirmitate gravatum se sentiens non surgebat. Sed dum ad pirum manum extenderet, dictus iuvenis exhibito illi piro manum eius apprehendit, et foras educens eum disparuit ab oculis eius. Qui sanum et incolumem factum se videns coepit alta voce clamare, quod factum in eo fuerat omnibus manifestans.

134. *VIII.* Mulier quaedam de castro quod dicitur Cucoranum ad sepulcrum gloriosi patris in cistis delata est; in nullo enim membrorum praeterquam in sola lingua operationis cuiusquam remanserat usus. Moram igitur faciente aliquantulum ante tumbam sanctissimi viri, surrexit peroptime liberata. *IX.* Quidam alius civis Eugubinus cum filium suum in cista contractum ad sancti patris tumulum detulisset, sanum et incolumen recepit eum. Fuerat enim tanta enormitate contractus, ut tibiae natibus adhaerentes forent penitus arefactae.

135. *X.* Bartholomaeus de Narnii civitate, homo pauperrimus et egenus, cum sub umbra cuiusdam nucis quodam tempore obdormisset, evigilans ita contractum se reperit, quod nu[s]quam poterat ambulare. Crescente quoque sensim infirmitate, tibia cum pede subtilis, curva et arida facta est, incisio-

1. *Os* recipiens 3. *B om.* ad 4. ei ab eodem] *AS* a 5. *H, R om.* eum 7. *Os* manus 8. illi] *Os* illo; *Ox* ei; *P om.* *L om.* eius 8-9. *P* adducens 9. *AS om.* eius 10. *R om.* factum 11. *AS, E om.* in eo 13. *P* Cucurronum; *R* Cucuranum *AS* patris Francisci 13-14. *H* cisti 14. *E om.* enim 16. *AS* faciens 17. *AS, E* optime 20. *R om.* eum 21. ut] *AS, E* quod *R* natibus manibus 22. *R om.* arefactae 23. *L* Barth. namque de *H* Narini 24. *Os* egens 25. *H* nuci 26. *AS, B, Ox, P* nunquam *H* potuit; *Os* posset 26-27. *AS* ire 27. quoque] *AS* autem *R* sensuum 28. cum] *Os* sub *AS* subtili *Os om.* curva *L, Ox om.* est

nem ferri non sentiens, nec ignis adustionem aliquatenus pertimescens. Sed verus amator pauperum et omnium egenorum pater, Franciscus sanctissimus nocte quadam sese illi per visionem somnii manifestat, praecipiens ei ut ad balneum quoddam accedat, in quo, tantae miseriae pietate permotus, vult eum ab hac aegritudine liberare. Sed expergefactus nesciens quid faceret, episcopo civitatis narravit per ordinem visionem. Episcopus vero, adhortans ut ad imperatum balneum properaret, signavit ac benedixit eum. Coepit quoque baculo sustentatus ad locum utcumque, prout melius poterat, pertrahere semetipsum. Cumque moestus pergeret, nimio labore confectus, audivit vocem dicentem sibi: Vade cum pace Domini; ego sum ille cui te vovisti. Appropinquans deinde ad balneum, quia nox erat, erravit a via et audivit vocem iterum dicentem sibi quod non recto itinere ambularet. Quae et versus balneum eum direxit. Cumque venisset ad locum et balneum fuisset ingressus, manum unam super pedem sensit imponi sibi et aliam super tibiam, ipsam quietius extendentem. Continuo proinde liberatus de balneo exsilivit, laudans et benedicens omnipotentiam Creatoris et beatum Franciscum servum eius, qui tantam ei gratiam contulit et virtutem. Sex enim annorum spatio contractus et mendicus fuerat homo ille, ac plena aetate provectus.

1. ferri] *R* ligni *L* combustionem 1-2. *Os om.* nec - pertimescens *R om.* aliquatenus 2-3. *L om.* et omnium 4. *H, L, Ox, P, R* se *Os om.* sese illi 4-5. *E* quadam apparuit illi per visionem dicens et praecipiens ut *Os om.* somnii *et leg.* manifestavit 6. *AS om.* quo 7. aegritudine] *Os* infirmitate 8. *Os* enarravit 9. *H om.* vero *et leg.* hortans *AS, E* adhort. eum ut 10. *Ox* accederet 11. *AS* Coepitque b. 12. *Ox om.* utcumque *AS* ut melius 13. *L* n. dolore et labore 15. *AS om.* sum 17. *AS om.* iterum *R om.* non 18. et] *L* etiam *Os* adversus 20. *R om.* unam 22. de] *AS* ex 23. *AS* omnipotentem Creatorem *H, Os* Salvatoris 24. *Os om.* Franciscum 25. *P om.* enim 26. *H* fuerat et mend. fuer.

[*De caecis visum recipientibus.*]

136. *I.* Mulier quaedam, Sibilia nomine, caecitatem oculorum per plures annos perpessa, ad sepulcrum viri Dei caeca tristis adducitur. Recuperato vero pristino lumine, gaudens et exsultans domum revertitur. *II.* Caecus quidam de Spello, coram tumulo sacri corporis, visum diu perditum reinvenit. *III.* Alia vero mulier de Camerino cum esset dextri oculi lumine privata ex toto, pannum, quem beatus Franciscus tetigerat, parentes eius super perditum oculum posuerunt, et sic voto facto, de recuperato lumine domino Deo et sancto Francisco gratias persolverunt. *IV.* Simile aliquid cuidam mulieri de Eugubio accidit, quae, voto facto, lucem pristinam se rehabere laetatur. *V.* Civis quidam de Assisio per quinquennium perdito lumine oculorum, quia cum adhuc viveret beatus Franciscus familiaris fuerat ei, semper cum oraret beatum virum pristinam familiaritatem commemorans, ad tactum sepulcri eius exstitit liberatus. *VI.* Albertinus quidam de Narnio fere per annum oculorum lumen ex toto amiserat, ita quod palpebrae usque ad genas dependerent. Qui beato Francisco se vovit, et statim, lumine reparato, ad gloriosum sepulcrum eius visitandum se praeparavit et venit.

1. *B, E, H om.* De – recipientibus 2. *L* Sibilla 4. *L om.* caeca tristis *Os R*eparato 5. *Os om.* pristino 6. Caecus quidam] *AS* Claudus 8. Alia] *AS* Collia *R om.* cum esset 9. privata] *H* caecata 9-10 *Os om.* beatus Franciscus 10. perditum] *H* praedictum 11. *R om.* sic 12–13. *AS* persolvunt; *H* persolvebat 13. aliquid] *H* quiddam; *L* aliud aliquid; *Ox* aliud 14. *AS* Eugubino *H om.* voto lucem] *AS, E* sanitatem; *R om.* 15. *P* habere 17. *AS, L, P* qui 18. virum] *P* Franciscum 20. *R* exiit 22. *P* descenderent 23. *R* Quae 23–24. *L* recuperato 25. *AS* praeparans devenit *H* invenit

De daemoniacis.

137. *I.* Vir erat in civitate Fulginei, nomine Petrus, qui cum tempore quodam ad visitanda limina beati Michaelis archangeli, sive ex voto, sive ex poenitentia sibi pro peccatis iniuncta, pergeret, ad fontem quemdam applicuit. Qui cum ex lassitudine itineris sitiret, illius fontis aquam degustans, visum est sibi daemones imbibisse. Sicque per tres annos, ab ipsis obsessus, horribilia visu et dictu pessima faciebat. Veniens quoque ad tumbam sanctissimi patris, furentibus daemonibus et crudelissime discerpentibus eum, claro et manifesto miraculo ad tactum sepulcri eius mirifice liberatus est.

138. *II.* Nam et mulier quaedam, in civitate Narnii, cum furia maxima duceretur et mente perdita horribilia faceret et inconvenientia loqueretur, apparuit ei tandem beatus Franciscus in visione, dicens: Facias tibi crucem. Et respondente illa: Non possum; sanctus i[ps]e signum crucis impressit ei, et omnem effugavit ab ea insaniae passionem et daemoniacam phantasiam. Viri quoque multi et feminae, variis daemonum cruciati suppliciis et decepti praestigiis, ab ipsorum potestate sancti et gloriosi patris praeclaris meritis sunt erepti. Verum quia illud hominum genus saepe solet implicare deceptio falsitatis, de hiis nos breviter expedientes ad maxima transeamus.

3. *R om.* qui *AS* dum vice quadam 4 *R om.* archangeli 5. sibi] *H* suis *AS om.* pro peccatis 6. *AS om.* quemdam 9. *AS* visa et dicta 10. *AS* tumulum beatissimi; *Os* tumulum sancti 11. *E*, *Os* daemoniis 11–12. *E* decerpentibus 14. *AS*, *E*, *L*, *Ox om.* Nam et 17. *Os*, *Ox om.* ei 18. tibi] *Os* mihi 19. ipse] *B*, *Os* ille; *AS* illi *et om.* ei 20. *AS* fugavit ab ea insaniem passionis 21. *Os om.* phantasiam 21–22. *L* Viri quoque et fem. multae 24. *AS* expediti 26. *R* et de hiis *Os* maiora

De infirmis a morte revocatis, de turgido et hydropico, de ar[thri]tico, de paralyticis et aliis diversis infirmitatibus.

139. *I.* Puer quidam, Matthaeus nomine, de civitate Tuderti, per octo dies quasi mortuus [in lecto] iacens, ore penitus intercluso et lumine oculorum sublato, cute vultus manuumque et pedum ipsius ad modum ollae totaliter denigrata, et de salute vitae huius ab omnibus desperatus, ad votum matris suae mirabili velocitate convaluit. Emittebat enim marcidum sanguinem per os suum, per quod etiam credebatur emittere intestina. Statim vero ut mater eius sancti Francisci nomen flexis genibus suppliciter invocasset, surgente ab oratione, coepit puer oculos aperire, lumen videre ac sugere mammas, et paulo post, decidente corio nigro, caro pristina rediit et convalescentia, viresque resumpsit. Protinus namque ut convalescere coepit, interrogavit eum mater eius dicens: Quis te liberavit, fili? Et ille balbutiendo respondebat: Ciccu, Ciccu. Et iterum interrogabant: Cuius es servus? Qui et denuo respondebat: Ciccu, Ciccu. Non enim propter infantiam poterat plene loqui, et ideo nomen beati Francisci sic loquens dimidiabat.

1. et] *H, L, Os, Ox, R* de 2. *B, H* arretico; *Os, R* artetico; *L, Ox, P om.* *R* et de a. 4. *H, R* Puerulus 4-5. civitate] *P* cundati 5. *B om.* in lecto 7. *B sol.* manuumque; *al. codd.* manuum *Ox* illius 8. totaliter] *H, P* penitus *R* denigratis 9. huius] *AS* eius; *Os* ipsius 11. *Os om.* etiam 13. *E* fixis *AS, E, R om.* suppliciter 13-14. *AS, E, H, Os, Ox, P* invocavit 14. *AS* surgens; *L* surgente illa; *Os* surgente ea 15. mammas] *L* manus 17. *AS, E, L, Ox, R* convalescentiam *Os* recepit 20. respondebat] *Os* respondit; *R om.* *L* Cuca, tricuca 20-22. *AS, Os om.* Et iterum - Ciccu. 20. Et] *H* Ei 20-21. *H, P, R* interrogabatur 21. et] *H* etiam; *R om.* 21-22. *P* respondebant 22. *L* Cuca, Cuca 23. *L om.* plene *Os* et iterum interrogatus denuo respondit Ciccu, Ciccu, et ideo 24. *R om.* loquens *Ox* dimidiavit

140. *II.* Iuvenis quidam, cum in quodam loco altissimo moraretur, ex eodem loco corruens loquelam et omnia membrorum officia perdidit. Tribus quoque diebus non manducans, neque bibens, nec aliquid sentiens, mortuus credebatur. Mater vero illius nullorum medicorum requirens suffragium, a beato Francisco eius postulat sanitatem. Et sic, voto facto, vivum eum recipiens et incolumem, laudare coepit omnipotentiam Salvatoris. *III.* Alius quidam, Mancinus nomine, infirmatus ad mortem et de liberatione sua penitus ab omnibus desperatus, invocato utcumque nomine beati Francisci, subita sanitate convaluit. *IV.* Puer quidam de Aretio, Galterius nomine, continuis febribus laborans et duplici apostemate cruciatus, ab omnibus medicis desperatus, voto parentum beato Francisco exhibito, concupitae restitutus est sanitati. *V.* Alius vero morti propinquus, facta imagine cerea, priusquam perfecta esset, ab omni passione incontinenti exstitit liberatus.

141. *VI.* Mulier quaedam per plures annos in lecto infirmitatis suae decubans, nec se aliquo modo valens volvere vel movere, vovit se Deo et beato Francisco, et ab omni liberata aegritudine adimplevit necessaria officia vitae suae. *VII.* In civitate Narniensi mulier quaedam erat, quae per octo annos manum sic habuit desiccatam, quod nihil cum ea poterat operari. Tandem beatissimus pater Franciscus per visionem apparuit ei, et manum eius extendens

3 *R* omnium 5. aliquid] *AS* aliud; *E* aliud aliquid; *H* aliud quid *H* erat quasi mortuus *et om.* credebatur 6. *Os*, *Ox*, *P*, *R* ipsius *Os* requirebat 7. *L* postulavit 8. voto facto] *E* vovens *R om.* et incolumen 10. *AS* Martinus *Os om.* et 11. *R om.* ab omnibus 12. *R* sancti 14. *AS*, *E*, *Os* Galterus; *H* Glalterius 17. *Ox om.* vero 22 *Os* loco; *P* lectulo *et leg.* occubans 23. *AS om.* vel movere *E* sancto 24. *E*, *H om.* et *AS* liberata est et implevit *E* et implevit 25. *Os*, *R om.* officia 27–28. *Os* potuit 28. *AS* beatus *et om.* pater 29. per visionem] *E* in visione; *R om.*

in laboritio alteri adaequavit. *VIII.* Iuvenis quidam, in eadem civitate, per decem annos gravissima infirmitate detentus, totus erat tumidus effectus, ita quod nulla ei prodesse poterat medicina. Qui meritis beati Francisci, voto a matre sua emisso, statim recepit commodum sanitatis. *IX.* Erat in civitate Fanensi quidam hydropisis morbo detentus, cuius membra erant horribiliter tumefacta. Qui per beatum Franciscum ab eadem infirmitate plene meruit liberari. *X.* Civis quidam de Tuderto in tantum gutta art[hri]tica gravabatur quod nec sedere poterat, nec quiescere ullo modo. Tantum ei [dictae] passionis vehementia frigus praesta[ba]t continuum, quod totus ad nihilum redigi videbatur. Vocavit medicos, multiplicavit balnea, medicinas adhibuit multas, nec tamen ullo potuit horum remedio sublevari. Die vero quadam, quodam sacerdote praesente, votum emisit ut sanctus Franciscus pristinam ei redderet sanitatem. Sicque precibus ad ipsum sanctum fusis, mox se conspexit pristinae redditum sanitati.

142. *XI.* Mulier quaedam in Eugubii civitate paralytica iacens, tertio invocato nomine beati Francisci, ab infirmitate sua dimissa est et sanata. *XII.* Quidam, nomine Bontadosus, cum in manibus et pedibus sustineret gravissimam passionem, ita quod nec movere se poterat, nec ad partem aliquam declinare, cibo iam perdito atque somno, mulier quaedam die quadam venit ad eum, monens et sugge-

1. in laboritio] *AS om.; H, P* in labore; *Os* in laboribus *P* Iuveneciis 2 *AS, E* ea *Os om.* per decem 3. tumidus] *AS* immobilis; *E* immundus; *H* humidus 5. *AS, H, R om.* sua 10. *L* tanta 11. *B, Os, Ox* artetica; *E, H* aretica; *P* arctetica 12. *Os* Et tantum ei] *L om.; P* enim dictae] *B* decem; *H* denique 13. *B* praestat 16. *AS* ullo modo 20. *AS, H, R om.* sanctum 24. *Os om.* sua *E* salvata *R* sana 25. *AS* Bantadosus *H* Pondadosus 25–26. manibus et pedibus] *H, L, Os, Ox, R* pedibus et digitis; *P* pedibus et manibus et digitis

rens ut si ab hac infirmitate vellet citissime liberari, beato Francisco se devotissime devoveret. Respondebat autem vir ille, nimio dolore correptus: Non credo ipsum esse sanctum. Muliere vero pertinacius illi de voto suggerente, vir ille tandem vovit se in hunc modum. Voveo me, inquit, sancto Francisco, et ipsum credo sanctum, si me infra trium dierum terminum ab hac aegritudine liberabit. Qui meritis sancti Dei mox liberatus ambulavit, manducavit et requievit, dans gloriam omnipotenti Deo.

143. *XIII.* Vir unus cum esset in capite sagitta ferrea graviter vulneratus, et sagitta illa intrans per cassam oculi remansisset in capite, nullo poterat medicorum auxilio adiuvari. Vovit se deinde devotione supplici sancto Dei Francisco, sperans se posse ipsius suffragio liberari. Qui dum aliquantulum quiesceret et dormiret, dictum est ei a sancto Francisco in somnis, quod per posteriorem partem capitis faceret eam trahi. Sicque, prout in somnis viderat, die sequenti faciens, sine difficultate magna exstitit liberatus.

144. *XIV.* Homo quidam, in castro Spelli, nomine Imperator, per duos annos rupturam adeo graviter passus est, quod per inferiores partes intestina omnia exterius defluebant. Non enim per magnum temporis spatium ea intus reducere poterat, nec locare, ita quod eum habere unum plumatium oportebat, quo intestina interius retineret. Recurrit ad

1. *R* citius 3. *L*, *Os om.* autem 4. *AS om.* vero 5. de voto] *AS*, *E*, *Os* devote; *H* idem 8. terminum] *Os* spatium; *P om.* 10. *H* quievit 13. *L* nullo modo 14. *Os* liberari 15. *P* inde *E om.* devotione supplici *AS om.* supplici *H om.* Dei 16. *AS* illius 18. *R om.* per 20. faciens] *P* facerat 21. *P om.* magna exstitit] *Os* fuit 22 *Os* exstitit in 23. *P* ruptellam 24. *E* interiores partes] *AS* exitus 25. exterius] *AS*, *E om.*; *H* inferius 25-26. *Os om.* exterius – intus 25. Non enim] *AS* Neque poterat 26. *Os* recludere poterat] *AS* et 27. *AS* plumatum; *E* plumarium; *H* plumaticum 28. *R* intestina omnia int.

medicos, ipsorum solatium petens, qui dum ab eo pretium insufficiens postularent, cum unius diei careret expensis et victu, de illorum auxilio penitus desperavit. Convertit se tandem ad divinum auxilium, et merita beati Francisci coepit in via, in domo et ubicumque foret, suppliciter invocare. Sicque factum est ut in brevi temporis spatio, per Dei gratiam et beati Francisci merita, sanitati sit integre restitutus.

145. *XV.* Frater quidam in Marchia de Ancona sub obedientia nostrae religionis militans, in iliis, vel in costis, gravissimum morbum fistulae tolerabat, ita quod ab omni curatione medicorum, ob immensitatem morbi, iam fuerat desperatus. Petiit deinde a ministro suo, sub cuius obedientia morabatur, licentiam veniendi ad visitandum locum in quo corpus Patris beatissimi quiescebat, gerens fidem per ipsius sancti merita curationis suae se gratiam adepturum. Minister vero ipsius eum venire prohibuit, dubitans propter nives et pluvias quae tunc temporis erant, ne maius ex itineris fatigatione incurreret detrimentum. Cumque de non habita licentia frater ille aliquantulum turbaretur, nocte quadam sanctus pater Franciscus adstitit ei, dicens: Fili, noli de huiusmodi de caetero anxiari, sed exue te pelliceo quo indueris, et emplastrum proiice cum superposita ligatura, observaque regulam tuam, et liberaberis. Qui mane surgens iuxta praeceptum eius omnia fecit, et de subita liberatione gratias egit Deo.

1. solatium] *H* auxilium *H*, *R* cum 2. *H* peterent 5. *Os* sancti 6. *Os* ubique *et om.* foret *R* et suppliciter 7. *AS om.* ut *R om.* in *Os*, *P om.* temporis 8. *L* sancti 8-9. *AS* ut integrae foret restitutus sanitati 10. in] *Os* de 12. *H* hiliis *AS om.* in 14. *H* ab immensitate 15. *E* deinde hic a ministro sub 17. *Os* beati Francisci *H* iacebat fidem] *Os* semper 18. *R om.* sancti 19. *R* accepturum *AS om* venire 21 *AS*, *Os* magis 25. *AS* exuere pel. 26-27. *AS om.* cum - ligatura

De leprosis mundatis.

146. *I.* Apud Sanctum Severinum, in Marchia de Ancona, iuvenis quidam erat, nomine Acto, qui totus lepra infectus exsistens, medicorum iudicio leprosus ab omnibus habebatur. Omnia enim membra eius tumefacta et ingrossata erant, et extensione ac inflatione venarum inconvenienti aspectu cuncta cernebat. Non poterat ambulare, sed in lecto aegritudinis miser assidue iacens, parentibus suis dolorem atque tristitiam ingerebat. Pater vero ipsius dolore nimio quotidie sauciatus quid de ipso ageret nesciebat. Tandem venit in cor suum, ut beato Francisco ipsum modis omnibus devoveret, et ait ad filium suum: Vis te, fili, vovere sancto Francisco, qui multis ubique coruscat miraculis, ut ei placeat te ab hac aegritudine liberare? Qui respondens, ait: Volo, pater. Fecit statim pater eius apportari papirum, et filii statura in longitudine et grossitudine mensurata: Erige te, inquit, fili, et beato Francisco te devove, et liberatione tibi donata, candelam sibi tuae longitudinis singulis annis, dum vixeris, apportabis. Qui ad iussum patris utcumque se erigens, iunctis manibus, coepit beati Francisci misericordiam suppliciter invocare. Suscepta itaque mensura papiri et completa oratione illico a lepra est sanatus, et surgens, dans gloriam Deo et beato Francisco, coepit cum gaudio ambulare. *II.* In civitate Fani iuvenis

1. *H, L om.* De – mundatis 2. *L* Ad 3. *AS, Os* Octo; *E, H* Atto 4. *Os* erat exsistens *et om.* leprosus 5. ab] *AS* in 6. *AS* tumefacta, ingrossata 9. *Os om.* assidue *P* et parentibus suis] *L* eius 10. *L* eius *R om.* nimio 11. *AS, H om.* quotidie 14. *Os* beato 15. *R* complaceat 17. *E, L* Fecitque *Os om* eius 18. statura] *AS* statum faciens; *R* statuam *et leg.* misurata 19. devove] *Os* devote offer 22. *Os om.* iunctis 23. *R* coepit utcumque b. *L* sancti 24. *Os* implorare. Susceptique ita *P* Superscepta 26. *L* sancto 27. *AS om.* cum gaudio *Os* gaudiis Fani] *L* Phara

quidam, nomine Bonushomo, qui a medicis universis habebatur paralyticus et leprosus, a parentibus suis beato Francisco devote oblatus, mundatus a lepra et effugato morbo paralysis, plenam consecutus est sanitatem.

De mutis loquentibus et surdis audientibus.

147. *I.* Apud Castrum Plebis puer unus erat pauperimus et mendicus, qui ex toto surdus et mutus erat a nativitate sua. Habebat namque linguam ita brevissimam atque curtam quod multoties a pluribus exquisita, incisa penitus videretur. Sero vero quodam accessit ad domum cuiusdam viri eiusdem castri, qui Marcus vocabatur, per signum, ut solent muti, ab eo petens hospitium. Inclinavit enim caput ex latere maxillae supponens manum, ut per hoc intelligeretur quod nocte illa desiderabat hospitari cum eo. Vir autem ille hilariter suscepit eum in domo sua et libenter tenuit eum secum, quia competenter noverat famulari iuvenis ille. Bonae indolis erat puer, quia licet surdus et mutus esset a cunabulis, per signum tamen quaeque noverat imperata. Coenante viro praedicto nocte quadam cum uxore sua, et adstante puero coram eis, dixit uxori suae: Hoc ego maximum miraculum reputarem, si beatus Franciscus huic auditum redderet et loquelam.

3. oblatus] *AS* offertur 4. *P om.* est 6. *H om.* De - audientibus *Os* De mutis et surdis loquentibus et audientibus 7. *L* Castellum 8. *H* pauperior *Os om.* qui 9. *L om.* sua *AS* Habebatque *et om.* ita 10. *AS* quae 13. *Os* dicebatur 14. *AS om.* enim 15. *R* ponens 16. *H om.* illa desiderabat] *Os* vellet 17. *E* recepit *H* illum 19. *AS om.* noverat *et leg.* famulabatur *Os om.* iuvenis ille *AS, Os* et bonae 21. *AS* quoque 21-22. *Os* impetrata 22. *E* Coen. vero viro

148. Et adiecit: Voveo domino Deo, quod si beatus Franciscus hoc dignabitur operari, propter amorem suum puerum hunc habebo charissimum, et expensas ei conferam toto tempore vitae suae. Mirum certe! completo voto, statim puer locutus est dicens: Vivit sanctus Franciscus. Et subsequenter respiciens rursum ait: Video sanctum Franciscum hic superius stantem, qui venit ut loquelam impendat mihi. Et adiecit puer: Quid ergo iam populo dicam? Respondit homo ille: Laudabis Dominum, et salvabis homines multos. Surrexit denique homo ille gaudens et exsultans multum, et quod factum fuerat coram omnibus publicavit. Concurrunt omnes qui eum prius viderant non loquentem, et admiratione et stupore repleti laudes Deo et beato Francisco suppliciter retulerunt. Crevit lingua illius et conveniens facta est ad loquendum, et quasi omni tempore puer fuisset locutus coepit verba formata proferre.

149. *II.* Alius quoque puer, nomine Villa, nec loqui poterat, nec ambulare. Pro quo mater fidei voto ceream imaginem faciens, ad locum in quo beatus pater Franciscus requiescit magna cum reverentia deportavit. Quae domum regrediens ambulantem reperit filium et loquentem. *III.* Homo quidam, in episcopatu Perusii, loquela et verbo privatus omnino, semper os ferens apertum, horribiliter oscitabat et anxiabatur. Habebat enim guttur valde tumidum et inflatum. Cumque pervenisset ad locum

1. *AS om.* quod 2. hoc] *H* salutem 3. hunc] *R* ex nunc 5. certe] *AS* dicto *et om.* voto 6. *Os om.* dicens 7. *AS* suspiciens 8. *R* adstantem 9. *AS* O quid ego 10. *P* Respondebat *AS* Laudabit *H*, *R* Deum 11. *AS*, *Os*, *R* salvabit *Os om.* ille 13. *Os om.* coram *R* Currunt omnes] *H* homines 15. *E* sancto 16. *L om.* illius 18. *Os om.* puer puer fuisset] *P* perfuisset *Os* locutus est 20. *AS* Ulla 21. *R* fideli 22. *P* im. proferens faciens 25. *Os om.* filium 26. *E om.* et 27. ferens] *H* frequens 28. enim guttur] *Os* namque ventrem 29. *H* Cum *Os*, *R* venisset

ubi requiescit sanctissimum corpus, et per gradus ad sepulcrum eius vellet attingere, sanguinem multum evomuit, et peroptime liberatus coepit loqui et os claudere, ac sicut expedit aperire.

150. *IV.* Mulier quaedam tam magnum dolorem in gutture patiebatur, quod prae nimio ardore lingua palato adhaerens arida facta est. Non enim poterat loqui, non comedere, neque bibere, et emplastris appositis medicinisque adhibitis, nullam infirmitatis allevationem in hiis omnibus sentiebat. Tandem in corde suo, quia loqui non poterat, devovit se sancto Francisco, et subito caro crepuit, et de gula egressus est lapillus unus rotundus, quem manu suscipiens et omnibus ostendens, mox exstitit liberata.

V. In castro Graecii iuvenis quidam erat qui auditum perdiderat, memoriam et loquelam, nec erat intelligens vel sentiens quidquam. Parentes autem eius, quia magnam fiduciam habebant in sancto Francisco, ei supplici devotione dictum iuvenem devoverunt, qui expleto voto, cunctis quibus carebat sensibus affluenter, sanctissimi et gloriosissimi patris Francisci gratia, est ditatus. Ad laudem, gloriam et honorem Iesu Christi Domini nostri, cuius regnum et imperium solidum et immobile perseverat per omnia saecula saeculorum. Amen.

Explicit.

151. Diximus pauca de miraculis beatissimi patris nostri Francisci, et plura omisimus, relinquentes

1. *P* quiescit 2. *P om.* eius 6. ardore] *L* dolore 8. non] *H, L, Os* nec neque] *AS, H, L, Os* nec; *E* non *R om.* et 9. *E* impositis *L* positis 10. *P* elevationem 12. *Os om.* se *AS om.* Francisco caro] *P* eam *Os* crevit 13. *AS* capillus *H* lapis 14. et om. ostendens] *Os* ostendit et *L om.* mox 17. vel] *Os* nec autem] *AS* vero; *P om.* 18. *AS om.* eius *R* qui *AS, H, P, R* fidem 21. *AS, E om.* sanctissimi et 22. *AS, L, Os* et gloriam 26. *AS, E, H, L, Os om.* Explicit 27. *L, Os* sanctissimi 28. *Os om.* nostri *AS om.* Francisci

volentibus sequi vestigia eius novae benedictionis gratiam, studium exquirendi, ut qui verbo et exemplo, vita et doctrina mundum omnem gloriosissime innovavit, mentes diligentium nomen Domini semper dignetur supercaelestium charismatum novis imbribus irrigare. Obsecro propter amorem pauperis Crucifixi et per sacra stigmata eius, quae beatus pater Franciscus portavit in corpore suo, universos ista legentes, videntes et audientes, ut coram Deo mei meminerint peccatoris. Amen. Benedictio et honor et omnis laus sit soli sapienti Deo, qui ad gloriam suam semper omnia in omnibus sapientissime operatur. Amen. Amen. Amen.

1. *AS om.* sequi 2. et exemplo] *AS, E om ; Os* opere 3-4. *AS* illuminavit 4. *Os om.* semper 7. *R om.* per *AS, L om.* pater 8. *P* istos 9. *AS om.* videntes 10. *Os* peccatoris similiter et huius operis scriptoris. Amen 10-13. *AS, E, H, L, P om.* Benedictio – Amen. 11. ad] *Os* per 12. *Os* evidentissime 13. *Os, R om.* Amen Amen. *Post* Amen. Amen. Amen. *E habet* Explicit vita sancti ac beatissimi patris Francisci qui recolitur IIIJ° Non. Octobris; *H* Explicit vita beati Francisci et miracula eius; *L* Explicit vita sancti Francisci; *Os* Explicit vita sanctissimi Francisci Christi confessoris.

In cod. Parisiensi manu posteriori scriptum : Apud Perusium felix dominus Papa Gregorius nonus, secundo gloriosi Pontificatus sui anno, quinto kalendas Martii, legendam hanc recepit, confirmavit et censuit fore tenendam. Gratias omnipotenti Deo et Salvatori nostro super omnia dona sua nunc et per omne saeculum. Amen.

LEGENDA SECUNDA

B. FRANCISCI

TABULA COLLATORUM CODICUM

CODICES MANUSCRIPTI.

A Assisiensis.
M Massiliensis.
P Puppiensis (fragmenta).

CODICES TYPIS EDITI.

R Rinaldi (*seu editio codicis Assisiensis*).
L Lemmens (*Extractiones de legenda antiqua beati Francisci, ad Claras Aquas 1902*).

Incipiunt Rubricae in sequenti opere,
sub quarum titulis distinctum breviter continetur
quod in hoc opere scriptum est.

De conversione beati Francisci.

Sub hoc titulo continetur qualiter beatus Franciscus vocatus fuit primo Ioannes. De nomine Francisci. Quod mater prophetavit de ipso. Quod etiam ipse de se ipso futura praedixit. De patientia et gaudio quod in vinculis positus habuit. I paragrapho. (*Cap. I*).

De milite paupere quem vestivit. De visione suae vocationis quam in saeculo vidit. II. (*Cap. II*).

Qualiter eum iuvenum turba ut eos pasceret suum dominum statuit. De sua spirituali mutatione quam tunc sensit. III. (*Cap. III*).

Qualiter pauperibus vestimentis indutus ante ecclesiam Sancti Petri cum pauperibus manducavit. De oblatione quam ibidem obtulit. IIII. (*Cap. IV*).

Qualiter sibi oranti diabolus mulierem ostendit. De responso quod sibi Deus dedit. De leprosis quid fecit. V. (*Cap. V*).

De imagine crucifixi quae sibi locuta fuit, et honore quem ei impendit. VI. (*Cap. VI*).

De persecutione patris et fratris carnalis. VII. (*Cap. VII*).

De verecundia quam vicit, et prophetia pauperum virginum. VIII. (*Cap. VIII*).

De cibariis ostiatim quaesitis. IX. (*Cap. IX*).

De expropriatione fratris Bernardi. X. (*Cap. X*).

De similitudine quam coram Papa Innocentio proposuit. De consensu domini Papae et visione quam ipse Papa vidit. (*Cap. XI*).

De Sancta Maria de Portiuncula.

Sub hoc titulo continetur amor sancti in eo loco. Conversatio fratrum ibidem morantium. Amor beatae Virginis ibidem. I. (*Cap. XII*).

De quadam visione. (*Cap. XIII*).

De convers[at]ione sancti Francisci et fratrum.

Sub hoc titulo continetur rigor disciplinae ipsius et fratrum. I. (*Cap. XIV*).

De discretione sancti. II. (*Cap. XV*).

De providentia futurorum et qualiter religionem commisit Romanae Ecclesiae et de quadam visione. III. (*Cap. XVI*).

Qualiter Episcopum Hostiensem pro Papa petiit. (*Cap. XVII*).

Introitus ad secundum opus.

De spiritu prophetiae quem beatus Franciscus habuit. (*Cap. I*).

Sub hoc titulo continetur primo quod beatus fratrem quemdam qui putabatur sanctus falsum esse cognovit; et de vitio singularitatis. (*Cap. II*). Simile de alio dixit. III. (*Cap. III*).

Quomodo apud Damiatam Christianorum futura[m] stragem praedixit. IIII. (*Cap. IV*).

De fratre cuius cordis abscondita scivit. V. (*Cap. V*).

De fratribus super quos diabolum vidit et de commendatione unitatis. VI. (*Cap. VI*).

Quomodo homines de Graecio a luporum morsibus et grandine liberavit et eos propter ingratitudinem deteriora passur[o]s praedixit. VII. (*Cap. VII*).

Quomodo Perusinis praedicans propter vicinorum gravamina futuram in eis seditionem praedixit, et de commendatione unitatis in republica. VIII. (*Cap. VIII*).

6. *A* conversione 10. *R* praevidentia 15. *R om.* fratrem 19. *A* futura 25-26. *A* passurus

De muliere bona cui praedixit virum suum de malo fieri bonum, et quod uno die ambo feliciter mortui sunt; et de laude continentiae et unanimitatis in sponsis. IX. (*Cap. IX*).

Quomodo per spiritum cognovit fratrem qui scandalum fratri fecit in via, quem et religionem exiturum praescivit; et contra malos comites. X. (*Cap. X*).

De iuvene qui venit ad religionem, quem cognovit non Dei spiritu ductum. XI. (*Cap. XI*).

De quodam clerico ab ipso sanato, quem propter peccatum ingratitudinis praedixit peiora passurum. XII. (*Cap. XII*).

De quodam fratre tentato graviter cuius cogitationes intelligens ungues dedit. XIII. (*Cap. XIII*).

De homine qui pannum obtulit iuxta quod sanctus primitus petiit. XIIII. (*Cap. XIV et Miracul. 35*).

Quomodo medicum suum cum nihil fratres haberent ad prandium invitavit et quanta de subito Dominus dedit; et de providentia Dei circa suos. XV. (*Cap. XV et Miracul. 36*).

De duobus fratribus quos exiens de cella benedixit, quorum desiderium Spiritu sancto cognovit. XVI. (*Cap. XVI*).

Quomodo de petra orando aquam eduxit, et sitienti rustico dedit. XVII. (*Cap. XVII et Miracul. 15*).

De aviculis ab ipso nutritis quorum unus propter avaritiam mortem incurrit. XVIII. (*Cap. XVIII*).

Quod ea quae de fratre Bernardo praedixit omnia sunt impleta. XVIIII. (*Cap. XIX*).

De fratre qui desiderabat propter tentationem quam habebat habere aliquod scriptum de manu sancti. XX. (*Cap. XX*).

De eodem fratre cui iuxta desiderium tunicam dedit. XXI. (*Cap. XXI*).

De petrosillo ad eius iussum de nocte inter herbas agrestes invento. XXII. (*Cap. XXII*).

13. *Post cap. XIII cod. M ponit cap. XXIII* De fame... *quod pariter in cod. P non invenitur ubi illud ponit cod. A. — Deinde cod. M inserit aliud cap.:* Quomodo fratrem Ricerium a tentatione liberavit, *omittitque cap. XIV, XV et XVII quae in Libro Miraculorum referuntur (Miracul. 35, 36 et 15).*
21. sitienti] *R* servienti

De fame quam post mortem suam futura[m] praedixit. XXIII. (*Cap. XXIII*).
De claritate sancti et ignorantia nostra. (*Cap. XXIV*).

De paupertate.

Sub cuius titulo de laude agitur paupertatis. (*Cap. XXV*).

De paupertate aedificiorum. (*Cap. XXVI*).

Sub cuius titulo I. paragrapho exemplum ponitur de domo apud Portiunculam quam devastare coepit. (*Cap. XXVII*).
II. De domo Bononiensi de qua infirmos eiici fecit. (*C. XXVIII*).
III. De cella suo nomini facta quam intrare noluit. (*Cap. XXIX*).

De paupertate utensilium. (*Cap. XXX*).

Sub cuius titulo I. paragrapho exemplum ponitur de mensa in die Paschae apud eremum Graecii praeparata et de peregrino. (*Cap. XXXI*).
II. Contra curiositatem librorum. (*Cap. XXXII*).

De paupertate lectorum.

Sub cuius titulo ponitur exemplum de domino Hostiensi, et laus ipsius. I paragrapho. (*Cap. XXXIII*).
Quid sancto accidit nocte quadam de plumeo pulvinari; et contra utentes mollibus. (*Cap. XXXIV*).

De exemplis contra pecuniam.

Sub cuius titulo exemplum ponitur correctio dura fratris qui eam manibus tetigit. I paragrapho. (*Cap. XXXV*).
Fratris vindicta qui eam collegit. II. (*Cap. XXXVI*).
Increpatio fratris qui eam specie necessitatis servare voluit. III. (*Cap. XXXVII*).
De pecunia versa in colubrum. (*Cap. XXXVIII*).

De paupertate vestimentorum.

Sub cuius titulo reprehendit sanctus verbo et exemplo mollibus et delicatis indutos. I paragrapho. (*Cap. XXXIX*).

1. *A* futura 18. *A* laude

Recedentes a paupertate a necessitate corrigendos pronuntiat; et quod libenter canebat psalmos paupertatem sonantes. (*Cap. XL*).

De petenda eleemosyna.

Sub cuius titulo laudatur verecundia bona et mala vituperatur. De commendatione eleemosynae. I. paragrapho. (*Cap. XLI*).

Exemplum ponitur de petenda eleemosyna. II. (*Cap. XLII*).

Exemplum quod fecit Episcopo Hostiensi et de responsione sua ad dictum Episcopum. III. (*Cap. XLIII*).

Exhortatio ad hoc exemplo et verbo. IIII. (*Cap. XLIV*).

Reprehensio cuiusdam fratris nolentis pro eleemosyna ire. V. (*Cap. XLV*).

Qualiter osculatus fuit humerum eleemosynam portantis. VI. (*Cap. XLVI*).

Qualiter milites saeculares induxit ut eleemosynam peterent. VII. (*Cap. XLVII*).

De membro caponis verso in pisce[m]. (*Cap. XLVIII*).

De renuntiantibus saeculo.

Sub cuius titulo exemplum ponitur cuiusdam qui sua parentibus et non pauperibus dedit, quem sanctus reprobavit; et reprehensiones contra similia facientes. (*Cap. XLIX*).

De quadam visione, quae facit ad paupertatem. (*Cap. L*).

De compassione [*sancti*] *ad alios pauperes.*

Sub cuius titulo describitur sancti animus compassivus, et qualiter se pauperioribus sancte invidebat. I. paragrapho. (*Cap. LI*).

Qualiter fratrem quemdam de paupere obloquentem correxit. II. (*Cap. LII*).

De mantello quem vetulae apud Celanum dedit. IIII. (*Cap. LIII*).

Simile fecit in paupere alio. V. (*Cap. LIV et LV*).

1. *R* praenuntiat 10. dictum] *R* dominum 18. *A* pisce 24. *A* simili

Dedit cuidam mantellum ne odiret dominum suum. VI. (*Cap. LVI*).
Cuidam pauperi gaidam tunicae dedit. VII. (*Cap. LVII*).
Matri pauperi duorum fratrum dari fecit novum testamentum. VIII. (*Cap. LVIII*).
Cui[dam] pauperi mulieri patienti in oculis dedit mantellum. IX. (*Cap. LIX*).
De denariis quos dari fecit tribus mulieribus sibi in via apparentibus et cito disparentibus. (*Cap. LX*).

De studio orationis sancti Francisci.

Sub hoc titulo continetur tempus, locus et affectus orantis. I paragrapho. (*Cap. LXI*).
De horis canonicis devote reddendis. II. (*Cap. LXII*).
Qualiter orans abigebat phantasmata cordis. III. (*Cap. LXIII*).
De mentis excessu. IIII. (*Cap. LXIV*).
Qualem se post orationem praebebat. V. (*Cap. LXV*).
Quomodo Episcopus inveniens ipsum orantem loquela privatus est. VI. (*Cap. LXVI*).
Quomodo quidam Abbas sensit virtutem orationis eius. (*Cap. LXVII*).

De intellectu sancti in sacris litteris et virtute verborum eius.

Sub hoc titulo continetur qualis scientiae et qualis memoriae fuerit. I paragrapho. (*Cap. LXVIII*).
De verbo prophetico quod ad preces cuiusdam fratris de ordine Praedicatorum exposuit. II. (*Cap. LXIX*).
De hiis quae interrogante quodam Cardinali exposuit. III. (*Cap. LXX*).
Quid se scire cuidam fratri respondit. IIII. (*Cap. LXXI*).
De visione fratris Pacifici qui vidit in ore sancti duos fulgentes gladios. V. (*Cap. LXXII*).
De efficacia sermonum eius, et testimonio cuius[dam] physici. VI. (*Cap. LXXIII*).
Qualiter verbi virtute per fratrem Silvestrum de civitate Aretii daemonia effugavit. VII. (*Cap. LXXIV*).

6. *A* Cui 14. *A* ambigebat 16. *A* post se 31. *A* cuius

De conversione ipsius fratris Silvestri et visione quadam. VIII. (*Cap. LXXV*).
De quodam fratre ab impugnatione daemonis liberato. IX. (*Cap. LXXVI*).
De porca ab ipso maledicta quae manducavit agnum. (*Cap. LXXVII*).

De fugienda familiaritate mulierum.

Sub hoc titulo continetur qualiter sanctus cum eis loquebatur, proponens se omnibus in exemplum. I paragrapho. (*Cap. LXXVIII*).
Enigma ponitur contra aspectum mulierum. II. (*Cap. LXXIX*).
Exemplum sancti. (*Cap. LXXX*).

De tentationibus sancti patris.

Sub hoc titulo [continetur] qualiter sanctus tentationem superavit. (*Cap. LXXXI*).
II paragrapho. Quod diabolus vocavit eum et de luxuria eum tentavit, et qualiter illu[m] sanctus superavit. (*C. LXXXII*).
III. Quomodo quemdam fratrem a tentatione liberavit et de bono tentationis. (*Cap. LXXXIII*).

Qualiter verberaverunt eum daemones in curia Cardinalis.

Sub hoc titulo continetur quod fugiendum est a curiis magnorum. I paragrapho. (*Cap. LXXXIV*).
De visione cuiusdam fratris volentis stare in curia. (*C. LXXXV*).
Qualiter sanctus passus fuit daemonum tentamenta in quodam loco solitario; et de nobili visione cuiusdam fratris de ipso, et de humilitate ipsius sancti. II. (*Cap. LXXXVI*).
De quodam fratre a tentatione liberato. (*Cap. LXXXVII*).

De laetitia spirituali.

Sub hoc titulo continetur laus sanctae laetitiae et malum accidiae et remedium contra hoc. I paragrapho. (*Cap. LXXXVIII*).
[De cithara] quam audivit angelica. II. (*Cap. LXXXIX*).
Quod spiritu exhilaratus sanctus gallice cantabat. III. (*Cap. XC*).

14. *A om.* continetur 17. *A* illud 31. *A om.* De cithara

Qualiter quemdam fratrem tristem redarguit et qualiter se deberet gerere monuit. IIII. (*Cap. XCI*).
Qualiter corpus tractandum est ut non murmuret. (*Cap. XCII*).

De inepta laetitia.

Sub hoc titulo concluditur contra vanam gloriam et hypocrisim. I. (*Cap. XCIII*).
De quadam sua confessione contra hypocritas. II. (*C. XCIV*).
De confessione contra vanam gloriam. III. (*Cap. XCV*).
Verba sua contra se laudantes. IIII. (*Cap. XCVI*).
Verba pro huiusmodi monitoria ad fratres. (*Cap. XCVII*).

De occultatione stigmatum.

Sub hoc titulo continetur: Quid de hoc quaerentibus ipse respondit, et quo studio illa tegebat. I paragrapho. (*Cap. XCVIII*).
Quod pia fraude quidam illa inspexit. II. (*Cap. XCIX*).
De vulnere lateris a quodam inspecto. III. (*Cap. C*).
De occultandis virtutibus (*Cap. CI*).

De humilitate.

Sub hoc titulo continetur humilitas sancti in habitu, sensu et moribus; et contra proprium sensum. I paragrapho. (*Cap. CII*).
De humilitate ad Episcopum Interamnensem. II. (*Cap. CIII*).
Quomodo praelationem in capitulo resignavit et de oratione quadam. III. (*Cap. CIV*).
Qualiter socios resignavit. IIII. (*Cap. CV*).
Verba eius contra praelationem affectantes; et de descriptione fratris Minoris. V. (*Cap. CVI*).
De subiectione quam volebat fratres habere ad clericos. VI. (*Cap. CVII*).
De reverentia quam exhibuit Episcopo Imolae. VII. (*Cap. CVIII*).
De humilitate ipsius ad sanctum Dominicum de ordine Praedicatorum et sancti Dominici ad ipsum, et de mutua charitate ipsorum. VIII. (*Cap. CIX*).
Quomodo se alter alteri devote commisit. (*Cap. CX*).

De obedientia.

Sub hoc titulo continetur quod sanctus Franciscus dum vixit semper guardianum praelatum habuit. I. (*Cap. CXI*).

Qualiter verum obedientem descripsit et de tribus obedientiis. II. (*Cap. CXII*).

Quod non est de levi per obedientiam praecipiendum. III. (*Cap. CXIII*).

De fratre, cuius proiecit in igne caputium. (*Cap. CXIV*).

De hiis qui bonum vel malum exemplum aliis praestant.

Sub hoc titulo ponitur cuiusdam fratris bonum exemplum dantis; de more fratrum antiquorum in hoc ipsum, et benedictionibus sancti. I paragrapho. (*Cap. CXV*).

De quibusdam malum exemplum dantibus, et maledictione sancti in ipsos, et quam gravissime ista sanctus ferebat. II. (*Cap. CXVI*).

De revelatione sancti a Deo facta de statu ordinis. (*C. CXVII*).

Contra otium et otiosos.

Sub hoc titulo ponitur revelatio ad sanctum facta quando esset servus Dei vel non. I paragrapho. (*Cap. CXVIII*).

Contra otiosa loquentes. II. (*Cap. CXIX*).

Qualiter ipse laborans otiosos odiebat. III. (*Cap. CXX*).

Lamentum ad Deum de otiosis et gulosis. (*Cap. CXXI*).

De ministris verbi Dei.

Sub hoc titulo continetur qualis debeat esse praedicator et de dignitate ipsius. I paragrapho. (*Cap. CXXII*).

Contra vanae gloriae appetitores et de expositione prophetici verbi. (*Cap. CXXIII*).

De contemplatione Creatoris in creaturis.

Sub hoc titulo continetur sancti amor ad sensibiles et insensibiles creaturas. I paragrapho. (*Cap. CXXIV*).

29–30. *R* invisibiles

Quomodo ipsae creaturae sibi amoris rependebant vicem et de igne qui eum non laesit. II. (*Cap. CXXV et Miracul. 14*).
De avicula quae in manibus eius resedit. III. (*Cap. CXXVI et Miracul. 23*).
De falcone. IIII. (*Cap. CXXVII et Miracul. 25*).
De apibus. V. (*Cap. CXXVIII et Miracul. 28*).
De fasciano. VI. (*Cap. CXXIX et Miracul. 26*).
De cicada. (*Cap. CXXX et Miracul. 27*).

De charitate.

Sub hoc titulo continetur qualiter se ipsum pro animarum salute perfectionis ponebat exemplum. I paragrapho. (*Cap. CXXXI*).
De sollicitudine subditorum. II. (*Cap. CXXXII*).
De compassione infirmorum. III. (*Cap. CXXXIII*).
De compassione quam infirmis spiritu gerebat, et de hiis qui contra hoc faciunt. IIII. (*Cap. CXXXIV*).
De fratribus Hispaniae qualiter sancte conversabantur, et de quibusdam miris quae de fratre orante visa sunt, et de gaudio et oratione sancti. V. (*Cap. CXXXV*).
Contra male in eremitoriis viventes; et quod volebat sanctus omnia esse communia. VI. (*Cap. CXXXVI*).
De duobus fratribus gallicis. (*Cap. CXXXVII*).

De detractione.

Sub hoc titulo continetur huius vitii detestatio et poena qua volebat eos sanctus puniri, et de affectibus detractorum. (*Cap. CXXXVIII*).

Descriptio generalis ministri.

Sub hoc titulo describitur qualis debet esse generalis minister et [de] sociis eius. I. (*Cap. CXXXIX*).
De provincialibus ministris. II. (*Cap. CXL*).
Quid sanctus interrogatus a quodam de ministris respondit. (*Cap. CXLI*).

2. *In cod. M omittuntur cap. CXXV–CXXX quae in Libro Miraculorum ponuntur.* 29. *A om.* de

De sancta simplicitate.

Sub hoc titulo describitur quae sit vera simplicitas. I. (*C. CXLII*).
De fratre Ioanne simplice. II. (*Cap. CXLIII*).
De unitate quam sanctus fovebat in filiis, de qua sub quodam enigmate locutus est. III. (*Cap. CXLIV*).
Qualiter sanctus radi volebat. IIII. (*Cap. CXLV*).
De magnis clericis intrantibus ordinem, qualiter volebat eos expropriari. V. (*Cap. CXLVI*).
Qualiter volebat eos addiscere, et qualiter socio praedicanti apparuit. (*Cap. CXLVII*).

De devotionibus specialibus sancti.

Sub hoc titulo continetur qualiter afficiebatur audiens amorem Dei. I. (*Cap. CXLVIII*).
De devotione ad Angelos, et quid amore sancti Michaelis faciebat. II. (*Cap. CXLIX*).
De devotione ad Dominam nostram cui specialiter commisit ordinem. III. (*Cap. CL*).
De devotione ad nativitatem Christi in qua volebat pauperibus et etiam animalibus multa praeberi. IIII. (*Cap. CLI*).
De devotione erga corpus Christi. V. (*Cap. CLII*).
De devotione ad reliquias sanctorum. VI. (*Cap. CLIII*).
De devotione ad crucem et de quodam occulto sacramento. (*Cap. CLIV*).

De pauperibus dominabus.

Sub hoc titulo ponitur qualiter sanctus eis promisit perpetuum auxilium, et qualiter ipse volebat conversari fratres cum eis. I. (*Cap. CLV*).
Exemplum de duobus fratribus. II. (*Cap. CLVI*).
De praedicatione quam magis exemplo quam verbo eis fecit. (*Cap. CLVII*).

De commendatione regulae fratrum.

Sub hoc titulo ponitur exemplum fratris qui fuit martyr. I. (*Cap. CLVIII*).
De visione quam de regula sanctus vidit. (*Cap. CLIX*).

De infirmitatibus sancti.

Sub hoc titulo ponitur: Patientia et profectus eius, consilium cuiusdam fratris, exsultatio sancti. I. (*Cap. CLX*).

Qualiter per infirmitates purgatus fuit et qualiter ei Deus propter meritum patientiae regnum suum promisit. (*C. CLXI*).

De obitu sancti patris.

Sub hoc titulo ponitur quid fecit circa mortem. De benedictione fratrum (*Cap. CLXII*), quomodo comedit cum eis. I. (*Cap. CLXIII*).

Visio fratris Augustini. II. (*Cap. CLXIV*).

Visio alterius fratris. III. (*Cap. CLXV*).

Visio Episcopi Assisinatis. (*Cap. CLXVI*).

Oratio sociorum sancti ad eumdem. (*Cap. CLXVII*).

9. *Post cap. CLXIII cod. M ponit Visionem cuiusdam fratris in Leg. I relatam.* 13. *M om. cap. CLXVII et ponit aliud capitulum incompletum:* De canonizatione et translatione sancti Francisci.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Generali ministro ordinis fratrum Minorum.

Incipit Prologus.

1. Placuit sanctae universitati olim capituli generalis et vobis, reverendissime pater, non sine divini dispensatione consilii parvitati nostrae iniungere, ut gesta vel etiam dicta gloriosi patris nostri Francisci nos, quibus ex assidua conversatione illius et mutua familiaritate plus caeteris diutinis experimentis innotuit, ad consolationem praesentium et posterorum memoriam scriberemus. Obedire propterea iussionibus sanctis, quas fas non est ullatenus praeterire, supplici devotione concurrimus; sed virium nostrarum propensiori meditatione infirma iusto timore percutimur, ne tam digna materia, non prout exigit pertractata, contrahat a nobis quod displiceat caeteris. Haec enim, quae totius suavitatis sunt digna sapore, formidamus ne ministrantium indignitate reddantur insipida, sicque praesumptioni potius id tentasse quam obedientiae imputetur. Nam si tanti huius laboris effectus benevolentiae vestrae, beate pater, tantum spectaret examen, nec esset ad aures publicas opportunum prodire, sumeremus gratissime aut de correctione doctrinam, aut de adstipulatione laetitiam. Quis enim, in tanta diversitate verborum et actuum, lance subtilis examinis valeat sic cuncta pensare, ut omnium auditorum sit de singulis una sententia? Sed quoniam omnium et singulorum simplici animo lucra conquirimus, hortamur, ut benigne interpretentur qui legunt, sicque referentium simpli-

1-8 *(p. 168). M om. et incipit:* Prologus memorialis gestorum et virtutum sancti Francisci. Continet etc.

citatem supportent, vel dirigant, ut eius de quo fit sermo reverentia illaesa servetur. Memoria nostra, velut hominum rudium temporis prolixitate obtusa, fugas subtilium verborum eius et factorum stupenda praeconia nequit attingere, quae mentis exercitatae velocitas etiam coram posita comprehendere vix valeret. Excuset igitur apud omnes nostrae imperitiae culpas repetita multoties praecipientis auctoritas.

2. Continet in primis hoc opusculum quaedam conversionis [sancti Francisci] facta mirifica, quae [ideò] in legendis dudum de ipso confectis non fuerunt apposita, quoniam ad auctoris notitiam minime pervenerunt. Dehinc vero exprimere intendimus et vigilanti studio declarare quae sanctissimi patris tam in se quam in suis fuerit voluntas bona, beneplacens et perfecta, in omni exercitio disciplinae caelestis et summae perfectionis studio, quod semper habuit apud Deum in sacris affectibus et apud homines in exemplis. Miracula quaedam interseruntur, prout se ponendi opportunitas offert. Exili proinde studio et mediocri quae occurrunt describimus, cupientes tardioribus morem gerere et etiam studiosis placere, si possumus. Oramus ergo, benignissime pater, ut laboris huius non contemnenda munuscula, quae non pauco labore quaesivimus, vestra benedictione consecrare velitis, corrigendo errata, et superflua resecantes, ut ea quae bene dicta vestro iudicio docto probantur, cum nomine vestro vere Crescentio crescant ubique, et multiplicentur in Christo. Amen.

Explicit prologus.

10. *A om.* sancti Francisci ideo] *A* dudum *sed cassatum* 12. *M* actoris 20–30 *M om.* Exili - prologus

Incipit Memoriale in desiderio animae de gestis et verbis sanctissimi patris nostri Francisci.

De conversione eius.

[*Qualiter vocatus est prius Ioannes, postea Franciscus. Quod mater prophetavit de ipso, et quod etiam de se ipso futura praedixit, et de patientia in vinculis.*] I.

3. Franciscus servus et amicus Altissimi, cui divina providentia hoc vocabulum indidit, ut ex singulari et insueto nomine opinio ministerii eius toti citius innotesceret orbi, a matre propria Ioannes vocatus fuit, cum de filio irae, ex aqua et Spiritu sancto renascens, gratiae filius est effectus. Quae mulier totius honestatis amica quoddam virtutis insigne praeferebat in moribus, sanctae illius Elisabeth, tam impositione nominis ad filium quam et spiritu prophetali, aliquo similitudinis privilegio gaudens. Nam Francisci magnanimitatem et morum [hone]statem admirantibus convicinis, quasi divino instructa oraculo sic aiebat: Quid putatis iste filius meus erit? Meritorum gratia Dei filium ipsum noveritis affuturum. Haec revera nonnullorum erat opinio, quibus grandiusculus factus studiis valde bonis placebat Franciscus. Relegabat semper a se omne quod apud aliquem sonaret iniuriam, ut urbanis adolescens moribus omnibus videbatur non illorum parentum, qui dicebantur eius prosapia, genitus. Ioannis proinde nomen ad opus ministerii pertinet quod suscepit, Fran-

1-4. *M om.* 12. *R om.* citius 17. et] *M* etiam in 19. *A* venustatem 22. Meritorum – filium] *R* Multorum gratia Dei fil(iorum)

cisci vero ad dilatationem famae suae, quae de ipso, iam plene ad Deum converso, ubique cito pervenit. Celeberrimum ideo supra omnium festa sanctorum festum Ioannis Baptistae ducebat, cuius dignitas nominis mysticae virtutis impressit sibi vestigium. Illo inter natos mulierum non surrexit maior, isto inter fundatores religionum non surrexit perfectior. Observatio [certe] digna praeconio.

4. Prophetavit Ioannes intra secreta materni uteri clausus; Franciscus in carcere saeculi positus divini adhuc ignarus consilii futura praedixit. Et quidem cum inter Perusinos cives et Assisinates tempore quodam fieret non modica strages ex belli conflictu, capitur Franciscus cum pluribus, et convinculatus cum caeteris squalores carceris patitur. Absorbentur tristitia concaptivi, miserabiliter captivitatis suae plorantes eventum; exsultat Franciscus in Domino, vincula ridet et spernit. Dolentes arguunt iucundantem in vinculis, insanum reputant ac de mentem. Respondet Franciscus prophetice: In quo exsultare me creditis? Meditatio alia subest: adhuc sanctus adorabor per saeculum totum. Revera sic est; impletum est omne quod dixit. Erat tunc inter reliquos concaptivos miles quidam superbus et importabilis valde, quem dum proponunt omnes abiicere, patientia Francisci non frangitur. Intolerabilem tolerat et ad pacem eius revocat universos. Capax omnis gratiae vas electum virtutum iam undique charismata manat.

2. *R om.* plene 3. *R* super 4. *M* dicebat 8. *A* igitur 9. *R* inter 14-15. *M* vinculatus 15. *M* squalorem 24. *M* captivos

[*De milite paupere quem vestivit et de visione suae vocationis quam in saeculo vidit.*] II.

5. Liberatus a vinculis, elapso tempore modico, fit erga indigentes pietate benignior. Firmat iam ut non avertat faciem suam ab ullo paupere, quicumque amore Dei proponeret in petendo. Die quadam pauperem militem et pene nudum obvi[u]m habuit, cui vestes proprias curiose paratas quibus indutus erat, pietate admonitus, pro Christi [amore] liberaliter dedit. Quid minus a Martino illo sanctissimo gessit, [nisi] quod licet unius propositi et operis forent, in modo tamen dissimiles? Hic prius vestes quam reliqua, ille primo datis omnibus, vestimenta dedit extremus: uterque pauper et modicus vixit in saeculo, uterque dives ingressus est caelum. Ille miles sed pauper pauperem veste truncata contexit, iste non miles sed dives pauperem militem perfecta veste vestivit. Uterque, Christi perfecto mandato, visitari a Christo per visionem commeruit, unus de perfectione laudatus, alter ad id quod deerat dignantissime invitatus.

6. Nam palatium speciosum sibi [mox] in visione ostenditur, in quo varios apparatus armorum et sponsam pulcherrimam cernit. Vocatur in somnis Franciscus ex nomine, et horum omnium promissione allicitur. Tentat itaque pro capessenda militia in Apuliam ire, et opulenter necessariis praeparatis, festinat gradum militaris honoris contingere. Carnalem interpretationem praeteritae visionis carnalis ei spiritus suggerebat, cum in thesauris sapientiae Dei longe lateret praeclarior. Dormientem siqui-

6. *M* amorem 7. *A* obviam 9. *A* nomine 11. *A om.* nisi 11–12. *M om.* et operis 13. *M* primus 16. pauperem] *M* militem 22. *M* pretiosum *A om.* mox

dem nocte quadam quidam ipsum secundo per visionem alloquitur, et quo tendere velit sollicite perscrutatur. Cui cum suum enarrasset propositum, et in Apuliam militaturum proficisci se diceret, interrogatus ab eodem sollicite, quis sibi melius facere queat, servus an dominus? Franciscus: Dominus, inquit. Et ille: Cur ergo servum pro domino quaeris? Et Franciscus: Quid me facere vis, Domine? Et Dominus ad eum: Revertere, ait, ad terram nativitatis tuae quia visionis tuae erit per me spiritualis impletio. Revertitur absque mora, iam forma obedientiae factus, et propriam abdicans voluntatem de Saulo Paulus efficitur. Prosternitur ille, et verbera dura verba dulcia gignunt. Franciscus vero arma carnalia in spiritualia vertit, et pro militari gloria divinum suscipit praesidatum. Stupentibus itaque multis laetitiam eius insolitam, dicebat se magnum principem affuturum.

[*Qualiter eum iuvenum turba, ut eos pasceret, suum dominum statuit, et de sua mutatione.*] III.

7. Incipit transformari in virum perfectum, et alter ex altero fieri. Regressus igitur domum sequuntur eum filii Babylonis, et alio tra[h]entem trahunt ad alia vel invitum. Nam iuvenum turba civitatis Assisii, qui ipsum olim habuerant suae vanitatis praeambulum, addit adhuc eum ad socialia prandia invitare, in quibus lasciviae semper et scurrilitati servitur. Eligitur ab eis in ducem, experta saepius liberalitate ipsius qua indubitanter sciebant ipsum expensas pro omnibus soluturum. Obedientes se faciunt ut impleant ven-

1. *M om.* quidam 3. *M* enarraret 4-5. *M* interrogatur 16. *M* diutinum 22. *M* insequuntur 23. *A* tradentem; *M* tendentem 25. *M* quae *et leg.* habuerat

trem, et patiuntur subiici ut valeant saturari. Non respuit oblatum decus ne notetur avarus, et inter meditationes sacras curialitatis est memor. Sumptuosum praeparat prandium, cibaria sapida duplicat, quibus repleti ad vomitum plateas civitatis ebriis cantilenis commaculant. Sequitur Franciscus, ut dominus manibus baculum gestans; sed paulatim ab eis se corpore subtrahit, qui mente iam tota totus ad illa sorduerat, corde Domino canens. Tanta, ut idem retulit, tunc fuit dulcedine divina perfusus, ut effari non valens penitus de loco moveri non posset. Quaedam eum pervasit tunc affectio spiritualis ipsum ad invisibilia raptans, cuius virtute terrena omnia nullius esse momenti sed penitus frivola iudicavit. Stupenda revera Christi dignatio, quae agentibus infima maxima donat, et in diluvio aquarum multarum quae sua sunt servat et promovet. Pavit enim Christus panibus et piscibus turbas, nec repulit a suo prandio peccatores. Quaesitus ab eis in regem, iniit fugam et montem oraturus ascendit. Mysteria sunt Dei quae Francisc[us] assequitur, et ad perfectam scientiam etiam ignorans adducitur.

[*Qualiter pauperis vestimentis indutus ante ecclesiam Sancti Petri cum pauperibus manducavit, et de oblatione quam ibidem obtulit.*] IV.

8. Sed iam pauperum amator exsistit praecipuus, iam id quod perfecte futurus erat sacra spirabant initia. Frequenter proinde exuens semetipsum pauperes induit, quibus se similem fieri nondum operis exsecutione sed toto iam corde contendit. Cum tem-

5. *M om.* ad vomitum *et* civitatis 13. *M* tentans *et om.* omnia
14-22. *M om.* Stupenda – adducitur. 20–21. *A* Francisco

pore quodam Romam peregrinaturus adiret, paupertatis amore vestimenta delicata deposuit, et cuiusdam pauperis vestimentis obtectus, in paradiso ante ecclesiam Sancti Petri, qui locus ferax est pauperum, inter pauperes laetanter resedit, et velut unum ex ipsis se reputans, avide cum eis manducat. Multoties fecisset consimile, nisi notorum fuisset verecundia impeditus. Miratus, cum ad altare princip[is] Apostolorum accederet, tam modicas oblationes ibidem ab adventantibus fieri, plena manu pecuniam iactat in loco, honorandum ab omnibus specialius indicans quem Deus supra caeteros honoravit. Pauperculis etiam sacerdotibus ecclesiastica ornamenta pluries exhibebat, usque ad inferiorem gradum omnibus debitum honorem impendens. Nam apostolicam sumpturus legationem, fideque catholica integer totus, erga ministros et ministeria Dei reverentia plenus ab initio fuit.

[*Qualiter sibi oranti diabolus mulierem ostendit, et de responso quod sibi Deus dedit, et quid fecerit de leprosis.*] V.

9. Iam sic sub saeculari habitu religiosum animum gerit, et solitaria loca de publicis petens visitatione Spiritus sancti monetur saepissime. Abstrahitur namque et illicitur illa principali dulcedine, quae sic a principio eum plenarie superfudit [ut] nu[s]quam ab eo recesserit, donec vixit. Dum autem loca frequentat abscondita velut orationibus congrua, maligno commento nititur eum diabolus a talibus exturbare. Immittit cordi eius feminam quamdam monstruose gibbosam, suae incolam civitatis, quae

8 *A* principum 11. *M* iudicans 22. *M* Eia 26–27. *A* et nunquam 27. *R* recessit

horrendum cunctis praestabat aspectum. Huic illum, si non resipiscat a coeptis, comminatur similem se facturum. Sed confortatus a Domino salutis et gratiae responsum [sibi] fieri gaudet: Francisce, inquit illi Deus [in] spiritu, pro carnaliter et vane dilectis iam spiritualia commutato, et amara pro dulcibus sumens contemne te ipsum, me si velis agnoscere; nam et ordine verso sapient tibi quae dico. Compellitur statim mandatis obedire divinis, et ad rei experientiam ducitur. Nam inter omnia infelicia monstra mundi Franciscus naturaliter leprosos abhorrens leprosum die quadam obvium habuit, cum iuxta Assisium equitaret. Qui licet sibi taedium non parvum ingereret et horrorem, ne tamen velut mandati transgressor datae fidei frangeret sacramentum, ad deosculandum eum equo lapsus accurrit. Cui cum manum quasi aliquid accepturus leprosus protenderet, pecuniam cum osculo reportavit. Et statim equum ascendens [et] huc et illuc se convertens, cum campus pateret undique liber nullis obiectis obstaculis, leprosum illum minime vidit. Admiratione inde repletus et gaudio, post dies [paucos] opus simile facere curat. Ad leprosorum habitacula tendit, et leproso unicuique data pecunia manum illorum osculatur et buccam. Sic amara pro dulcibus sumit, et viriliter ad reliqua servanda se parat.

[*De imagine crucifixi quae sibi locuta fuit, et honore quem ei impendit.*] VI.

10. Mutatus perfecte iam corde, in brevi mutandus et corpore, ambulat die quadam iuxta eccle-

4. *A om.* sibi 5. *A om.* in *et leg.* spiritum 19. *A om.* et 22. *A* aliquos

siam Sancti Damiani, quae fere diruta erat et ab omnibus derelicta. Quam cum spiritu ducente causa orationis intraret, ante crucifixum supplex et devotus prosternitur, et visitationibus pulsatus insolitis alterum quam ingressus fuerat se invenit. Cui protinus sic affecto, quod est a saeculis inauditum, imago Christi crucifixi labiis picturae deductis colloquitur. Vocans enim ipsum ex nomine: Francisce, inquit, vade, repara domum meam, quae, ut cernis, tota destruitur. Tremefactus Franciscus stupet non modicum, et quasi alienus [a sensu] efficitur in sermone. Ad obediendum se parat, totum se [re]colligit ad mandatum. At vero quia ineffabilem sui mutationem persensit, quod exprimere ipse non potuit expedit nos silere. Infigitur ex tunc sanctae animae crucifixi compassio, et ut pie putari potest, cordi eius, licet nondum carni, venerandae stigmata passionis altius imprimuntur.

11. Mira res et nostris saeculis inaudita! Quis non stupet ad ista? Quis quandoque similia intellexit? Quis Franciscum iam redeuntem ad patriam apparuisse dubitat crucifixum, cui adhuc mundo plene exterius non contempto, novo et inaudito miraculo de ligno crucis loquitur Christus? Ab ea igitur hora liquefacta est anima eius, ut dilectus ei locutus est. Patuit paulo post amor cordis per vulnera corporis. Nequit ex tunc propterea continere a fletu, etiam alta voce Christi passionem quasi semper coram [oculis] positam plangit. Replet gemitibus vias, nullam consolationem admittit recordans plagarum Christi. Intimum sibi obvium habuit quemdam amicum, cui causa patefacta doloris, statim amicus d[i]re provocatur ad lacrimas. Verum sanctae illius imaginis non obliviscitur gerere curam, nec mandatum eius

3. *M* devotionis 11. *A om.* a sensu 12. *A* colligit 15. *R* sancti 28. *M om.* semper *A om.* oculis 32. *A* dure

aliqua negligentia praeterit. Extemplo dat cuidam sacerdoti pecuniam, ut lampadem emat et oleum, [ne] sacra imago vel ad momentum debito luminis honore fraudetur. Impiger deinde ad perficienda reliqua currit, reparandae illius ecclesiae indefectibilem operam praebens. Nam licet de illa Ecclesia divinus ei factus sit sermo quam Christus proprio sanguine acquisivit, noluit repente fieri summus, paulatim de carne transiturus ad spiritum.

[*De persecutione patris et fratris carnalis.*] VII.

12. Sed iam operibus pietatis insistentem pater carnalis persequitur, et servitutem Christi insaniam iudicans ubique ipsum maledictis dilaniat. Advocat itaque servus Dei quemdam virum plebeium et simplicem satis, quem loco patris suscipiens rogat, ut cum pater eius maledicta congeminat, ipse sibi e contrario benedicat. Propheticum sane verbum vertit in opus, et factis ostendit quod signat ille sermo: Maledicent illi et tu benedices. Resignat patri pecuniam quam in opere dictae ecclesiae vir Dei expendisse voluerat, suadente hoc illi episcopo civitatis, viro utique valde pio, eo quod non liceret de male acquisitis aliquid in sacros usus expendere. Audientibus autem qui convenerant multis, Amodo, inquit, dicam libere: Pater noster qui es in caelis, non pater Petrus Bernardonis, cui non solum reddo, ecce, pecuniam, sed integre vestimenta resigno. Nudus igitur ad Dominum pergam. O liberalem animum viri, cui solum iam sufficit Christus! Inventus est vir Dei cilicium tunc portare sub vestibus, virtu-

3. ne] *A* ut 5. *R om.* currit 8. *M* voluit 14. *M* ideo 18. *M* quid 19. *M* sermone 27. ecce] *R* ecclesiae *M* integra 29. *M* soli

tum exsistentia plus quam apparentia gaudens. Frater eius carnalis more patris ipsum verbis venenatis insequitur. Qui mane quodam, tempore hiemali, dum vilibus contectum panniculis cernit Franciscum orationi vacantem frigore tremebundum, ait cuidam concivi suo ille perversus: Dic Francisco, ut nummatam unam nunc tibi velit vendere de sudore. [Quo vir Dei audito, exhilaratus nimis subridendo] respondit: Revera ego hunc Domino meo carissime vendam. Nil verius, nam non solum centuplum sed etiam millesies plurimum in hac luce recepit, et in futuro non sibi tantum sed et multis vitam acquisivit aeternam.

[*De verecundia quam vicit, et prophetia pauperum virginum.*] VIII.

13. Studet proinde pristinam consuetudinem delicatam ordine converso mutare, et ad naturae bonum iam lascivitum reducere corpus suum. Ibat die una per Assisium homo Dei, ut mendicaret oleum ad luminaria concinnanda in ecclesia Sancti Damiani, quam tunc temporis reparabat. Et videns hominum multitudinem ludentium ante domum consistere quam intrare volebat, rubore perfusus retraxit pedem. Sed illo suo nobili spiritu in caelum directo, propriam desidiam arguit et de semetipso sumit iudicium. Revertitur statim ad domum, et libera voce coram omnibus verecundiae causam exponens, quasi spiritu ebrius lingua gallica petit oleum et acquirit. Ferventissime ad opus illius ecclesiae animat omnes, et monasterium [futurum] esse ibidem sanctarum virginum Christi audientibus cunctis

2. ipsum] *M* eum 5. *A* et ait 8. *A om.* Quo – subridendo 9. *M* hanc 23-24. *M* retrahit 28. *A* petiit 30. *A om.* futurum

gallice loquens clara voce prophetat. Semper enim cum ipse ardore sancti Spiritus repleretur, ardentia verba foris eructans gallice loquebatur, se apud illam gentem praecipue honorandum praenoscens, et reverentia speciali colendum.

[*De cibariis ostiatim quaesitis.*] IX.

14. Ex quo communi omnium Domino coepit servire communia facere semper amavit, singularitatem in omnibus fugiens, quae omnium vitiorum labe sordescit. Nam cum in opere illius desudaret ecclesiae, de qua mandatum a Christo susceperat, de delicato nimium rusticanus et patiens laboris effectus, sacerdos ad quem ecclesia pertinebat, cernens illum assidua fatigatione attritum, pietate permotus aliquid singularis victus licet non sapidi, quia pauper, coepit ei quotidie ministrare. Qui sacerdotis discretionem commendans et pietatem amplectens: Non invenies sacerdotem istum ubique, ad semetipsum ait, qui semper tibi talia subministret. Non est haec vita hominis paupertatem profitentis; non expedit tibi assuescere talibus; paulatim ad contempta redibis, iterum ad delic[a]ta perefflues. Surg[e] iam impiger, et ostiatim [pulmenta commixta mendica. Petit propterea per Assisium ostiatim] cocta cibaria, et diversis ferculis cernens parapsidem plenam, horrore primo [con]cutitur, sed Dei memor et sui victor illud cum spiritus delectatione manducat. Omnia lenit amor et omne dulce facit amarum.

17. *M om.* et pietatem amplectens 22. *A* delicta *et* Surgo 23–24. *A om.* pulmenta - ostiatim 26. *A* percutitur

[*De expropriatione fratris Bernardi.*] X.

15. Bernardus quidam de civitate Assisii, qui postea filius fuit perfectionis, cum viri Dei exemplo disponeret saeculum perfecte contemnere, consilium eius supplex exposcit. Consultans igitur eum sic ait: Si quis, o pater, bona cuiusquam domini longo tempore possedisset et nollet illa retinere iam amplius, quid de illis perfectius foret agendum? Resignanda esse cuncta domino suo a quo illa receperat, respondit vir Dei. Et Bernardus ad eum: Universa quae habeo a Deo mihi data cognosco, quae ad consilium tuum resignare iam sibi assisto paratus. Si dicta, inquit sanctus, factis probare volueris, summo mane intremus ecclesiam, et evangelii codice sumpto, a Christo quaeramus consilium. Intrant itaque ecclesiam mane iam facto, et oratione devote praemissa, evangelii librum aperiunt, disponentes id facere quod consilii primum occurr[a]t. Aperiunt librum, et consilium suum [in eo] aperit Christus: Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes, et da pauperibus. Secundo id replicant, et Nihil tuleritis in via, occurrit. Addunt hoc [tertio], et Qui vult venire post me abneget semetipsum, inveniunt. Absque cunctatione haec omnia Bernardus adimplet, nec consilii huius vel unum iota transgreditur. Convertuntur a mordacissimis curis mundi tempore brevi quamplures, et ad infinitum bonum, duce Francisco, revertuntur in patriam. Longum esset de singulis prosequi, qualiter bravium supernae vocationis attigerint.

5. *R om.* supplex 18. *A* occurrit 19. *A om.* in eo 22. tertio] *A* iterum 26. *M* mundanis 29. *R* persequi

[*De similitudine quam coram domino Papa proposuit.*] XI.

16. Tempore quo ad petendam vitae suae regulam se cum suis coram Papa Innocentio praesentavit, cum eius supra vires propositum conversationis Papa videret, sicut homo discretione maxima praeditus, dixit ad eum: Ora, fili, ad Christum, ut suam nobis per te voluntatem ostendat, qua cognita, tuis piis desideriis securius annuamus. Annuit sanctus summi pastoris mandato, fiducialiter currit ad Christum. Orat instanter, et ad supplicandum Deo devote socios exhortatur. Quid plura? Responsum orando reportat et refert filiis nova salutis. Familiaris allocutio Christi in parabolis noscitur: Francisce, inquit, sic dices ad Papam. Mulier quaedam paupercula sed formosa in quodam deserto manebat. Adamavit eam rex quidam ob maximum illius decorem. Contraxit cum ea gratanter, et filios ex ea venustissimos genuit. Adultos iam illos et nobiliter educatos mater alloquitur: Nolite, inquit, verecundari, dilecti, eo quod pauperes sitis, nam illius [magni] regis estis filii omnes. Ad curiam eius itote gaudentes, et ab ipso vobis necessaria postulate. Audientes hoc illi mirantur et gaudent, et regiae stirpis sublevati promisso, futuros se scientes haeredes, omnem inopiam divitias reputant. Praesentant se regi audacter, nec pavent vultum cuius similem gestant imaginem. Cognita rex similitudine sua in illis, cuius essent filii mirando exquirit. Qui cum mulieris illius pauperculae in deserto morantis se filios affirmarent, amplexans [eos] rex:

11-12. *M om.* ad *et leg.* supplicandus 20. *R* mulier 20-21. *M* inquit, filii, verec. 22. *A om.* magni 27. *R* multum 28. *M* gerunt 30. *M om.* pauperculae 31. *A om.* eos

Mei, ait, estis filii et haeredes, timere nolite. Nam si de mensa mea nutriuntur extranei, iustius est ut enutriri faciam quibus haereditas tota de iure servatur. Mandat proinde rex mulieri ut omnes ex se genitos ad suam curiam pascendos transmittat. Laetus et gaudens sanctus efficitur de parabola, et sacrum oraculum protinus reportat ad Papam.

17. Mulier haec erat Franciscus multorum foecunditate natorum non factorum mollitie. Desertum mundus tempore illo incultus et sterilis doctrina virtutum. Filiorum venusta et larga progenies fratrum multiplex numerus et omni virtute decorus: Rex filius Dei, cui sancta paupertate consimiles eadem forma respondent, qui nutritiva de mensa regis, omni vilitatis rubore contempto, suscipiunt, cum imitatione Christi contenti, eleemosynisque viventes, per mundi opprobria futuros se beatos agnoscant. Miratur dominus Papa propositam sibi parabolam, et indubitanter Christum locutum in homine recognoscit. Recordatur visionis cuiusdam quam viderat diebus paucis ante transactis, quam et in hoc homine fore complendam, Spiritu sancto docente affirmat. Viderat in somnis Lateranensem basilicam fore proximam iam ruinae, quam quidam religiosus, homo modicus et despectus, proprio dorso submisso ne caderet sustentabat. Vere, inquit, hic ille est qui opere ac doctrina Christi substentabit Ecclesiam. Inde dominus ille petitioni eius tam facile se inclinat: hinc Dei devotione repletus Christi famulum speciali semper dilexit amore. Proinde postulata cito concessit, et hiis plura adhuc devotus concedere repromisit. Coepit exinde auctoritate sibi concessa virtutum semina spargere, civitates et castella circuiens praedicare ferventius.

10. tempore] *R* ipse *et leg.* incultior 17–18. *M* agnoscunt 19. *M om.* locutum 22. sancto] *M* se 28. tam] *R* iam

De Sancta Maria de Portiuncula. XII.

18. Servus Dei Franciscus, persona modicus, mente humilis, professione minor, in saeculo degens portiunculam pro se et suis de mundo elegit, ex quo aliter Christo, nisi de mundo aliquid haberet, servire non potuit. Non enim sine praescientia divini oraculi a diebus antiquis Portiuncula dictus est locus, qui debebat in illorum cedere sortem qui de mundo cupiebant penitus nil habere. Nam et in eo Virginis matris ecclesia erat constructa, quae sua singulari humilitate meruit post Filium suum caput omnium esse Sanctorum. In ea Minorum ordo principium sumpsit, ibidem multiplici numero velut supra stabile fundamentum eorum nobilis structura surrexit. Hunc locum sanctus adamavit prae omnibus, hunc praecepit fratres speciali reverentia venerari, hunc velut speculum religionis in humilitate ac paupertate altissima semper voluit custodiri, proprietatem ex eo aliis reservans, sibi et suis retinens usum tantum.

19. Servabatur ibidem rigidissima in omnibus disciplina, tam [in] silentio et labore, quam caeteris regularibus institutis. Nemini, nisi specialiter fratribus deputatis, ibidem patebat ingressus, quos undique aggregatos volebat sanctus vere [Deo] esse devotos, et ex omni parte perfectos. Sic et omni saeculari personae omnis penitus praecludebatur introitus. Nolebat ut fratres exsistentes ibidem, qui sub certo numero arctabantur, ad saecularium relationem prurirent auribus, ne contemplatione intermissa caelestium ad inferiorum commercia per rumigerulos traherentur. Non licebat ibidem alicui otiosa [verba] proferre, nec referre prolata per alios. Quod si

7. *R om.* Portiuncula 21. *A om.* in 24. *A om.* Deo 29. *R* paterent 31. *A om.* verba

quandoque per aliquem contingeret, ut ultra non adderet, poena docente, cavebat in posterum. Sine intermissione diebus ac noctibus exsistentes in loco divinis erant laudibus occupati, et odore miro fragrantes vitam ducebant angelicam. Merito quidem. Solebat enim veterum incolarum relatu Sancta Maria de Angelis alio nomine dici. Revelatum sibi a Deo felix pater dicebat, beatam Virginem, inter alias ecclesias ad suum honorem in mundo constructas, ecclesiam illam speciali amore diligere; ideo[que] sanctus eam prae caeteris plus amabat.

[*De quadam visione*]. XIII.

20. Visionem quamdam ante conversionem suam quidam [Deo] devotus frater de ipsa [ecclesia] viderat relatione condignam. Innumeros homines cernebat in visu dolenda caecitate percussos, facie directa in caelum, genibus flexis, in huius ecclesiae stare circuitu. Qui omnes lacrimabili voce, manibus protensis in altum, clamabant ad Deum, misericordiam postulantes et lumen. Et ecce ingens de caelo splendor advenit, se per omnes diffundens, qui lucem unicuique tribuit et salutem desideratam concessit.

De conversatione sancti Francisci et fratrum.

[*De rigore disciplinae*]. XIV.

21. Numquam parcebat corpori Christi strenuus miles, exponens illud, tamquam alienum a se, omnibus

1. *M* quando 7. *M* Relatum 14. *A om.* Deo *et* ecclesia 21. *M om.* omnes 23. Francisci] *M* patris 27. alienum] *R* alicuius

tam operum quam verborum iniuriis. Apostolicum scriptum excederet, quo sanctorum recitantur angustiae, si quis ea quae passus est iste redigere sub numero vellet. [Sic] etiam et tota illa prima schola sua omnibus se subdebat incommodis, ut nefas duceretur si quis in aliquo alio quam in consolatione spiritus respiraret. Nam cum circulis ferreis et loricis se cingerent et vestirent, vigiliis multis et ieiuniis macerati continuis, multoties defecissent, nisi pii pastoris monitione assidua rigorem tantae abstinentiae relaxassent.

[*De discretione sancti Francisci*]. XV.

22. Clamat una de ovibus nocte quadam, quiescentibus caeteris: Morior, fratres, morior ecce fame. Surgit protinus pastor egregius, et oviculae morbidae remedio debito subvenire festinat. Mensam parari iubet licet rusticanis refertam delitiis, ubi vini defectum, sicut et saepius, aqua supplevit. Incipit primus ipse comedere, et ad charitatis officium, ne tabescat frater ille rubore, reliquos fratres invitat. Sumpto cum timore Dei cibo, ne quid deesset officiis charitatis, longam filiis pater de virtute discretionis texit parabolam. Sale conditum sacrificium Deo semper reddere iubet, et ut vires proprias in Dei obsequio unusquisque consideret monet attente. Peccatum simile asserit indiscrete corpori subtrahere debitum, sicut imperante gula ei exhibere superfluum. Et addit: Quod feci ego manducans, charissimi, dispensatione non voluntate id factum noveritis, quia charitas fraterna mandavit. Sit vobis charitas in exemplum, non cibus, quia ille gulae, haec servit spiritui.

3. *R om.* iste 4. *A* Sed 23. *R om.* Deo semper 27. *R* addidit 31. *A* deservit

[*De providentia futurorum, et qualiter religionem commisit Romanae Ecclesiae, et quadam visione*]. XVI.

23. Vitae meritis continue pater sanctus ac virtute proficiens, cum natorum soboles multiplici ubique iam numero dilataretur et gratia, extenderetque usque ad fines orbis palmites fructuum fertilitate mirificos, coepit saepius meditari sollicitus qualiter illorum novella plantatio servari posset et crescere unitatis vinculo colligata. Videbat tunc contra pusillum gregem luporum more saevire quamplures, et de sola novitate dierum malorum inveteratos sumere occasionem nocendi. Praevidebat quaedam inter ipsos filios accidere posse sanctae paci et unitati contraria, et, sicut saepe accidit in electis, rebelles futuros quosdam suae carnis sensu inflatos et spiritu paratos ad iurgia et pronos ad scandala dubitabat.

24. Cumque vir Dei haec et similia saepius animo volveret, nocte quadam deditus somno visionem hanc videt. Inspicit gallinam parvam et nigram, columbae domesticae similem, crura tota pennata habentem cum pedibus. Haec pullos habebat innumeros, qui gallinam rotantes instanter sub alas eius omnes congregari nequibant. Surgit a somno vir Dei, ad cor meditata reducit, efficitur ipse suae visionis interpres. Gallina, inquit, [haec] sum ego statura pusillus, nigerque natura, cui columbina per innocentiam vitae debet famulari simplicitas, quae sicut aevo rarissima, sic expedite volat ad caelum. Pulli sunt fratres numero multiplicati et gratia, quos a conturbatione hominum et contradictione linguarum defendere Francisci virtus non sufficit. Vadam igitur et eos sanctae Romanae Ecclesiae commendabo, cuius po-

9. *M* possit 23. *M* alis 26. *A om.* haec 31. *M* et a c.

tentiae. virga percellantur malevoli, et filii Dei in aeterne salutis augmentum ubique plena gaudeant libertate. Recognoscent ex hoc filii dulcia beneficia matris, et speciali devotione semper ipsius reverenda vestigia complectentur. Non erit, ipsa protegente, in ordine malus occursus, nec filius Belial per vineam Domini transibit impunis. Paupertatis nostrae ipsa sancta aemulabitur gloriam, et humilitatis praeconia per superbiae nubilum offuscari non sinet. Charitatis et pacis in nobis vincula servabit illaesa, censura strictissima percutiens dissidentes. Evangelicae puritatis observatio sacra continue in conspectu eius florebit, nec odorem vitae vel ad horam patietur elabi. Haec huius amplectendae commendationis sancti Dei fuit intentio tota. Haec necessariae commissionis pro futuro tempore praescientiae viri Dei sanctissima documenta.

[*Qualiter dominum Ostiensem pro Papa petiit*]. XVII.

25. Veniens igitur Romam vir Dei, a domino Papa Honorio et Cardinalibus omnibus magna cum devotione suscipitur. [Siquidem] quod fragraverat fama, fulgebat in vita, resonabat in lingua, quibus suppetentibus indevotioni non restat locus. Praedicat coram Papa et Cardinalibus spiritu prompto et fervido, eructans de pleno quidquid spiritus suggerit. Commoventur in verbo eius montes, et de profundis visceribus alta trahentes suspiria lacrimis interiorem hominem lavant. Praedicatione finita paucisque familiari collatione cum domino Papa praemissis, tandem sic ipsum petendo alloquitur. Ad maiestatem

7-8. *L* ipsa mater sancta observatio sacra continentiae 11-12. *L* dissidentes evang. puritatis; 13. *L* elidi 22. *A* Sicque

tantam pauperibus et despectis viris de facili, domine, ut nostis, non datur accessus. Orbem quidem tenetis in manibus nec minimis intendere praegrandium rerum negotia sinunt. Propter quod, ait, [domine], a vestrae sanctitatis visceribus postulo hunc dominum Hostiensem [nobis] pro Papa concedi, ut salva semper vestrae praeeminentiae dignitate, possint fratres ad eum tempore necessitatis recurrere, et ab eo tam defensionis quam gubernationis beneficia reportare. Placuit in oculis Papae tam sancta petitio, moxque super religionem, sicut vir Dei petierat, dominum Hugonem, tunc Hostiensem Episcopum, statuit. Amplectitur sanctus ille Cardinalis gregem sibi commissum, eiusque sedulus nutritius factus, pastor et alumnus usque ad beatum exitum fuit. Speciali subiectioni praerogativa dilectionis et cura debetur, quam semper sancta Romana Ecclesia Minorum ordini exhibere non cessat.

Explicit prima particula.

1 tantam] *R* tuam 4-5. *A om.* domine 6. *A om.* nobis 7. *M om.* vestrae 12. *P* Ugolinum 16. *M* curae 17. *M om.* Ecclesia 19. *P* Expl. primum opus *M. om.*

Introitus ad secundam.

26. Insignia patrum praecedentium reservari ad memoriam filiorum, illorum honoris, horum vero amoris inditium est. Sane qui eorum praesentiam corporalem non attigerunt, ipsorum [saltem] gestis provocantur in bonum, promoventur in melius, dum patres temporum successione disiunctos memoranda testimonia filiis repraesentant. Ac primum [nec] modicum fructum inde consequimur, cognitione[m] propriae parvitatis, videntes quanta illis copia, quanta nobis inopia meritorum. Existimo autem beatum Franciscum speculum quoddam sanctissimum dominicae sanctitatis et imaginem perfectionis illius. Eius, inquam, omnia tam verba quam facta divinum quoddam divinitus redolent, quae si diligentem habeant inspectorem humilemque discipulum, cito salutaribus disciplinis imbutum summae illi philosophiae reddunt acceptum. Postquam igitur, vel tenui stilo, transitu quodam aliqua de ipso praemissa sunt, non superfluum puto de multis pauca subnectere, quibus et commendetur sanctus et noster somnolentus excitetur affectus.

[De spiritu prophetiae quem beatus Franciscus habuit]. I.

27. Beatus pater super mundana quadam elevatione subvectus, quidquid in orbe fuit mira virtute subegerat, cum summae illi luci semper obiectans oculum intellectus non solum agenda divina revelatione sciebat, sed praedicebat multa spiritu prophetiae.

1-22. *M om.* 1. *P* secundum opus 5. *A* tamen 8. *A* et 9. *A* cognitione

Occulta cordium rimabatur, noscebat absentia, praevidebat et [prae]narrabat futura. Probant exempla qu[od] dicimus.

[*Quod quemdam qui putabatur sanctus falsum esse cognovit*]. II.

28. Frater quidam erat, quantum a foris videbatur, sanctitatis eximiae, conversatione insignis, tamen admodum singularis. Omni tempore orationi vacans tanta districtione silentium observabat, quod consueverat non verbis, sed nutibus confiteri. In verbis Scripturae magnum concipiebat ardorem, ipsisque auditis mira dulcedine gestiebat. Quid multa? Ter sanctus ab omnibus tenebatur. Accidit beatum patrem venire ad locum, videre fratrem, audire sanctum. Commendantibus autem omnibus et magnificantibus illum respondit pater: Sinite, fratres, nec mihi in eo diabolica figmenta laudate. In veritate sciatis quod diabolica tentatio est et deceptio fraudulenta. Firmum mihi hoc est, indeque maxime comprobatum, quia confiteri non vult. Dure acceperunt hoc fratres, praecipue vicarius sancti. Et quomodo, inqui[unt], verum hoc esset, ut in tot perfectionis signis fraudum commenta subluderent? Quibus pater: Moneatur bis, vel semel [hebdomada] confiteri: quod si non fecerit, [cognoscetis] vera esse quae di[xi]. Assumit eum seorsum vicarius, et primo quidem cum eo familiariter iucundatur, ultimo confessionem iniungit. Respuit ille, imponensque digitum ori suo, excusso capite, innuit se nullatenus confessurum. Obticuerunt fratres, timentes scandalum falsi sancti. Non

2. *A* enarrabat 3. *A* quae 7. *R* conversationis 10. *A* non de verbis 12. *M om.* Ter 21. inquiunt] *A* hic inquirit 24. *A* obedientia 25. *A*, *M* scietis *A* dico 30. falsi] *R* viri

post multos dies religionem libens egreditur, convertitur ad saeculum, revertitur ad vomitum. Qui tandem facinora duplicans, poenitentia simul et vita privatus est. Cavenda semper singularitas, quae nihil aliud quam pulchrum praecipitium est. De qua pluribus singularibus experimento innotuit, quoniam ascendunt usque ad caelos et descendunt usque ad abyssos. Virtutem nihilominus devotae confessionis attende, quae non solum sanctum efficit sed ostendit.

[*Simile de quodam alio. Contra singularitatem*]. III.

29. Simile quoddam accidit in alio fratre nomine Thoma de Spoleto. Omnium de ipso et sana opinio et firma sententia sanctitatis. De quo iudicium sancti patris, quod perversus erat, apostasia tandem probavit. Non diu substitit, quia non in longum permanet fraude quaesita virtus. Exivit religionem, et extra eam mortuus novit modo quid fecerit.

[*Quomodo apud Damiatam Christianorum stragem futuram praedixit*]. IV.

30. Tempore quo Damiatam Christianorum exercitus obsidebat, aderat sanctus Dei cum sociis suis: siquidem fervore martyrii mare transierant. Cum igitur ad diem belli nostri pararentur in pugnam, audito hoc sanctus vehementer indoluit. Dixitque socio suo: Si tali die congressus fiat, ostendit mihi Dominus non [in] prosper[um] cedere Christianis. Verum

1. post m. dies] *M* multo post 4-9. *M om.* Cavenda – ostendit 12. *M* Omnium erat de ipso sana 22. *P* transierat 26. *A* prospere

si hoc dixero fatuus reputabor, si tacuero conscientiam non evadam. Quid ergo tibi videtur? Respondit socius eius dicens: [Pater], pro minimo tibi sit, ut ab hominibus iudiceris, quia non modo incipis fatuus reputari. Exonera conscientiam tuam, et Deum magis time quam homines. Exsilit ergo sanctus et salutaribus monitis Christianos aggreditur, prohibens bellum, denuntians casum. Fit veritas in fabulam, induraverunt cor suum et noluerunt adverti. Itur, committitur, bellatur, et de nostris dimicatur ab hostibus. In ipso vero pugnae tempore suspensus animo sanctus socium surgere ad intuendum facit, nihilque primo et secundo videntem tertio iubet inspicere. Et ecce tota in fugam versa militia christiana, finem belli opprobrium regerens, non triumphum. Tanta vero strage nostrorum imminutus est numerus, ut sex millia fuerint inter mortuos et captivos. Urgebat ergo sanctum de ipsis compassio, nec minus eo[s] poenitudo de facto. Verum praecipue Hispanos plangebat, quorum promptiorem in armis audaciam cernebat pauculos reliquisse. Noverint haec principes orbis terrae, et sciant quia contra Deum pugnare non est facile, idest contra Domini voluntatem. Exitiali fine terminari solet protervia, quae dum suis [vir]ibus nititur, caeleste subsidium non meretur. Si enim ex alto sperari debet victoria, divino sunt spiritu proelia committenda.

[*De fratre cuius cordis abscondita scivit*]. V.

31. Eo tempore cum reverteretur sanctus de ultra mare, socium habens fratrem Leonardum de Assisio,

3. *A om.* Pater 15. *M* ingerens 19. *A* eo 21–27. *M om.* Noverint – committenda 22. *R* hoc 25. *A* finibus

contigit eum itinere fatigatum et lassum parumper asinum equitare. Subsequens autem socius, et ipse non modicum fessus, coepit dicere intra se, humanum aliquid passus: Non de pari ludebant parentes huius et mei. En autem ipse equitat, et ego pedester asinum eius duco. Hoc illo cogitante, protinus de asino descendit sanctus, et ait: Non, frater, non convenit, inquit, ut ego equitem, tu venias pedes, quia nobilior et potentior in saeculo me fuisti. [Ob]stupuit illico frater, et rubore suffusus deprehensum se cognovit a sancto. Procidit ad pedes eius, et lacrimis irrigatus nudum cogitatum exposuit, veniamque poposcit.

[*De fratre super quem diabolum vidit; contra recedentes ab unitate*]. VI.

32. Alius erat frater fama coram hominibus celeber, gratia celebrior ante Deum. Cuius virtutibus invidens ille omnis invidiae pater, cogitat succidere arborem iam caelos tangentem, et de manibus coronam praeripere. Circuit, evertit, discutit et ventilat quae sunt eius, si quomodo aptum ponat obicem fratri. Ingerit ergo sub specie maioris perfectionis segregationis affectum, ut tandem irruens super solum citius cadere faciat, et cum solus ceciderit non habeat sublevantem. Quid multa? Separat se a fratrum religione, vadens per mundum peregrinus et hospes. De tunica habitus fecit tunicam parvam, ferens caputium tunicae non consutum, et sic per terras ibat in omnibus se contemnens. Factum est

9. *A* Et stupuit 16. *R* omnibus 20. *R* everrit *M om.* et ventilat 21. quomodo] *R* quem 22. fratri] *R* facti 27. habitus] *R* hic unus 28. ferens] *M* et caligas et 28–29. per – contemnens] *M* pertransibat vel potius oberrabat

autem, dum sic iret, ut mox divina consolatione subtracta procellosis tentationibus fluctuaret. Intraverunt aquae usque ad animam, et utroque homine sic desolato incedit velut avis quae festinat ad laqueum. [Iam] iamque velut circa voraginem in praecipitium ferebatur, cum paternae providentiae oculus miserum miseratus [re]spexit in bono. Vexatione siquidem intellectum recipiens, tandem ad se reversus sic ait: Revertere, o miser, ad religionem, quoniam ibi est salus tua. Non differt, protinus surgit, properat ad gremium matris.

33. Cum autem veniret [Senas] ad locum fratrum, erat [ibi] sanctus Franciscus. Mirum certe! mox ut vidit illum sanctus, profugit ab eo, et in cella raptu propero se reclusit. Commoti fratres percunctantur [causam] fugiendi. Quibus sanctus: Cur miramini fugam qui non advertitis causam? Ad orationis confugi praesidium ut liberarem erroneum. Vidi in filio quod iure displicuit; sed ecce iam Christi mei gratia delusio omnis discessit. Flexit se in genibus frater, et cum [verecundia se] culpabilem [pro]clamavit. Cui sanctus: Indulgeat tibi Dominus, frater. Sed caveas de caetero ne sub specie sanctitatis a tua religione et fratribus separeris. Factus est [autem] proinde dictus frater congregationis et societatis amicus, illis maxime devotus collegiis, in quibus regularis observa[ntia] magis viget. O magna in concilio iustorum et congregatione opera Domini! In ea siquidem vexati continentur, elisi eriguntur, tepidi provocantur, in ea ferrum ferro acuitur et frater [a] fratre adiutus quasi firma civitas stabilitur; et licet prae turba saecularí Iesum videre non possis, minime

5. *A om.* Iam 7. *A* inspexit 12. Senas] *A* frater 13. erat ibi] *A* in quo erat 15. *M* recludit 16. *A* materiam 19. *M* quod de iure 21–22. *A* reverentia culp. reclamavit 24. *A om.* autem 27. *A* observatio 27–3 *(p. 195). M om.* O magna - accipito 31. *A om.* a

tamen impedit angelica turba caelorum. Tantum ne fugias, et vitae coronam fidelis usque ad mortem accipito.

[*Simile de alio quodam.*]

34. Paulo post non multum dissimile in alio evenit. Unus aliquis ex fratribus non se vicario sancti subdebat, sed quemdam alium fratrem sequebatur ut proprium praeceptorem. Monitus autem per internuntium a sancto, qui praesens erat, confestim ad pedes vicarii se proiecit, et primo praeceptore contempto, illi obtemperat, quem [ei] sanctus constituit in praelatum. Sanctus autem ex alto suspirium traxit, et socio suo quem pro internuntio miserat dixit: Vidi, frater, diabolum super fratris inobedientis dorsum, collum eius tenentem adstrictum. Qui tali sessore subactus, freno obedientiae spreto, instinctus eius sequebatur habenas. Et cum rogarem, inquit, Dominum pro fratre, subito daemon confusus abscessit. Talibus vir iste vigebat obtutibus, oculos habens ad corporea debiles, ad spiritualia perspicaces. Et quid mirum, si turpi sarcina praegravetur qui ferre non vult Dominum maiestatis? Nihil, inquam, medium: Aut onus leve portabis, quo magis ipse portaberis, aut mola asinaria collo suspensa sedebit iniquitas super talentum plumbi.

[*Quomodo homines de Graecio a luporum morsibus et grandine liberavit.*] VII.

35. In loco fratrum de Graecio sanctus placito morabatur, tum quia paupertate divitem esse cer-

7. *M* alterum 11. ei] *A* illi 15. *R* obstrictum 19-25. *M om.* Talibus – plumbi 20. *R* corpora 29. *M* paupertatem

nebat, tum quia in remotiori cellula saxo prominente constructa vacabat liberius caelestibus disciplinis. Hic ille locus est in quo pridem pueri Bethleemitis natalem recoluit, factus cum puero puer. Accidit autem ut indigenae malis multiplicibus vexarentur; nam luporum rapacium multitudo non solum bruta sed [et] homines consumebat, grando vero annua tempestate bladum et vineas devastabat. Quadam vero die dum praedicaret eis beatus Franciscus, dixit: Ad honorem et laudem [omnipotentis Dei] audite quam vobis annuntio veritatem. Si quisque vestrum confiteatur peccata, dignos[que] faciat poenitentiae fructus, fideiubeo vobis quo[d] pestilentia haec omnis absced[e]t, et respiciens vos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis. Verumtamen, ait, et hoc audite: Iterum annuntio vobis, quod si beneficiis ingrati ad vomitum [con]versi fueritis, innovabitur plaga, duplicabitur poena, et maior in vobis ira desaeviet.

36. Factum est itaque meritis et orationibus sancti patris, quod ab illa hora cessaverunt clades, periere pericula, nec molestiae quidquam lupi intulere, vel grandines. Immo, quod maius est, si quando vicinorum arva grando pervaderet, istorum ter[min]is appropinquans aut terminabatur [ib]idem aut in partem aliam divertebat. Data requie, multiplicati sunt nimis, nimisque repleti temporalibus bonis. Sed effecit quod solet prosperitas; operiuntur siquidem crassitudine facies et adipe temporalium, vel stercore potius excaecantur. Tandem ad peiora relapsi obliti sunt Dei, qui salvavit eos. Non tamen impune, quia divinae censura iustitiae lapsum minus vindicat quam relapsum. Excitatur furor Dei contra eos, et reversis

5. *M* gravarentur 6. *A om.* et 10. *A* Domini mei 11. *M* denuntio 12. *A om.* que 13. *A* quoniam 14. *A* abscedit 17. *A* reversi 19. *R* ita 23. *A* terris 24. *A* quidem 26. *M* efficit *R* effecti 31. *M* iudicat

quae discesserant malis, gladius insuper additus est humanus, et e caelo mortalitas imperata quam multos assumpsit; totum denique castrum flammis ultricibus concrematum est. Utique iustum est beneficiis terga vertentes in exitia devenire.

[*Quomodo Perusinis praedicans futuram in eis seditionem praedixit, et de commendatione unitatis.*] VIII.

37. Post dies aliquot cum semel beatus pater de praedicta cella descenderet, fratribus qui aderant querula voce dixit: Multa mala fecerunt homines Perusini vicinis suis, et elevatum est cor eorum ad ignominiam sibi. Verumtamen prope est ultio Dei, et manus eius ad gladium e[st]. Paucis autem elapsis diebus, surgit in fervore spiritus et versus civitatem Perusium dirigit cursum. Liquido fratres perpendere potuerunt aliquam visionem ipsum in cella vidisse. Deveniens ergo Perusium populo congregato incipit praedicare; cumque milites in equis, ut assolet, [currerent] et in ludis militaribus arma tenentes verbum [Dei] praepedirent, conversus sanctus ad eos ingemuit dicens: O miserorum hominum miseranda vecordia, qui non considera[ti]s, nec time[ti]s iudicium Dei! Sed audite quae Dominus per me pauperculum vobis annuntiat. Dominus, inquit, exaltavit [v]os super omnes qui in circuitu vestro sunt; propter quod vicinis benigniores, Deo gratiores exsistere deberetis: sed ingrati gratia[e] manu armata vicinos impetitis, occiditis et vastatis. Dico vobis non relinquetur inultum, sed ad graviorem punitionem fa-

14. est] *A* eius autem] *M* igitur 19-20. *A* cucurrerunt 21. *A om.* Dei 23. *A* considerans nec timens 25. *A* nos 28. *A* gratia

ciet vos Deus intestino bello subruere, ita ut unus in alterum mutua seditione consurgat. Docebit indignatio qu[o]s dignatio non instruxit. Non post multos dies oritur scandalum inter eos, corripiuntur arma in proximos, saeviunt in milites populares, et verso gladio nobiles in plebeios; ultimo tanta immanitate ac caede certatum est, quod etiam vicini, quos offenderant, condolebant. Dignum laude iudicium! Nempe quoniam ab uno et summo recesserant, necesse fuit ut nec in eis unitas remaneret. Fortius in republica vinculum esse non potest quam pius in Deum amor, sincera et non ficta fides.

[*De muliere cui praedixit virum suum de malo futurum bonum*]. IX.

38. Illis diebus cum ad Cellam de Cortona vir Dei transiret, quaedam nobilis mulier, de castro quod Volusianum dicitur, hoc audito festinat ad illum, et longo cursu fatigata, quippe quia delicata nimis erat et tenera, tandem pervenit ad sanctum. Cuius lassitudinem et interclusos anhelitus videns, miseratus pater sanctissimus dixit ad eam: Quid tibi, domina, placet? At illa: Pater, ut mihi benedicas. Et sanctus; Nupta es, an innupta? Respondit dicens: Pater, habeo virum valde crudelem, quem adversarium patior in servitio Iesu Christi, et iste mihi dolor praecipuus, quod bonam voluntatem, quam mihi Dominus inspiravit, marito praepediente, non exsequor: unde quaero, sancte, ora pro ipso, ut divina misericordia humiliet cor illius. Miratur pater virilem in femina, senilem animum in puella, et pietate per[mo]tus ait: Vade, filia benedicta, et scias de viro tuo consolatio-

3. quos] *A* qui vos 8-12. *M om.* Dignum-fides 20. *M om.* videns 30. *A* pertractus

nem tibi [de] proxim[o] affuturam. Et adiecit: Dices ei ex parte Dei et mea, quod nunc est tempus salutis, postmodum aequitatis. Benedictione accepta, revertitur mulier, invenit virum, denuntiat verbum. Cecidit subito super eum Spiritus sanctus, et novum factum de veteri cum omni mansuetudine respondere sic facit: Domina, serviamus Deo, et salvemus animas nostras in domo nostra. Respondit uxor: Videtur mihi continentia velut fundamentum quoddam in anima collocandum, et reliquae tandem superaedificandae virtutes. Et hoc, inquit ille, mihi sicut et tibi placet. Exinde pluribus annis coelibem vitam agentes, eodem die, unus matutinum holocaustum, alter quasi sacrificium vespertinum, feliciter migraverunt. Felix mulier, quae sic herum mollificavit ad vitam! Impletur in ea illud Apostoli: Salvatus est vir infidelis per mulierem fidelem. Sed tales, ut communi proverbio utar, possunt hodie digitis numerari.

[*Quomodo per spiritum cognovit fratrem qui scandalizaverat fratrem, quem religionem exiturum praedixit*]. X.

39. Duo fratres venerunt aliquando de Terra Laboris, quorum antiquior intulit multa scandala iuniori. Erat, inquam, non socius sed tyrannus. Iunior vero omnia propter Deum [miro] silentio substinebat. Cum autem venissent Assisium et intrasset iunior ille ad sanctum Franciscum, erat siquidem familiaris eidem, dixit inter alia sanctus: Qualiter erga te socius tuus se habuit in hoc itinere? Qui respondit:

1. *A* proxime 15–19. *M om.* Felix – numerari 16. *R.* Sanctificatus 26. *A* tanto *R* raro 27. *R* venirent 30. *M om.* in hoc itinere

Utique satis bene, pater charissime. Cui sanctus: Cave, frater, ne sub humilitatis specie mentiaris. Scio enim qualiter erga te se habuit; sed exspecta modicum, et videbis. Miratus est perplurimum frater, quomodo tam absentia per spiritum cognovisset. Igitur non post multos [dies], contempta religione, foras arripitur qui scandalum fecerat fratri suo. Absque dubio perversitatis est signum et deficientis sensus evidens argumentum, eadem via eamdem non habere cum bono comite voluntatem.

[*De iuvene qui venit ad religionem, quem cognovit non spiritu Dei ductum*]. XI.

40. Hiisdem diebus venit Assisium quidam nobilis puer de Luca, volens religionem intrare. Qui, repraesentatus sancto Francisco, flexis genibus preces cum lacrimis offerebat ut eum reciperet. Intuens autem in eum vir Dei statim cognovit per spiritum spiritu illum non agi. Dixitque illi: Miser atque carnalis, quare Spiritui sancto et mihi mentiri posse confidis? Carnaliter plangis et cor tuum cum Deo non est. Vade, inquit, quoniam nihil spiritualiter sapis. Hiis dictis nuntiantur ad ostium stare parentes, quaerentes filium capere captumque reducere; et exiens foras ad illos tandem voluntarie rediit. Mirantur proinde fratres, Dominum in suo sancto laudantes.

[*De quodam clerico ab eo sanato, quem propter peccatum suum peiora passurum praedixit*]. XII.

41. Tempore quo sanctus pater iacebat infirmus in palatio episcopi Reatini, canonicus quidam nomine

6. *A om.* dies 7-10. *M om.* Absque-voluntatem 17. *M* agnovit 19. quare] *R* quia 22. *R* nuntiant 30. canonicus] *M* praebendarius

Gedeon, lubricus et mundanus, infirmitate correptus et doloribus undique circumseptus lectulo decubabat. Qui faciens se deferri ante sanctum Franciscum rogat cum lacrimis ut ab eo crucis signaculo consignetur. Ad quem sanctus: Cum vixeris olim secundum desideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodo te cruce signabo? Et intulit: Ego te, ait, signo in nomine Christi; tu tamen scito te graviora passurum si ad vomitum redieris liberatus. Et subdi[dit]: Propter peccatum ingratitudinis semper peiora prioribus inferuntur. Signo itaque crucis in eum facto, statim qui contractus iacuerat surrexit sanus, et in laudem prorumpens: Ego, ait, sum liberatus. Insonuerunt autem ossa renum eius, audientibus multis, veluti cum manu ligna sicca franguntur. Paucis autem interlapsis temporibus, Dei oblitus, corpus impudicitiae reddit. Qui cum sero quodam coenaret in domo alterius concanonici sui, nocteque illa dormiret ibidem, subito super omnes corruit tectum domus. Caeteris autem evadentibus mortem, solus miser interceptus atque interemptus est. Nec mirum, si, ut sanctus dixit, secuta sunt eum peiora prioribus, cum de accepta venia gratum esse oporteat, et duplo displiceat facinus iteratum.

[*De quodam fratre tentato*]. XIII.

42. Manente sancto in eodem loco, frater quidam spiritualis de custodia Marsicana, qui gravibus tentationibus vexabatur, dixit in corde suo: Oh! si unquam aliquid vel saltem parum de unguibus sancti Francisci haberem mecum, credo equidem tota haec ten-

1. *M* correctus 8. Christi] *M* Dei 9. *A* subdit 17-18. domo-sui] *M* camera cuiusdam canonici Reatini 23. venia] *M* misericordia 28. *M om.* unquam

tationum procella diffugeret, rediretque, Domino favente, tranquillum. Obtenta igitur licentia ad locum se confert, causam uni de sociis sancti patris exponit. Cui respondit frater: Non mihi possibile credo de unguibus [tibi] tribuere, quoniam etsi aliquando eos ipsi praecidimus, [proiici] iubet, prohibens ne servemus. Illico acclamatur frater, et ad sanctum, qui eum quaerebat, ire iubetur: Quaeras, [ait], mihi forfices, fili, quibus ungues meos protinus circumcidas. Profert ille ferrum quod propter idipsum iam in manibus sumpserat, et prominentes cesuras excipiens, fratri qui petierat tradit; quas ille devote suscipiens, conservat devotius, et statim ab omni impugnatione liber efficitur.

[*De homine qui pannum obtulit iuxta quod sanctus primitus petiit*]. XIV.

43. In eodem loco tunicula vetusta contectus pauperum pater dixit semel uni de sociis, quem suum statuerat guardianum: Vellem, frater, si posses, ut pannum mihi pro una tunica invenires. Revolvit in mente sua frater, hoc audiens, quomodo pannum tam necessari[um] tamque humiliter postulatum acquirat. In crastino autem, summo diluculo, procedit ad portam iturus ad villam pro panno: et ecce homo quidam iuxta ostium sedens, volens loqui illi, qui dixit ad fratrem: Amore Dei accipe a me pannum pro sex tunicis, et una quidem tibi retenta, reliquas pro anima mea distribue, sicut placet. Exhilaratus frater redit ad fratrem Franciscum, et caelitus factam oblationem

1. *A* impossibile 5. *A om.* tibi 6. *A om.* proiici 8. *A om.* ait 9. *R* circumcidam 15–3 (*p. 204*). *M om. cap. XIV et XV, quae in libro miraculorum sunt translata (Mirac. 35, 36). Tituli desumuntur ex Rubricis, vid. sup. p. 157.* 22. *A* necessario 27. una] *R* unica

denuntiat. Cui pater: Accipe tunicas, quia in hoc missus est, ut meae necessitati taliter subveniret. Gratias, inquit, illi qui solum de nobis videtur esse sollicitus.

[*Quomodo medicum suum cum nihil fratres haberent ad prandium invitavit et quanta de subito Dominus dedit; et de providentia Dei circa suos*]. XV.

44. Commorantem beatum virum in eremitorio quodam, iuxta Reate, medicus pro cura oculorum quotidie visitabat. Quadam vero die dixit sanctus ad suos: Invitate medicum et date illi optime manducare. Respondit ei guardianus dicens: Pater, cum rubore dicimus, verecundamur ipsum invitare, tantum nunc pauperes sumus. Respondit sanctus dicens: Quid vultis ut iterum dicam? Medicus, qui adstabat, dixit: Et ego, fratres charissimi, penuriam vestram delitias reputabo. Festinant fratres, et omnem cellarii copiam mensae imponunt, panis scilicet modicum, vini non multum, et, ut lautius ederent, parum leguminis coquina transmittit. Interim mensa Dei servorum mensae compatitur, pulsatur ostium, accurritur protinus, et ecce mulier quaedam canistrum offert plenum pulcro pane, piscibus et pastillis gammarorum refertum, melle et uvis desuper cumulatum. Exsultat pauperum mensa hiis visis, et vilibus crastino reservatis, pretiosa hodie sumuntur in cibum. Medicus vero suspirando locutus est dicens: Nec vos, fratres, sicut debetis, nec nos saeculares huius viri cognoscimus sanctitatem. Satiati denique non fuissent, nisi plus eos miraculum quam ferculum satiasset. Sic paternus ille oculus nequaquam despicit suos, quin potius maiori defectu mendicos maior

3. *R* solus

providentia nutrit. Largiori mensa pauper pascitur quam tyrannus, quanto Deus homine profusior largitate.

[*Quomodo fratrem Ricerium a tentatione liberavit.*

Frater quidam Riccerius nomine, tam moribus quam genere nobilis, in tantum de beati Francisci meritis praesumebat ut divinam profecto mereri gratiam crederet si quis ipsius sancti dono benevolentiae potiretur, aut si quis illa careret Dei iracundiam mereretur. Cumque ad obtinendum familiaritatis illius beneficium vehementius aspiraret, timuit valde ne quid occulte in ipso vitii fore sanctus deprehenderet, cuius occasione se ab eius gratia magis elongari contingeret. Igitur timore huiusmodi iam dictum fratrem quotidie ac graviter affligente, nec illo cogitationem suam alicui revelante, contigit ipsum die quadam solito more turbatum ad cellam in qua beatus Franciscus orabat accedere. Cuius adventum simul et animum vir Dei cognoscens, ei benigne ad se vocato sic ait: Nullus te timor de caetero, nulla te, fili, conturbet tentatio quoniam carissimus mihi es, et inter praecipue caros speciali charitate te diligo. Securus ad me, cum tibi placuerit, venias, et a me libere pro tua voluntate recedas. Obstupuit non modicum et laetatus est ille frater in sermonibus sancti patris, et deinceps de ipsius dilectione securus, crevit etiam sicut crediderat in gratia Salvatoris.]

[*De duobus fratribus quos exiens de cella benedixit, quorum desiderium per Spiritum cognovit*]. XVI.

45. Mos erat sancto Francisco integrum diem solitaria in cella transigere, nec ad fratres reverti, nisi sumendi cibi necessitas perurgeret. [Non] tamen signatis horis coenaturus exibat, quoniam edacior contemplationis fames totum sibi frequentius vindicabat. Contigit autem quandoque ad locum de Graecio duos

4-24. *A om. Cf. sup. p. 51, 52, n. 49, 50.* 18. *M* Nullius 27. *M* Mox 29. Non] *A* Hinc 30. exibat] *M* se exhibet 32. *M* Gregio

fratres, Deo dignam conversationem habentes, a remotis venire. Veniendi autem ratio tota videre sanctum, et benedictionem eius diu optatam recipere. Venientes igitur et non invenientes, quoniam de publico iam ad cellam redierat, contristati sunt miro modo. Et quoniam exitus dubius longam dictabat moram, suis meritis hoc adscribentes desolati recedunt. Prosequentibus autem illos sociis beati Francisci et consolantibus desolatos, cum iam a loco quasi iactu lapidis abscessissent, repente post eos sanctus inclamat, dixitque uni de sociis: Dic fratribus meis qui huc venerunt, quod respiciant ad me. Cumque dicti fratres verterent facies ad illum, crucis eos signo signavit et affectuosissime benedixit. At illi tanto laetiores effecti, quanto et proposit[um] et miraculum utilius consecuti, reversi sunt laudantes et benedicentes Dominum.

[*Quomodo de petra orando aquam eduxit et sitienti rustico dedit*]. XVII.

46. Volens quandoque beatus Franciscus ad quemdam eremum pergere, ut ibidem liberius contemplationi vacaret, quia debilis erat non modicum a quodam paupere viro ad equitandum obtinuit asinum. Cumque diebus aestivis virum Dei sequendo montanea conscenderet rusticus, asperioris et longioris viae itinere fatigatus, antequam perveniret ad locum, ardore sitis deficit et lassatur. Clamat post sanctum instanter, et ut sui misereatur exorat; mori se asserit, nisi alicuius poculi beneficio recreetur. Sanctus Dei, qui

4-5. de publico] *M* dupplico 8. *M* illis 11. *M* dicitque 13. *R* faciem 15. *A* proposito 18-15 *(p. 206). M om. cap. XVII in Libro miraculorum translatum (Mirac. 15). Titulus desumitur ex Rubricis, vid. sup. p. 157.* 20-21. *R* quamdam 24. *R* montaneam

afflictis semper erat compatiens, absque mora prosilivit de asino, et fixis in terra genibus palmas tetendit ad caelum, orare non cessans donec se sensit auditum: Festina, inquit ad rusticum, et illic aquam invenies, quam tibi hac hora misericorditer Christus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quae servis suis tam facile se inclinat! Bibit rusticus aquam de petra orantis virtute, et poculum hausit de saxo durissimo. Aquae decursus ibidem ante non fuit, nec, ut est diligenter quaesitum, deinceps potuit inveniri. Quid mirum si sancto Spiritu plenus iustorum omnium repraesentat in se gesta miranda? Nam qui specialis gratiae munere Christo coniungitur, non magnum si cum reliquis sanctis similia operatur.

[*De aviculis ab ipso nutritis quorum unus propter avaritiam mortem incurrit*]. XVIII.

47. Sedebat ad mensam cum fratribus die quadam beatus Franciscus; aviculae quaedam mas et femina veniunt, et novorum educatione natorum sollicitae, de mensa sancti quotidie micas pro voto suscipiunt. Exsultat sanctus in talibus, blanditur illis ut assolet, et de industria eis offert annonam. Die quadam pater et mater filios offerunt fratribus, quasi eorum nutritos expensis, et assignantes pullulos fratribus ultra non apparent in loco. Mansuescunt pulli cum fratribus, et eorum manibus insidentes, non ut hospites sed ut accolae versantur in domo. Saecularium hominum declinant aspectum, et fratrum tantum se profitentur alumnos. Observat hoc sanctus et stupet, fratresque invitat ad gaudium: Videte, ait, quid fratres nostri pectusrubei fecerint, quasi ratione

7. tam] *R* quam 14. si] *R* sed 32. nostri] *M* mei

vigerent? Dixerunt enim: Ecce, fratres, vobis nostros praesentamus natellos, qui vestris nutriti sunt micis. Disponite de illis ut libet; ad alios nos lares transimus. Mansuescunt itaque ex toto cum fratribus et unanimiter capiunt cibum. Sed avaritia rumpit concordiam, dum minores persequitur maioris elatio. Saturatus namque maior pro libitu reliquos repellit a cibo. Videte, inquit pater, quid hic facit avarus. Plenus ipse ac satur famelicis fratribus invidet. Mala adhuc morte necabitur. Verbum sancti confestim ultio sequitur. Super vasculum aquae fratrum turbator ascendit ut bibat, qui subito in aqua suffocatus interiit, nec gattus invenitur nec bestia quae ausa fuerit sancti anathema contingere. Horrendum malum avaritia hominum, quando sic punitur in avibus. Timenda est et sanctorum sententia, quam tanta facilitate vindicta subsequitur.

[*Quod ea quae de fratre Bernardo praedixit omnia sunt completa*]. XIX.

48. Alio quodam tempore de fratre Bernardo, qui secundus in ordine frater exstiterat, prophetice sic locutus est: Dico vobis quod fratri Bernardo dati sunt ad exercitium subtilissimi daemones et inter alios spiritus nequiores, quorum etsi semper invigilet studium, [ut] stellam faci[a]nt de caelo corruere, alius tamen erit exitus rei. Tribulabitur quidem, stimulabitur, affligetur, sed tandem ex omnibus triumphabit. Et addidit: Circa mortem eius omni tempestate submota, omni tentatione iam victa, mira tranquillitate ac pace fruetur, cursuque consummato feliciter mi-

3. ad] *M* et 4. *R* remisimus 10. adhuc] *R* ob hoc 25. *A* in *et* facient 29. tentatione] *R* tempore *et om.* victa

grabit ad Christum. Revera sic factum est: miraculis mors eius inclaruit, et ad punctum, sicut vir Dei praedixerat, sic evenit; unde et fratres in eius morte dixerunt: Vere non fuit cognitus, dum viveret, frater iste. Sed huius Bernardi laudes aliis narrandas relinquimus.

[*De fratre tentato qui de manu sancti aliquod scriptum habere volebat*]. XX.

49. Dum maneret sanctus in monte Alvernae cella reclusus, unus de sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini recreabile scriptum manu sancti Francisci breviter adnotatum. Gravem enim qua vexabatur tentationem, non carnis sed spiritus, credebat ex hoc evadere, vel certe levius ferre. Tali desiderio languens pavebat rem aperire patri sanctissimo; sed cui homo non dixit spiritus revelavit. Quadam enim die vocat eum beatus Franciscus dicens: Porta mihi cartam et atramentum, quoniam verba Dei et laudes eius scribere volo, quae meditatus sum in corde meo. Allatis protinus quae petierat, scribit manu propria laudes Dei et verba quae voluit, et ultimo benedictionem fratris, dicens: Accipe tibi cartulam istam, et usque ad diem mortis tuae custodias diligenter. Fugatur statim omnis illa tentatio; servatur littera, et in posterum miranda effecit.

[*De eodem fratre cui iuxta suum desiderium tunicam dedit*]. XXI.

50. In eodem fratre aliud sancti patris mirabile claruit. Nam tempore quo infirmus iacebat in

5. frater] *M* sanctus *et leg.* et aliis 11. *M* Dei *R* memorabile
12. *R* de manu sancti Francisci] *M* ipsius

palatio apud Assisium, dictus frater cogitavit apud se dicens: En morti appropinquat pater, et quamplurimum consolaretur anima mea, si post mortem haberem tunicam patris mei. Quasi cordis desiderium oris petitio fuerit, post [parum] vocat eum beatus Franciscus dicens: Tibi trado tunicam istam; accipe eam, ut tua de caetero sit. Quam licet ipse fera[m] dum victito, tibi tamen cedat in morte. Miratus de tanta patris profunditate frater, tunicam tandem consolatus accepit, eamque postmodum in Franciam devotio sancta transvexit.

[*De petrosillo ad eius iussum inter herbas agrestes de nocte invento*]. XXII.

51. In ultimo suae infirmitatis tempore, nocturnis tenebris petrosillum comedere volens, humiliter petiit. Vocatus coquinarius ut afferret, nihil in horto tunc se colligere [posse] respondit, dicens: Petrosillos quotidie decerpsi, tantumque praecidi, quod legere quidquam inde etiam luce clara vix possum. Quanto magis, oppansis nunc tenebris, discernere eos inter herbas alias non valebo. Cui sanctus: Vade, frater, nec sit grave, et primas quas manu contigeris herbas afferto. Ivit frater in hortum, et agrestes herbas quae nihil videnti occurrerunt evellens, domum detulit. Aspiciunt fratres herbas silvestres, eisque diligentius revolutis, petrosillum frondosum et tenerum inveniunt inter ipsas. De quo parum comedens sanctus multum confortatus est. Dixit autem fratribus pater: Fratres mei, primo verbo praeceptum implete, nec exspectetis iterandum quod di-

5. parum] *A* statim *M* parum statim 8. *A* ferat 8-9. *R* Miratur 16. *R* afferat 17. *A om.* posse 22. *M* ne sit tibi grave 26. *R* diligenter 29. mei] *M* carissimi

citur. Nihil enim impossibilitatis causemini, quoniam etsi supra vires ipse mandarem, viribus obedientia non careret. Huc usque spiritus prophetiae praerogativam spiritus commendavit.

[*De fame quam post mortem suam futuram praedixit*]. XXIII.

52. Sancti viri mira quaedam de se loqui sancti Spiritus instinctu quandoque coguntur, cum videlicet aut gloria Dei exigit revelare sermonem, aut in aedificationem proximi ordo postulat charitatis. Hinc est quod beatus pater die quadam fratri cuidam, quem plurimum diligebat, retulit verbum istud quod tunc de sibi familiari reportaverat secretario maiestatis. Hodie, inquit, est aliquis servus Dei super terram propter quem, donec vixerit ipse, non permittit Deus famem super homines desaevire. Nihil vanitatis habuit, sed sancta relatio quam in aedificationem nostram verbis sanctis, modestis, illa quae non quaerit quae sua sunt, sancta charitas eructavit; nec erat tam mirae dilectionis praerogativa Christi

De fame quam post mortem suam futuram praedixit.

Sancti viri mira quaedam de se loqui, sancti Spiritus instinctu quandoque coguntur, cum scilicet aut gloria Dei exigit revocare sermonem, aut aedificatio proximi hoc requirit. Hinc est quod beatus pater die quodam fratri cuidam quem diligebat attentius retulit verbum huiuscemodi, prout sibi erat a Domino revelatum. Hodie, inquit, est aliquis servus Dei super terram propter quem, dum vixerit, non permittet Dominus famem super homines desaevire. Hoc in aedificationem proximi charitas eructavit quod praerogativa dile-

1. enim] *M* etiam 2. *R* super 3–4. *M om.* Huc – commendavit

ad servum suum inutili silentio subticenda. Scimus enim omnes qui vidimus quam quieta et pacifica, donec vixit Christi famulus, cucurrerint tempora, quanta exuberaverint omnium fertilitate bonorum. Non enim fames verbi Dei, cum praedicantium verba tunc maxime fuerint plena virtute, cum auditorum corda cunctorum probabilia fuerint Deo. Exempla sanctitatis refulgebant in religiosa imagine, nec hypocrisis dealbatorum adhuc infecerat sanctos tantos, nec etiam doctrina se transfigurantium curiositatem induxerat tantam. Merito proinde bona tempor[alia] abundabant, cum sic aeterna forent vere omnibus in amore.

53. Sublato siquidem illo, verso penitus ordine, immutata sunt omnia; nam bella et seditiones invaluere ubique, et diversarum mortium strages subito regna plura pervasit. Famis quoque immanitas se longe lateque diffudit, et ipsius crudelitas, quae rerum omnium acerbitates exsuperat, assumpsit quam multos. Omnia enim necessitas tunc vertit in cibum, et quae brutis non edere usus fuit humanis conficienda dentibus ingerebat. Nucum siquidem testis et arborum corticibus conficiebantur panes, nec filii mortem, ut loquatur mitius, sicut confessione cui[us]-dam claruit, fame compulsa paterna pietas doluit.

ctionis Christi suo servo revelaverat non tacendum. Manifestum est enim quod dum vixit vir Dei fuerunt pacifica tempora, nec fames verbi Dei fuit, nec alimentorum necessariorum ad vitam. Sed illo sublato, verso penitus ordine, immutata sunt omnia, quia bella et seditiones invaluerunt ubique et famis immanitas se longe lateque diffudit, cuius crudelitas quam multos assumpsit. Tantus enim post eius obitum fuit necessariorum defectus, ut nucum testibus et arborum corticibus conficerentur panes, et quae brutis non edere usus fuit humanis conficienda dentibus ingereret extrema

11. *A* temporibus 17. quoque] *R* ergo 24. *R* loquamur 24–25. *A* cuidam

Sed ut liquido clareat quis servus fuerit ille fidelis, pro cuius amore animadversio divina manum suspenderit a vindicta, beatus pater Franciscus, post mortem suam paucis elapsis diebus, frat[ri] cui vivens futuram praedixerat cladem, se illum fore Dei famulum manifeste detexit. Nam nocte quadam cum frater ille dormiret, clara eum voce vocavit dicens: Frater, iam venit fames quam, donec viverem ego, venire super terram Dominus non permisit. Excitatus frater ad vocem, retulit postmodum cuncta per ordinem. Tertia vero nocte post haec iterum illi sanctus apparuit et verba similia replicavit.

necessitas. Ut autem liquido clareret beatum Franciscum fuisse servum illum fidelem, pro cuius amore animadversio divina manum suspenderat a vindicta, ipse beatus pater, post mortem suam paucis elapsis diebus, fratri cui vivens futuram praedixerat cladem apparuit, et se illum fore Domini famulum manifeste detexit. Nam nocte quadam cum frater ille dormiret, clara eum voce vocavit dicens: Frater, iam venit fames quam, donec viverem ego, venire super terram Dominus non permisit. Excitatus frater ad vocem, retulit postmodum per ordinem universa. Tertia vero nocte post haec iterum illi sanctus apparuit et verba similia replicavit.

[*De claritate sancti et ignorantia nostra*]. XXIV.

54. Extraneum videri nemini debet si propheta nostri temporis talibus privilegiis enitebat; nimirum terrenarum caligine rerum solutus, carnisque voluptati [non] subditus, liber vol[a]bat intellectus ad summa, purus ingrediebatur in lucem. Sic lucis aeternae irradiatus fulgoribus a Verbo trahebat quod resonabat in verbis. Heu! quantum hodie dissimiles

4. *A* frater 9–10. *R* Excitatur 10. *R* postea 24–8 *(p. 213)*. *M om. Cap. XXIV. Titulus desumitur ex Rubricis.* 27–28. voluptati non] *A* voluptatibus 28. *A* volebat

sumus, qui tenebris involuti etiam necessaria ignoramus! Qua credis ex causa, nisi quia carnis amici ipsi quoque inserimur pulveri mundanorum? Nempe si corda nostra cum manibus levaremus in caelum, si eligeremus suspendium in aeterna, sciremus forsitan quae nescimus: Deum et nos. In coeno versantem coenum videre necesse est; caelo oculum inhaerentem impossibile est caelestia non videre.

De paupertate.

[*De paupertate et laude ipsius*]. XXV.

55. In valle lacrimarum positus pater iste beatus communes filiorum hominum opes inopes dedignatur, celsioris siquidem ambitiosus fastigii de omni corde suo inhiat paupertati. Hanc Filio Dei familiarem attendens, iam iamque toto orbe repulsam studet charitate perpetua desponsare. Amator ergo factus formae illius, ut uxori fortius inhaereret, ac duo essent in uno spiritu, non solum patrem matremque reliquit, verum etiam universa submovit. Proinde castis eam stringit amplexibus, nec ad horam patitur non esse maritus. Hanc filiis suis dicebat perfectionis viam, hanc aeternarum divitiarum pignus et arrham. Nemo tam auri quam ipse cupidus paupertatis, nec thesauri custodiendi sollicitior ullus quam ille huius evangelicae margaritae. In hoc praecipue suus offendebatur aspectus, si quidquam domi forisque videret in fratribus paupertati contrarium. Revera ipse a principio religionis usque ad mortem, tunica sola, cordula et femoralibus dives,

6. *R* quam 6–7. versantem] *R* vesaniae 11. pater] *M* vir 12–13. *R* dedignatus 14. *M om.* suo 16. *M* igitur 25. ille] *M* iste

nihil aliud habuit. Indicabat eius habitus pauper ubi suas divitias aggregaret. Hinc laetus, hinc securus, hinc expeditus [ad cursum] gaudebat perituras gazas centuplo commutasse.

De paupertate domorum. XXVI.

56. Docebat suos habitacula paupercula facere, ligneas non lapideas, easque vili schemate casellas erigere. Saepe vero de paupertate sermonem faciens ingerebat fratribus evangelicum illud: Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, Filius autem Dei non habuit ubi caput reclinaret.

[*De domo quam apud Portiunculam destruere coepit*]. XXVII.

57. Quodam tempore cum apud Sanctam Mariam de Portiuncula [fieri] deberet capitulum et iam tempus instaret, considerans populus Assisii domum ibi [non esse], nesciente [pariter] et absente viro Dei, domum pro capitulo citissime construunt. Quo tandem reversus pater, domum aspexit et moleste ferens, non molliter doluit. Mox ad eliminandam aedem primus assurgit, tectum conscendit, et lastas cum tegulis manu valida subruit. Iubet etiam fratres ascendere, et monstrum paupertati oppositum eminus abrogare. Dicebat enim cito expandendum per ordinem, et accipiendum omnibus in exemplum quidquid in loco illo arrogantius videre-

2. eius] *M* suus 3. *A* accurrit 5. *M* aedificiorum 11. Dei] *M* hominis *et leg.* caput suum 15. *A* teneri 17. *A* ibi facere, nescienti patre 21. lastas] *R* lateres

tur. Hanc ergo domum funditus evertisset, nisi milites qui adstabant, eam communitatis et non fratrum dicentes, fervori sui spiritus obstitissent.

[*De domo Bononiensi, de qua infirmos eiecit*]. XXVIII.

58. De Verona quodam tempore rediens et per Bononiam transire volens, audit fratrum domum noviter ibi esse constructam. Qui, eo quod fratrum domum verbum insonuit, gressum vertit, et Bononiam non accedens aliunde pertransiit. Mandat denique fratribus domum festinanter exire. Propter quod relicta domo etiam infirmi non remanent, sed eiiciuntur cum aliis. Nec redeundi licentia datur, donec dominus Hugo, tunc Hostiensis episcopus et in Lombardia legatus, domum praedictam [publice] praedicando suam esse proclamat. Testimonium perhibet et scribit haec ille qui tunc de domo aegrotus eiectus fuit.

[*De cella suo nomini facta quam intrare noluit*]. XXIX.

59. Nolebat locellum aliquem fratres inhabitare, nisi certus ad quem proprietas pertineret, constaret patronus. Leges enim peregrinorum in filiis semper quaesivit, sub alieno videlicet colligi tecto, pacifice pertransi[re], sitire ad patriam. Nam et in eremo Sartiani cum interrogatus frater a fratre unde

8. *M om.* esse 14. *M om.* tunc 15. *A om.* publice 17. *R* hoc 22. *M om.* proprietas 25. *A* pertransit

veniret, respondisset: A cella fratris Francisci; hoc sanctus audito respondit: Ex quo Francisci nomen cellae imposuisti, approprians eam mihi, alium sibi quaeras habitatorem; nam ipse in ea non morabor de caetero. Dominus, ait, quando stetit in deserto, ubi oravit et ieiunavit quadraginta diebus, non cellam ibi fieri fecit, nec aliquam domum, sed sub saxo montis permansit. Sequi eum possumus in forma praescripta, nihil proprietatis habendo, licet praeter usum domorum vivere non possimus.

De paupertate utensilium. XXX.

60. Non solum domorum arrogantiam odiebat homo iste, verum domorum utensilia multa [vel] exquisita plurimum perhorrebat. Nihil in mensis, nihil in vasis quo mundi recordaretur amabat, ut omnia peregrinationem, omnia cantarent exsilium.

[*Exemplum de mensa in die Paschae apud Graecium praeparata, et quomodo se Christi exemplo sicut peregrinum exhibuit*]. XXXI.

61. Factum est, quodam die Paschae, ut fratres in eremo Graecii mensam accuratius solito albis et vitreis praepararent. Descendens autem pater de cella venit ad mensam, conspicit alto sitam, vaneque ornatam; sed ridenti mensae nequaquam arridet. Furtim et pedetentim retrahit gressum, capellum cuiusdam pauperis, qui tunc aderat, capiti suo imponit, et

1. fratris] *M* sancti 3. *M om.* approprians – mihi 5. deserto] *M* carcere 8. *R* Sequi cur non possumus inferiora 13. *A* et 22. *R* Descendit 23. *M* varieque

baculum manu gestans egreditur foras. Exspectat foris ad ostium, donec incipiant fratres; siquidem soliti erant non exspectare ipsum, quando non veniret ad signum. Illis incipientibus manducare, clamat verus pauper ad ostium: Amore domini Dei, facite, inquit, eleemosynam isti peregrino pauperi et infirmo. Respondent fratres: Intra huc, homo, illius amore quem invocasti. Repente [igitur] ingreditur, et sese comedentibus offert. Sed quantum stuporem credis peregrinum civibus intulisse? Datur petenti scutella, et solo solus recumbens discum ponit in cinere. Modo sedeo, ait, ut frater Minor. Et ad fratres: Magis nos exempla paupertatis Filii Dei quam caeteros religiosos cogere debent. Mensam vidi paratam et ornatam, et pauperum ostiatim euntium non esse cognovi. Similem hunc fuisse peregrino illi, qui solus erat in Ierusalem eodem die, facti series probat. Cor nihilominus ardens in discipulis, dum loqueretur, effecit.

[*Contra curiositatem librorum*]. XXXII.

62. In libris testimonium Dei quaerere non pretium, aedificationem non pulchritudinem edocebat. Paucos tamen haberi volebat, eosdemque ad fratrum egentium necessitatem paratos. Unde cum quidam minister libros ambitiosos multumque valentes eius licentia retinendos expeteret, audivit ab ipso: Librum Evangelii quod promisi pro tuis libris perdere nolo. Tu quidem quod volueris facies; mea non fiet licentia [laqueus].

2. *L* fratres comedere; siq. 8. *A om.* igitur 14. *R* debet 27. *R* promisimus 29. *A om.* laqueus; *L* laqueus animarum

De paupertate lectorum.

[*Exemplum domini Ostiensis, et laus eius*]. XXXIII.

63. In stratis et lectis ita demum abundabat copiosa paupertas, ut qui super paleas panniculos semisanos haberet, pro thalamo reputaret. Unde accidit tempore quo fiebat capitulum ad Sanctam Mariam de Portiuncula, quod dominus Hostiensis, cum turba militum et clericorum, illuc ad visitandos fratres perrexit. Qui videns quomodo fratres iace[re]nt in terra et lectos considerans, quos ferarum cubilia crederes, durissime illacrimans coram omnibus dixit: Ecce hic dormiunt fratres. Et adiecit: De nobis vero miseris quid erit, qui tanta superfluitate abutimur? Omnes qui aderant ad lacrimas usque compuncti plurimum aedificati discedunt. Hic Hostiensis ille fuit, qui tandem ostium maximum in Ecclesia factus [hostibus] semper obstitit, donec hostiam sacram animam illam beatam caelo refudit. O pium pectus, o viscera charitatis! In alto positus dolebat alta merita non habere, cum revera sublimior esset virtute quam sede.

[*Quid ei accidit nocte quadam pro plumeo pulvinari*]. XXXIV.

64. Quoniam de lectis fecimus mentionem, occurrit aliud quiddam fortasse utile recitatu. A tempore quo sanctus iste conversus ad Christum oblivioni tradidit quae sunt mundi, noluit iacere in

10. *M* iacebant 12. *M* ait 18. *A om.* hostibus 19. pium pectus] *M* pius portus 26. *M* fortassis

cul[ci]tra, nec ad caput habere de penna pulvinar. Huius vero districtionis repagulum nec infirmitas, nec forense hospitium infringebat. Contigit autem in eremo Graecii, oculorum infirmitate plus solito praegravatum, cogi contra velle ad usum modici pulvinaris. Primae igitur noctis vigilia vocat sanctus socium, et dicit illi: Non potui, frater, hac nocte dormire, nec ad orandum erectus persistere. Tremit caput, genua collabuntur, et tota concutitur machina corporalis, uti comedissem panem de lolio. Credo, inquit, quod diabolus maneat in hoc pulvinari, quod ad caput habeo. Tolle illud, quia diabolum ad caput ulterius nolo. Querulo murmure patri compatitur frater, et proiectum ad se pulvinar accipit ut asportet. Exiens itaque subito loquelam amittit, et tanto horrore premitur ac ligatur, quod nec pedes de loco movere, nec brachia quoquam ducere praevalet. Post modicum a sancto qui hoc cognovit vocatus, liber efficitur, redit et narrat quae passus est. Cui dixit sanctus: In sero, cum dicerem completorium, liquido cognovi diabolum venire ad cellam. Et rursus: Multum astutus et subtilis ingenii noster est inimicus, qui cum intus in anima nocere non possit, saltem corpori praestat materiam murmurandi. Audiant qui pulvillos sub omni latere praeparant, ut quocumque cadant excipiantur in mollibus. Libenter sequitur opulentiam rerum diabolus, lectis pretiosis gaudet assistere, praesertim ubi necessitas non cogit et professio contradicit. Nec minus antiquus serpens nudum hominem fugit, sive spernens contubernium pauperis, sive pavens altitudinem paupertatis. Si attendat frater plumis subesse diabolum, contentum erit palea caput suum.

1. *A* cultra 6. *A* vigilia matutina vocat 10. *M* ut 13-14. *R* murmuri patris 16. *M* errore 25-33. *M om.* Audiant-suum 26. *R* quaecumque

De exemplis contra pecuniam.

[*Dura correctio fratris qui eam manibus tetigit*]. XXXV.

65. Verum summopere amicus Dei cuncta quae sunt mundi despiciens, super omnia tamen exsecrabatur pecuniam. Inde illam a principio suae conversionis praecipue vilipendit, et tamquam ipsum diabolum se sequentibus semper innuit fugiendam. Haec ab ipso data erat solertia suis: Ut stercus et pecuniam uno amoris pretio ponderarent. Accidit igitur die quadam ut saecularis quidam ecclesiam Sanctae Mariae de Portiuncula oraturus intraret, qui causa oblationis pecuniam deposuit iuxta crucem. Quam, illo recedente, frater unus [simpliciter] sua manu contingens in fenestram proiecit. Pervenit ad sanctum quod fecerat frater; deprehensum ille se videns currit ad veniam, et hum[i] prostratus se offert ad verbera. Arguit illum sanctus, et de pecunia tacta durissime increpat. Iubet eum ore proprio de fenestra levare pecuniam, et extra septa loci ipsam ore suo super stercus ponere asininum. Dumque implet iussum frater ille gratanter, timor replet audientium corda cunctorum. Contemnunt omnes magis de caetero sic stercori comparatum, et ad contemptum eius novis exemplis quotidie animantur.

[*Vindicta fratris qui pecuniam quandoque collegit*]. XXXVI.

66. Pergentes quandoque insimul duo fratres cuidam hospitali leprosorum approximant. Repe-

1–2. *M* Exempla c. p. et dura 9. data – suis] *L* cum solertia data doctrina 11. *R* ergo 14. *A om.* simpliciter 17. *A* humo

riunt in via denarium, gressum figunt, disceptant quid de stercore sit agendum. Tentat unus eorum ridens conscientiam fratris denarium tollere, leprosis pecuniae famulis offerendum. Prohibet eum socius ut falsa pietate deceptum, inculcans temerari[o] verbum regulae, quo satis elucet velut pulverem inventum denarium conculcari debere. Indurat ille mentem ad monita, nam semper ex more durae cervicis fuit. Spernit regulam, inclinatur et accipit nummum; sed divinum non evadit iudici[um]. Perdit extemplo loquelam, frendet dentibus, loqui non praevalet. Sic poena prodit insanum, sic ultio docet patris legibus obtemperare superbum. Tandem foetore proiecto, polluta labia aquis poenitentiae lota solvuntur in laudem. Vetus proverbium est: Corrige stultum, et erit amicus.

[*Increpatio fratris qui pecuniam specie necessitatis volebat servare*]. XXXVII.

67. Videns aliquando vicarius sancti, frater Petrus Cathanii, turbis fratrum forensium Sanctam Mariam de Portiuncula frequentari, nec ad providendum in necessariis eleemosynas abundare, dixit ad sanctum Franciscum: [Nescio,] frater, quid faciam, dum catervatim undique confluentibus fratribus non habeo quo sufficienter provideam. Placeat, oro te, quod intrantium novitiorum res aliquae reserventur, ad quas expendendas recurratur tempore opportuno. Respondit sanctus: Absit haec pietas, frater carissime, ut pro quovis homine impie agatur in regula. Et ille: Quid igitur faciam? Altare, inquit, spolia

5-6. *A* temerarium 10 *A* iudicia 15. Vetus] *R* Verum 23. Nescio] *A* Ne; *R* Care 27. *R* recurrant 29. *R* regulam

Virginis, et varium aufer ornatum, cum aliter indigentibus non poteris subvenire. Crede mihi, gratius habebit evangelium Filii servari sui [suumque] spoliari altare, quam altare vestitum Filiumque contemptum. Dominus mittet qui matri, quod nobis commodavit, restituat.

[*De pecunia versa in colubrum*]. XXXVIII.

68. Transeunte aliquando viro Dei cum socio per Apuliam prope Barum, invenit in via bursam magnam denariis tumescentem, quae funda negotiatorum vocabulo nuncupatur. Monetur a socio sanctus, et instanter inducitur ut bursa tollatur e terra, et pecunia pauperibus erogetur. Attollitur pietas in egenis, et in erogatione ipsius misericordia commendatur. Recusat sanctus id penitus se facturum, et commentum affirmat fore diaboli. Non licet, inquit, fili, alienum auferre; peccati poena non meriti gloria est aliena donare. Recedunt de loco, festinant iter perficere coeptum. Sed nondum quiescit frater vacua pietate delusus; addit adhuc praevaricationem [suggerere]. Acquiescit sanctus redire ad locum, non ut fratris impleat votum, sed ut fatuo divinum ostendat mysterium. Advocat iuvenem quemdam, qui supra puteum sedebat in via, ut in ore duorum vel trium testium Trinitatis clareat sacramentum. Reversis iam tribus ad fundam, [denariis] eam tumidam vident. Prohibet sanctus quemquam illorum appropinquare, ut orationis virtute daemonis prodatur fallacia. Recedens inde quantum iactus est lapidis,

1. varium] *R* vanum 3. suumque] *A* ac; *R* et 5. matri quod] *R* ornatum quem 9. prope] *M* iuxta 21. suggerere] *A* fugere 24. *R* super 26. *A om.* denariis

orationi sacrae incumbit. Rediens ab oratione iubet fratrem levare bursam, quae, ipso exorante, pro pecunia colubrum continebat. Tremit frater et stupet, et nescio quid iam praesentiens, alia quam solito animo volvit. Timore tandem obedientiae sanctae dubietatem abigens cordis, bursam manibus capit. Et ecce serpens non modicus de bursa exsiliens diabolicam deceptionem fratri monstravit. Et ait sanctus ad eum: Pecunia servis Dei, o frater, nihil aliud est quam diabolus et coluber venenosus.

De paupertate vestimentorum. XXXIX.

69. Indutus homo iste virtute ex alto plus intus igne calescebat divino, quam foris corporeo tegumento. Exsecrabatur vestitos triplicibus, et qui praeter necessitatem mollibus utebantur in ordine. Necessitatem vero, quam non ratio sed voluptas ostentat, signum exstincti spiritus asserebat. Spiritu, inquit, tepido et pedetentim a gratia frigescente, necesse est carnem et sanguinem quae sua sunt quaerere. Quid enim, ait, restat, anima non inveniente delitias, nisi ut caro convertatur ad suas? Et tunc animalis appetitus necessitatis articulum palliat, tunc sensus carnis conscientiam format. Subdebatque: Adsit fratri nostro vera necessitas, quaevis eum indigentia tangat: si satisfacere properat eamque a se longe repellere, quid mercedis accipiet? Incidit quaedam occasio meriti, sed displicuisse sibi studiose probavit. Hiis et similibus ignotos necessitatibus configebat, cum ipsas patienter non ferre nihil aliud sit quam Aegyptum repetere. Denique nulla vult

6. *A* ambigens 17. *M* ostendit 24. *M* Absit fr. meo 27. *M* quidem *et om.* sibi

occasione plures duabus tunicas fratres habere, quas tamen consutis petiis resarcire concedit. Exquisitos pannos horrere iubet et contraria facientes acerrime coram omnibus mordet; atque ut tales suo exemplo confunderet, super tunicam propriam rudem consuit saccum; in morte etiam exsequialem tunicam vili sacco petiit operiri. Fratribus autem quos urgeret infirmitas, seu necessitas alia, mollem subtus ad carnem tunicam indulgebat, ita tamen quod foris in habitu asperitas et vilitas servaretur. Dicebat enim: Tantum adhuc laxabitur rigor, dominabitur tepor, quod filii pauperis patris etiam scarulaticos portare, colore solum mutato, minime verebuntur. Non tibi, pater, ex hoc mentimur filii alieni, sibi potius nostra mentitur iniquitas. Ecce enim luce clarius innotescit, et crescit in dies.

[*Recedentes a paupertate a necessitate corrigendos pronuntiat*]. XL.

70. Nonnumquam etiam haec ingeminabat sanctus: Quantum fratres declinabunt a paupertate, tantum mundus declinabit ab eis, et quaerent, inquit, et non invenient. Sed si dominam meam paupertatem complexi fuerint, mundus eos nutriet, quia mundo dati sunt ad salutem. Et iterum: Commercium est inter mundum et fratres; debent ipsi mundo bonum exemplum, debet mundus eis provisionem necessitatum. Quando ipsi retraxerint bonum exemplum fide mentita, retrahit mundus manum iusta censura. Paupertati cavens homo Dei multitudinem metuebat, quam etsi non res tamen species divitem monstrat. Unde dicebat: O si fieri posset,

4. omnibus] *M* fratribus 12. *R* sortulaticos 14. *R om.* ex hoc 22. *M om.* Sed *et* meam

poterit, inquam, ut mundus perraro fratres Minores aspiciens paucitate miretur! Indissolubili itaque vinculo dominae paupertati connexus, non praesentem sed futuram eius dotem exspectat. Psalmos qui paupertatem sonant, ut illud: Patientia pauperum [non peribit in finem]; et: Videant pauperes et laetentur, ferventiori affectu et laetiori iubilo decantabat.

De petenda eleemosyna.

[*De commendatione ipsius*]. XLI.

71. Pater sanctus utebatur eleemosynis ostiatim quaesitis multo libentius quam oblatis. Verecundiam mendicandi inimicam saluti dicebat, verecundiam in mendicando, eam quae pedem non retrahit, sanctam esse confirmans. Nasci ruborem in tenera fronte laudabat, [pud]ore confundi non ita. Nonnumquam suos ad petendam eleemosynam hortans hiis utebatur verbis: Ite, inquit, quoniam hac novissima hora fratres Minores commodati sunt mundo, ut electi in eis compleant unde a Iudice commendentur. Quod uni fecistis ex fratribus meis minoribus, mihi fecistis. Unde privilegiatam magno propheta dicebat religionem, qui titulum nominis eius tam evidenter expressit. Ideoque volebat fratres non solum in civitatibus sed in eremis commanere, ubi cunctis merendi tribueretur materia, et excusationis velamen reprobis tolleretur.

5-6. *A om.* non - finem 9. De] *M* et 15. *A* timore 19. *M* impleant 19-20. *R* commendetur 22. *R* quae 23. *M* Ideo 26. *M om.* velamen

[*Exemplum sancti de petenda eleemosyna*]. XLII.

72. Ne vel semel sanctam illam sponsam offenderet, hoc facere solitus erat servus [Dei] excelsi. Si quando invitatus a dominis, mensis esset profusioribus honorandus, prius per propinquas vicinorum domos panum fragmenta quaerebat, ac deinde sic ditatus inopia festinabat accumbere. Interrogatus quandoque cur faceret istud, respondebat: Pro feudo ad horam concesso haereditatem stabilem se relinquere nolle. Paupertas, inquit, est quae haeredes et reges regni caelorum instituit, non falsae vestrae divitiae.

[*Exemplum quod fecit in curia domini Ostiensis et de sua responsione ad Episcopum*]. XLIII.

73. Cum venerandae memoriae Papam Gregorium, adhuc in minori officio constitutum, visitaret quadam vice sanctus Franciscus, instante iam hora comestionis, pro eleemosynis vadit, et rediens frusta nigri panis super Episcopi mensa componit. Quo viso aliquantulum verecundatur Episcopus, maxime propter convivas noviter invitatos. Acceptas autem eleemosynas pater militibus et capellanis convescentibus laeto vultu distribuit, quas universi mira devotione suscipiunt, alii comedentes, alii ob reverentiam reservantes. Finita comestione surrexit Episcopus, et introrsum virum Dei assumens, elevatis brachiis amplexatus est eum. Mi frater, inquit, cur fecisti mihi verecundiam in domo, quae tua est et fratrum tuorum, ut pro eleemosynis ires? Ad quem

2. *A* Nec *M om.* semel 3. *A om.* Dei 6. quaerebat] *M* petebat 11. *M om.* vestrae 19. *M* mensam 29. tuorum] *M* minorum

sanctus: Honorem potius vobis exhibui, dum maiorem dominum honoravi. Siquidem beneplacitum est Deo in paupertate, et ea maxime quae mendicitas voluntaria est. Ego autem regalem habeo dignitatem et nobilitatem insignem, illum sequi Dominum qui cum esset dives, pro nobis egenus factus est. Et addidit: Plures delitias sumo de paupere mensa, quae parvis eleemosynis occupatur, quam de magn[is] in quibus fercula quorum vix est numerus. Exinde plurimum aedificatus Episcopus dixit ad sanctum: Fili, quod bonum est in oculis tuis fac, quia Dominus tecum est.

[*Exhortatio eius ad eleemosynam petendam exemplo et verbo*]. XLIV.

74. Nonnumquam vero seipsum exercitans et fratrum verecundiae parcens, ipse solus in principio pro eleemosynis discurrebat. Videns autem plures vocationem suam non debite attendentes, semel aliquando dixit: Carissimi fratres, Dei filius nobilior nobis erat, qui pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Suo amore viam paupertatis elegimus, non debemus confundi pro eleemosynis ire. Arrham caelestis haereditatis erubescere nequaquam regni haeredibus convenit. Dico vobis, multos nobiles et sapientes nostrae congregationi iungendos, qui pro honore ducent eleemosynas mendicare. Vos igitur, qui estis illorum primitiae, laetamini et gaudete, nec renuatis facere quae sanctis illis facienda transmittitis.

3. *M* Domino 8. *A* magna 17. *L*, *M* eleemosyna 20. *M om.* se

[*Reprehensio fratris mendicare nolentis*]. XLV.

75. Dicebat saepe beatus Franciscus, quod verus frater Minor non multum stare deberet quin pro eleemosynis iret. Et quanto nobilior, ait, filius meus est, tanto sit promptior ad eundum, quoniam taliter ei merita cumulantur. Aderat in quodam loco frater quidam ad eleemosynam nullus, ad mensam plures. Quem sanctus attendens ventris amicum, fructus participem, laboris expertem, sic semel intulit ei: Vade viam tuam, frater musca, quoniam vis comedere sudorem fratrum tuorum et esse otiosus in opere Dei. Similis es fratri aponi, qui laborem apum non sustinens, mella vult comedere primus. Deprehensam carnalis homo suam ingluviem noscens, mundum quem nondum dereliquerat repetit. Exivit namque religionem, et qui nullus ad eleemosynam fuerat nullus iam frater; qui plures ad mensam plurimus daemon efficitur.

[*Quomodo fratris eleemosynam portantis occurrens osculatus est humerum*]. XLVI.

76. Alio tempore apud Portiunculam cum frater quidam rediret de Assisio cum eleemosyna, propinquus iam loco coepit in cantum prorumpere, et Dominum alta voce laudare. Quo audito, repente exsilit sanctus, accurrit foras, et osculato fratris humero sacculum suo imponit: Benedictus, inquit, sit frater meus qui promptus vadit, humilis quaerit, gaudens revertitur.

3. stare deberet quin] *R* (ruboris) subire deberet quando 4. *R om.* ait 12. aponi] *R* apum 15. *M* reliquerat 18. *R* pluribus 22–23. *M* propinquans

[*Qualiter milites saeculares induxit ut eleemosynam peterent*]. XLVII.

77. Contigit beatum Franciscum infirmitatibus plenum et iam fere ad extrema vergentem, in loco Nuceriae requiri a populo Assisii, nuntiis suis solemnibus destinatis, ne gloriam suam alteri darent de corpore viri Dei. Cumque milites reverenter in equis ipsum transveherent, devenerunt ad villam quamdam pauperrimam nomine Satrianum. Ubi cum fames et hora cib[um] expeterent, euntes et nihil venale invenientes, milites redierunt ad beatum Franciscum dicentes: Oportet ut des nobis de eleemosynis tuis, quoniam [hic] nihil habere possumus ad emendum. Respondit sanctus et dixit: Ideo non invenitis, quia in vestris muscis plus quam in Deo confiditis. Muscas nempe denarios vocavit. Sed revertimini, ait, per domos quas circuistis, et amorem Dei pro denariis offerentes, humiliter eleemosynam petite. Nolite erubescere, quoniam universa in eleemosynam concessa sunt post peccatum, dignisque et indignis eleemosynarius ille magnus clementi pietate largitur. Ponunt erubescentiam milites, et eleemosynas prompte petentes, plura Dei amore quam denariis emunt. Siquidem cum hilaritate certatim cuncti dedere, nec invaluit fames, ubi paupertas opulenta praevaluit.

[*De membro caponis apud Alexandriam verso in piscem*]. XLVIII.

78. In eleemosynarum datione animarum lucrum potius quam carnis subsidium requirebat, et non minus in dando quam in accipiendo se ipsum ponebat

5. *R* Noceriae *M om.* suis 9. *M* Sartianum 10. *A* cibi 13. *A om.* hic 25. *M* valuit

quidem propter exemplum, deinde ad vitandam omnem turpis commodi speciem.

De quadam visione quae facit ad paupertatem. L.

82. Libet hic sancti visionem referre memoria dignam. Nocte quadam, longa tandem oratione conclusa, lente soporatus obdormit. Introducitur anima illa sancta in sanctuarium Dei, videtque per somn[i]um inter alia dominam quamdam sic se habentem. Caput aureum videbatur, argentea pectus et brachia, venter crystallinus, et deinceps in infimis ferrea; alta erat statura, subtili compage ac regula coaptata. Verumtamen egregiae formae domina mantello sordido tegebatur. Mane surgens beatus pater sancto homini fratri Pacifico recitat visionem, non tamen elucidat quid praetendat. Hanc, etsi multi fuerint interpretati pro libitu, non ab re credo praedicti Pacifici interpretationem tenere, quam in ipso auditu suggessit ei Spiritus sanctus. Haec, inquit, domina egregiae formae formosa anima sancti Francisci est. Caput aureum contemplatio et sapientia aeternorum: pectus et brachia de argento eloquia Domini sunt corde meditata et opere adimpleta: rigida crystallus sobrietatem, splendida castitatem designat: ferrum firma perseverantia est: porro sordidum mantellum despectum corpusculum crede, quo anima pretiosa contegitur. Multi attamen, spiritum Dei habentes, dominam istam, velut sponsam patris, intelligunt paupertatem. Istam, inquiunt, fecit gloriae praemium auream, famae praeconium argen-

4. *M* paupertatem sub cuiusdam dominae metaphora 5. hic] *R* tacitus 8. sancta] *M* beata 8-9. *A* somnum 12. ac] *A* hac 16. *R* portendat 23. *M* Dei 25. firma] *R* summa 27. attamen] *M* autem

team: una foris et intus absque loculis professio crystallinam: finalis perseverantia ferream. Huic autem praeclarae dominae mantellum sordidum animalium hominum reputatio texuit. Plures oraculum istud religioni coaptant, successionem temporum cursu Danielis sequentes. Sed ad patrem pertinere hinc maxime liquet, quod arrogantiam vitans interpretari penitus noluit. Et quidem si stillasset ad ordinem, non muto silentio pertransisset.

De co[mpa]ssione sancti Francisci ad pauperes.

[*De compassione quam ad pauperes habuit et qualiter se pauperioribus invidebat*]. LI.

83. Hic vir quantae compassionis ad pauperes fuerit, quae valeat lingua narrare? Sane clementiam habebat ingenitam, quam superinfusa pietas duplicabat. Itaque liquescebat animus Francisci ad pauperes, et quibus non poterat manum, exhibebat affectum. Quidquid defectus, quidquid penuriae in quoquam cernebat, reduci mente ac celeri conversione regerebat in Christum. Sic filium pauperis Dominae legebat in pauperibus cunctis, nudum corde gerens quem illa nudum in manibus. At vero cum omnem a se relegasset invidiam, sola carere non potuit invidia paupertatis. Si qu[ando] pauperiorem se ipso videret, protinus invidebat, et aemula paupertate concertans vinci se timebat in illo.

84. Accidit die quadam, cum praedicando vir Dei discurreret, pauperculum quemdam obvium habere in

1. *M om.* absque loculis 6. pertinere] *R* pertrahere 10. *A* confessione 10–11. *M om.* 25. quando] *A* quidem

[*De alio paupere cui alium mantellum dedit*]. LIV.

87. [A]lio tempore, cum reverteretur de Senis, pauperem quemdam obvium habuit, dixitque socio sanctus: Oportet, frater, ut reddamus mantellum pauperculo cuius est. Mutuo accepimus ipsum donec pauperiorem invenire contingeret. Socius considerans [pii] patris necessitatem pertinaciter obsistebat, ne provideret alii se neglecto. Cui sanctus: Ego fur esse nolo; pro furto nobis imputaretur, si non daremus magis egenti. Destitit i[ll]e, tradidit iste mantellum.

[*Simile fecit in alio paupere*]. LV.

88. Simile contigit apud Cellam de Cortona. Portabat beatus Franciscus novum mantellum, quem pro ipso fratres studiose quaesierant. Venit pauper ad locum, uxorem mortuam plorans et familiam pauperculam derelictam. Cui sanctus: Hunc tibi amore Dei trado mantellum, tali pacto ut nulli [red]das nisi bene comparaverit ipsum. Accurrerunt protinus fratres ut mantellum auferrent, et donationem hanc praepedirent. Sed pauper in vultu sancti patris audaciam sumens, [uncis] manibus defendebat ut proprium. Ad ultimum redemere mantellum fratres, et pauper, pretio sumpto, discessit.

[*Quomodo cuidam dedit mantellum ne dominum suum odiret*]. LVI.

89. Quodam tempore apud Collem comitatus Perusii reperit sanctus Franciscus pauperculum quem-

2. Alio] *A* Ilio; *R* Illo 7. *A om.* pii 10. ille] *A* iste 18. *M* filii Dei reddas] *A* tradas 22. uncis] *A* nectis; *R* nexis 27-28. *M* Perusini

dam, quem prius in saeculo noverat. Dixitque ad eum: Frater, qualiter te habes? At ille malo animo coepit in dominum suum maledicta congerere, qui abstulerat sibi omnia sua: Gratia domini mei, inquit, cui omnipotens Dominus maledicat, nonnisi male me habeo. Miseratus animam illius magis quam corpus, cum in odio mortali persisteret, dixit ei beatus Franciscus: Frater, indulgeas domino tuo amore Dei, ut liberes animam tuam, et esse poterit quod ipse ablata tibi restituet. Sin autem res tuas perdidisti et animam perdes. Et ille: Non possum, ait, penitus indulgere, nisi prius reddat ille quod abstulit. Beatus Franciscus cum haberet quemdam mantellum ad dorsum dixit ei: Ecce do tibi mantellum istum; precor[que] ut indulgeas domino tuo amore domini Dei. Dulcoratus ille ac beneficio provocatus, munere sumpto, remisit iniurias.

[*Quomodo gaidam tunicae cuidam pauperi dedit*]. LVII.

90. Semel aliquando cum a paupere peteretur, nihilque haberet in manibus, gaidam propriae tunicae dissuit et pauperi erogavit. Nonnumquam etiam ob simile opus femoralia traxit. Talibus erga pauperes affluebat pietatis visceribus, talibusque vestigia pauperis Christi prosequebatur affectibus.

[*Quomodo matri duorum fratrum pauperi dari fecit primum Novum Testamentum quod fuit in Ordine*]. LVIII.

91. Mater duorum fratrum aliquando venit ad sanctum, fiducialiter eleemosynam petens. Cui con-

2. malo] *M* irato 15. *A* precor ut tuo] *M* Deo 18. *M* gadiam

dolens pater sanctus vicario suo fratri Petro Cathanii dixit: Possumus aliquam eleemosynam facere matri nostrae? Matrem quippe alicuius fratris, et suam et omnium fratrum matrem dicebat. Respondit ei frater Petrus: Nihil domi superest, quod ei dari possit. Et adiecit: Unum Novum Testamentum habemus, in quo, breviario carentes, ad matutinum legimus lectiones. Cui beatus Franciscus: Da matri nostrae Novum Testamentum, ut vendat illud pro sua necessitate, quia per ipsum monemur subvenire pauperibus. Credo equidem quod magis inde placebit donum quam lectio. Datur ergo mulieri liber, et primum Testamentum quod in Ordine fuit sacra hac pietate distrahitur.

[*Quomodo cuidam pauperi mulieri patienti in oculis dedit mantellum*]. LIX.

92. Tempore quo morabatur sanctus Franciscus in palatio Episcopi Reatini pro oculorum infirmitate curanda, quaedam paupercula mulier de M[a]chilone venit ad medicum, habens et ipsa similem cum sancto infirmitatem. Sanctus ergo guardianum suum familiariter alloquens talia quaedam instillat: Frater guardiane, oportet nos reddere alienum. Qui respondit ei: Reddatur, pater, si quod est apud nos. Istum, inquit, mantellum, quem mutuo accepimus a muliere illa paupercula, restituamus eidem, quia nihil est sibi pro expensis in bursa. Respondit guardianus: Frater, iste mantellus est meus, et a nullo nobis accommodatus est; quousque tibi placuerit, utere; postquam uti nolueris, mihi illum resigna. Siquidem paulo ante guardianus emerat ipsum pro necessi-

11-12. *M om.* Credo-lectio 19. *A* Michilone 21. *M om.* suum 26. *M om.* illa 28. nobis] *M* mihi 29. tibi] *R* enim 30. *M* ipsum 31. *M* illum

tate sancti Francisci. Dixit ad eum sanctus: Frater guardiane, semper mihi curialis fuisti, modo, precor, curialitatem ostende. Respondit guardianus: Fac pro velle, pater, quidquid tibi spiritus suggerit. Advocans igitur quemdam hominem saecularem multum devotum dixit illi: Accipe hunc mantellum et duodecim panes, et vadens sic loquere illi pauperculae mulieri: Pauper homo cui commodasti mantellum gratias tibi agit de mutuatione; sed nunc tolle quod tuum est. Ivit ille, et sicut audierat dixit. Existimans mulier illudi sibi, cum rubore dixit ad eum: Dimitte me in pace cum tuo mantello; nescio quid loquaris. Instat homo, et omnia ponit in manibus. Considerans illa fraudem non esse in facto, timensque ne sibi auferretur tam facile lucrum, surgit noctu, et oculorum curam non curans, domum cum mantello regreditur.

[*Quomodo tres mulieres apparuerunt sibi in via, et post novam salutationem disparuerunt*]. LX.

93. Mirabile quiddam, interpretatione dubium, veritate certissimum, paucis referam. Cum pauper Christi Franciscus de Reate Senas properaret pro remedio oculorum, transitum faciebat per planum prope roccam Campil[i]i, comitem itineris habens medicum quemdam Ordini obligatum. Et ecce tres mulieres pauperculae apparuerunt iuxta viam in transitu sancti Francisci. Sic autem statura, aetate et facie similes erant, ut materiam triplicem una crederes forma perfectam. Adveniente itaque sancto Francisco flectunt illae reverenter vertices suos, et nova ill[um] salutatione magnificant: Bene veniat, inquiunt,

17. mantello] *M* festinatione 24. *A* Campilli 31. *A* illos

domina paupertas. Statim sanctus indicibili repletus est gaudio, utpote qui nihil in se salutandum hominibus tam libenter haberet, quam quod illae decreverant. Et prius quidem feminas esse reputans revera pauperculas, conversus ad medicum qui comitabatur ait: Rogo te, intuitu Dei, da, ut dem aliquid pauperculis illis. Citissime protulit ille, et equo avolans tribuit unicuique nummos. Procedunt ergo modicum via coepta, cum statim convertentes oculos fratres et medicus totam illam planitiem nudam mulieribus cernunt. Plurimum stupefacti mirabilibus [Dei] eventum adnumerant, mulieres non fuisse scientes, quae avibus ocius transvolassent.

De studio orationis sancti Francisci.

[*De tempore, loco et affectu orantis*]. LXI.

94. Corpore peregrinus a Domino vir Dei Franciscus praesentem spiritum caelo contendebat inferre, et angelorum civem iam factum solus carnis paries disiungebat. Tota in Christum suum anima sitiebat, totum ill[i] non solum cordis sed corporis dedicabat. Orationum eius magnalia, quantum oculis vidimus, prout possibile est humanis auribus tradere, imitanda posteris pauca referimus. Otium sanctum, quo sapientiam cordi inscriberet, faciebat de tempore toto, ne, si non semper proficeret, deficere videretur. Si quando visitationes saecularium, seu quaevis negotia ingruebant, praecisis potius quam finitis ad intima recurrebat. Insipidus quidem erat

1. *M* completus 12. Dei] *A* tunc 13. *M* velocius 14-15. *M* Francisci et de 20. *A* illum corporis] *R* temporis 22. possibile] *M* fas 24. *M* sanctam

mundus caelesti dulcedine pasto, et ad grossa hominum divinae delitiae fecerant delicatum. Locum semper petebat absconditum, quo Deo suo non solum spiritum sed membra singula coaptaret. Cum in publico subito [afficeretur], visitatus a Domino, ne sine cella foret, de mantello cellulam faciebat. Nonnunquam mantello carens, ne manna absconditum proderet, manica vultum tegebat. Semper aliquid obiiciebat adstantibus, ne sponsi tactum cognoscerent, ita ut in arto navis plurimis insertus oraret invisus. Denique nihil horum potens, faciebat de pectore templum. Exscreationes et gemitus, oblivio sui, duros anhelitus et forinsecos nutus absorptio in Deum abstulerant.

95. Haec domi. In silvis vero et solitudinibus orans, nemor[a] replebat gemitibus, loca spargebat lacrimis, pectora manu tundebat, ibique quasi occult[ius] secretarium nactus, confabulabatur saepe verbis cum Domino suo. Ibi respondebat iudici, ibi supplicabat patri, ibi colloquebatur amico, ibi colludebat sponso. Revera ut cunctas medullas cordis multipliciter holocaustum efficeret, multiplicem ante oculos summe simplicem proponebat. Immotis saepe labiis ruminabat interius, et introrsum extrinseca trahens spiritum subtrahebat in superos. Omnem sic et intuitum et affectum in unam quam petebat a Domino dirigebat, totus non tam orans quam oratio factus. Quanta vero credis suavitate perfundi talibus assuetus? Novit ipse: nam ego potius miror. Experienti dabitur scire, non conceditur inexpertis. Sic fervore spiritus bulliens, acutus in verbis, aspectus et tota prorsus anima liquefacta iam in caelesti[s]

1. *M* crossa 5. *A* efficeretur 10. navis] *R* tutus 16. *A* nemorum 17–18. *A* occultum 24. *M* introrsus 25. *M* subvehebat 28–1 *(p. 242). M om.* Quanta – versabatur 28–29. perfundi – ipse] *R* perfundi (cum) talibus assuesceret nemo novit (nisi) ipse 30. scire] *R* serio 31. acutus in verbis] *R* et cutis et omnis 32. *A* caelesti

regni summa republica versabatur. Solitus erat pater beatus nullam visitationem spiritus cum negligentia praeterire, siquidem cum offerebatur sequebatur eam, et quamdiu Dominus permittebat fruebatur dulcedine sic oblata. Cum igitur aliquo negotio urgeretur, vel intentus esset itineri, tactus quosdam gratiae sensim persentiens, gustabat interpolatim [et] frequenter illud manna dulcissimum. Nam et in via, sociis praecedentibus, gradum figebat, novamque inspirationem [ad] fruitionem convertens, gratiam non recipiebat in va[cu]um.

[*De horis canonicis devote reddendis*]. LXII.

96. Horas canonicas non minus timoratus quam devotus reddebat. Nam licet oculorum, stomachi, splenis et epatis aegritudine laboraret, nolebat muro vel parieti, dum psalleret, [in]haerere, sed horas semper erectus et sine caputio, non girovagis oculis, non cum aliqua syncopa persolvebat. Cum per mundum pedes ibat, semper ad dicendum horas gressum figebat; cum vero eques, descendebat ad terram. Unde cum die quadam reverteretur ab Urbe et continue plueret, ad dicendum officium de equo descendit, diuque stans, totus fuit in pluvia balneatus. Dicebat enim aliquando: Si quiete corpus comedit cibum suum, futurum cum ipso vermium esca, cum quanta pace ac tranquillitate debet anima cibum suum, qui est Deus suus, accipere!

1-2. *M* Solitus autem erat *et om.* pater beatus 3. siquidem] *M* sed 8. *A om.* et 9. *M om.* et 10. ad] *A* et 11. *A* vanum 16. *A* adhaerere 18. *R* persolvere 19. *M* horas suas 26. *R om.* cum

[*Qualiter orans abigebat phantasmata cordis*]. LXIII.

97. Graviter se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatibus moveretur. Cum aliquid tale incideret non parcebat confessioni, quin illud protinus expiaret. Hoc studium sic in usum verterat, ut rarissime muscas huiuscemodi pateretur. Fecerat quadam quadragesima vasculum quoddam, circa quod minutias temporis, ne penitus excideret, applicaverat. Quadam ergo die cum tertiam devotus diceret, oculis casualiter illapsis in considerationem vasis, impeditum sensit interiorem hominem a fervore. Dolens igitur interruptam vocem cordis ad aures divinas, tertia finita, dixit audientibus fratribus: Hei, [nu]gatorium opus, quod tantum in me valuit ut in se animum detorqueret! Sacrificabo illud Domino, cuius sacrificium impedivit. Hiis dictis, arripiens vasculum conflavit in igne. Pudeat, inquit, nos in vagationes nugatorias arripi, cum tempore orationis magnum regem alloquimur.

[*De mentis excessu*]. LXIV.

98. Suspendebatur multoties tanta contemplationis dulcedine, ut supra semetipsum raptus, quod ultra humanum sensum experiebatur, nemini revelaret. Per unum tamen, quod semel innotuit, claret nobis quam frequenter in superna dulcedine absorptus fuerit. Asino quodam tempore vectabatur, cum per Burgum Sancti Sepulcri eum oporteret transire. Et

1. *M om. Desumitur ex Rubricis, vid. sup. p. 160.* 14. *A* mitigatorium 16-17. *M* arripuit vasculum et c. 17. *R* confricuit 18-19. *M* orationes 24. claret] *A* daret; *R* patet

dum quiescere vellet in quodam domicilio leprosorum, innotuit multis transitus viri Dei. Accurrunt undique viri et mulieres videre ipsum, et sol[it]a devotione contingere cupientes. Quid enim? Attrectant illum et trahunt, et de tunica sua succidunt petiolas et reponunt. Insensibilis videtur homo ad universa, et velut corpus exanime de hiis quae fiunt nihil advertit. Applicant tandem ad locum, et diu iam Burgo relicto, quasi aliunde regrediens, caelestium contemplator sollicite quaerit quando propinquent ad Burgum.

[*Qualem se post orationem praebebat*]. LXV.

99. Quando a privatis redibat orationibus, quibus pene in virum alterum mutabatur, summopere studebat se caeteris conformare, ne ignitus apparens, aura favoris quod lucratus erat amitteret. Saepe etiam talia familiaribus dixit: Quando servus Dei orans aliqua nova consolatione visitatur a Domino, antequam exeat ab oratione, debet ad caelum oculos sublevare, et iunctis manibus Deo dicere: Istam consolationem et dulcedinem mihi peccatori et indigno de caelo misisti, Domine, et ego remitto illam tibi, ut mihi reserves eam, quoniam ego sum latro thesauri tui. Et iterum: Domine, aufer a me bonum tuum in hoc saeculo, ut reserves mihi illud in futuro. Ita, inquit, debet, ut cum exit ab oratione, sic pauperculum et peccatorem aliis se ostendat, ac si nullam sit novam gratiam assecutus. Dicebat enim: Levi mercede rem impretiabilem contingit amittere, et illum qui dedit ad iterum non dandum facile provocare. Denique sui moris erat tam furtive, tam

3. *A* sola 10-11. *M* appropinquent 20. *M* Domino 23. ut] *M* et 26. ut] *R* et 28. *M* consecutus 30-31. *M* provocari

leniter ad orationem assurgere, ut sociorum nullus vel surgentem perciperet, vel orantem. Sero tamen, cum ad lectum veniret, sonitum et quasi strepitum faciebat, ut suus ab omnibus sentiretur accubitus.

[*Quomodo episcopus inveniens ipsum orantem loquela privatus est*]. LXVI.

100. Orante sancto Francisco in loco de Portiuncula, contigit episcopum Assisii venire ad eum familiariter, ut erat solitus, visitandum. Qui mox ut locum ingreditur, ad cellam [sancti] minus reverenter non vocatus accedit, pulsoque ostiolo intraturum se ingerit. Et ecce dum caput immittit, sanctumque orantem cernit, repente eum concutit tremor, et obrigentibus membris etiam loquelam amittit. Subito voluntate Dei per vim foras propellitur, et retrogrado pede procul abducitur. Credo vel ipse indignus erat arcanum illud inspicere, vel ille dignus quod tenuerat plus tenere. Stupefactus episcopus redit ad fratres, et primo verbo culpam confessus loquelam recuperat.

[*Quomodo quidam abbas sensit virtutem orationis eius*]. LXVII.

101. Alio tempore contigit abbatem monasterii Sancti Iustini de episcopatu Perusii obviare sancto Francisco, qui de equo celeriter descendens pauca de salute animae suae contulit cum eodem. Tan-

10. ut] *R* in *A om.* sancti 11–12. *R* intraturus 15. *M* Domini 24. Iustini] *M* Severini

dem abscedens orari pro se humiliter petiit. Cui respondit sanctus Franciscus: Orabo, domine, libenter. Parum itaque discedente abbate a sancto Francisco, dixit sanctus ad socium: Exspecta, frater, parum, quia debitum volo solvere quod promisi. Mos enim iste semper [ei] fuit, ut orationem postulatus non post tergum proiiceret, sed cito huiusmodi promissum impleret. Sancto itaque supplicante ad Deum, subito abbas ille insolitum calorem et dulcedinem hactenus inexpertam sentit in spiritu, ita quod in excessu mentis factus, totus a se deficere visus fuit. Parvula morula substitit, et in se reversus virtutem orationis sancti Francisci cognovit. Maiori proinde circa ordinem semper amore flagravit, multisque factum pro miraculo retulit. Talia decet servos Dei in invicem conferre mu[nu]scula; talis inter eos convenit dati et accepti communio. Sanctus amor ille, qui interdum dicitur specialis, fructu orationis contentus est; terrena munuscula charitas parvipendit. Iuvare et iuvari in bello spirituali, commendare et commendari ante tribunal Christi sancti amoris esse proprium credo. Sed quousque eum censes in orationem conscendere, qui sic alium potuit suis meritis elevare?

[De intellectu sancti in sacris litteris et virtute verborum eius]. LXVIII.

102. Quamvis homo iste beatus nullis fuerit scientiae studiis innutritus, tamen quae de sursum est a Deo sapientiam discens, et aeternae lucis irradiatus fulgoribus de scripturis non infime sentiebat. Pene-

3. *R* ab abbate sancto 6. *A om.* ei 12. *M* Parva 14. *R om.* semper 15-24. *M om.* Talia - elevare 16. *A* muscula 25-26. *A om. titulum qui desumitur ex Rubricis, vid. sup. p. 160.* 26. *M om.* et - eius 30. *M* infima

trabat enim ab omni labe purum ingenium mysteriorum abscondita, et ubi magistralis scientia foris est, affectus introibat amantis. Legebat quandoque in sacris libris, et quod animo semel iniecerat, indelebiliter scribebat in corde. Memoriam pro libris habebat, quia non frustra semel capiebat auditus quod continua devotione ruminabat affectus. Hunc discendi legendique modum fructuosum dicebat, non per millenos evagari tractatus. Verum habebat philosophum, qui desiderio vitae aeternae nihil praeponeret. Asserebat autem [a] scientia sui ad scientiam Dei facile perventurum eum, qui scripturae intendens, humilis non praesumptuosus inquireret. Enodabat frequenter quaedam dubia quaestionum, et imperitus verbis intellectum et virtutem luculenter promebat.

[*De verbo prophetico quod ad preces cuiusdam fratris Praedicatoris exposuit*]. LXIX.

103. Manente ipso apud Senas, contigit illuc venire quemdam de ordine Praedicatorum, virum quidem spiritualem et sacrae theologiae doctorem. Visitato igitur beato Francisco, ipse peritus et sanctus diu de verbis Dei dulcissima collatione fruuntur. Interrogavit autem eum dictus magister de illo Ezechielis verbo: Si non annuntiaveris impio impietatem suam, animam eius de manu tua requiram. Dixit enim: Multos, bone pater, ipse cognosco, quos sciens esse in peccato mortali, non semper ei impietatem suam annuntio. Numquid de manu mea talium animae

9. *R* millesios 9-10. *R om.* philosophum 10-11. *M* proponeret 11. *A om.* a scientia sui] *R* scientiatum 14. quaedam] *M* verbotenus; *R* quandoque 15. *M* imperitis 22. peritus] *M* pariter 25. *A* annuntiaveritis 28. *R om.* ei

requirentur? Cui cum beatus Franciscus idiotam se diceret, et ideo magis docendum ab eo, quam supra scripturae sententiam respondere, adiecit humilis ille magister: Frater, licet ab aliquibus sapientibus verbi huius [exposit]ionem audierim, libenter tamen super hoc tuum reciperem intellectum. Dixit ad eum beatus Franciscus: Si verbum universaliter debet intelligi, taliter ego accipio, quod servus Dei sic debet vita et [sanct]itate in se ardere, ut luce exempli et lingua conversationis omnes impios reprehendat. Sic, inquam, splendor vitae eius et odor famae ipsius omnibus annuntiabit iniquitatem eorum. Plurimum itaque vir ille aedificatus abscedens, dixit sociis beati Francisci: Fratres mei, theologia viri huius, [pu]ritate et contemplatione subnixa, est aquila volans; nostra vero scientia ventre graditur super terram.

[*De iis quae interrogatus a quodam Cardinali aperuit*]. LXX.

104. Alio tempore cum esset in Urbe, in domo cuiusdam Cardinalis, de obscuris interrogatus sermonibus ita profunda ponebat in lucem, ut putares ipsum semper inhabitasse scripturas. Dixitque ad eum dominus Cardinalis: Ego non te interrogo tamquam litteratum, sed quasi hominem habentem spiritum Dei, et tuae responsionis [intellectum] ideo libenter accipio, quoniam scio ipsum a solo Deo procedere.

5. *A* responsionem 9. *A* veritate 11. eius] *R* huius 12. *M* ipsorum 14. *A* veritate 23. dominus] *R* dictus 24. quasi] *M* tanquam 25. *A om.* intellectum 26. *R* quia

[*Quid se scire cuidam fratri respondit cum hortaretur ad studium lectionis*]. LXXI.

105. Infirmanti sibi et undique pervaso doloribus dixit aliquando socius eius: Pater, semper ad scripturas confugium habuisti, semper illae tibi dolorum praebuere remedia. Fac, oro, et nunc tibi de prophetis aliquid legi; fortassis exsultabit spiritus tuus in Domino. Cui sanctus: Bonum est scripturae testimonia legere, bonum est dominum Deum nostrum in ipsis exquirere; mihi vero tantum iam ipse de scripturis adegi, quod meditanti et revolventi satissimum est. Non pluribus indigeo, fili. Scio Christum pauperem crucifixum.

[*De gladiis quos vidit frater Pacificus in ore sancti fulgentes*]. LXXII.

106. Erat in Marchia Anconitana saecularis quidam, sui oblitus et Dei nescius, qui se totum prostituerat vanitati. Vocabatur nomen eius Rex versuum, eo quod princeps foret lasciva cantantium et inventor saecularium cantionum. Ut paucis dicam, usque adeo gloria mundi extulerat hominem, quod ab imperatore fuerat pomposissime coronatus. Cum itaque sic in tenebris ambulans iniquitatem traheret in funiculis vanitatis, miserata divina pietas miserum cogitat revocare, ne pereat qui abiectus erat. Occurrunt sibi invicem divina providentia beatus Franciscus et ipse ad quoddam monasterium pauperum inclusarum. Venerat illuc beatus pater ad filias cum

11. *R* adlegi 23. sic] *M* sicut 25. *M* errat

sociis suis; venerat ille ad quamdam suam consanguineam cum sodalibus multis. Facta autem manu Dei super illum, videt corporeis oculis sanctum Franciscum duobus transversis ensibus valde fulgentibus in modum crucis signatum, quorum unus a capite ad pedes, alius a manu in manum per pectus transversaliter tendebatur. Non noverat ipse beatum Franciscum, sed tanto monstrat[um] miraculo mox cognovit eumdem. Subito autem stupefactus ad visum, incipit vel In longum meliora proponere. Beatus vero pater cum primo praedicaret communiter omnibus, gladium verbi Dei transvertit in hominem. Seorsum namque de saeculi vanitate et mundi contemptu dulciter commonet illum, ac deinde transverberat cor illius divina comminando iudicia. Respondit ille continuo: Quid opus [est] plura serere verba? Veniamus ad facta. Tolle me ab hominibus, et magno me imperatori restitue. Altera die induit eum sanctus, et ad Dei pacem reductum fratrem Pacificum nominavit. Huius conversio eo magis aedificatoria fuit multorum, quo latior fuerat vanorum turba sodalium. Gaudens societate beati patris frater Pacificus sentire incipit quas nondum senserat unctiones. Iterato namque videre permittitur quod aliis velabatur. Aspexit enim post pauca magnum signum thau super frontem beati Francisci, quod diversicoloribus circulis pavonis pulchritudinem praeferebat.

3. *R* vidit 8. *A* monstrato 17. *A om.* est 19. *M* Domini 22. *M* lator

[*De efficacia sermonum eius et testimonio cuiusdam physici ad hoc dato*]. LXXIII.

107. Licet autem evangelista Franciscus per materialia et rudia rudibus praedicaret, utpote qui sciebat plus opus esse virtute quam verbis, tamen inter spirituales magisque capaces vivifica et profunda parturiebat eloquia. Brevibus innuebat quod erat ineffabile, et ignitos interserens gestus et nutus, totos rapiebat auditores ad caelica. Non distinctionum clavibus utebatur, quia quos ipse non inveniebat non ordinabat sermones. Dabat voci suae vocem virtutis vera virtus et sapientia Christ[us]. Dixit aliquando physicus quidam, vir eruditus et eloquens: Cum caeterorum praedicationem de verbo ad verbum retineam, sola me effugiunt quae sanctus Franciscus eructat. Quorum si aliqua committo memoriae, non illa mihi videntur quae sua prius labia distillarunt.

[*Qualiter virtute verbi per fratrem Silvestrum de Aretio daemones effugavit*]. LXXIV.

108. Non solum in praesentia virtuosa erant verba Francisci, sed per alios quandoque transmissa vacua non redibant. Accidit siquidem ipsum ad civitatem Aretii devenire quandoque, cum ecce tota civitas intestino bello quassata propinquum sui minabatur excidium. Hospitatus itaque vir Dei in burgo extra civitatem videt supra terram illam daemones exsultantes, et cives ad civium exitia succe[n]dentes.

4. *M om.* et 6. vivifica] *R* mirifica 12. virtus] *R* veritas *A* Christo 21. *M* Non solum autem in 28. *A* succedentes

Vocans autem fratrem Silvestrum nomine, virum Dei dignae simplicitatis, praecepit ei dicens: Vade ante portam civitatis, et ex parte omnipotentis Dei daemonibus praecipe, ut tam cito exeant civitatem. Festinat pia simplicitas ad obedientiam prosequendam, et praeoccupans in laudem faciem Domini, clamat ante portam valenter: Ex parte Dei et iussu patris nostri Francisci, procul hinc discedite daemones universi. Redit ad pacem paulo post civitas, et civilitatis in se iura magna tranquillitate custodiunt. Unde postmodum praedicans eis beatus Franciscus, in principio praedicationis dixit: Vobis sicut quondam diabolo subiugatis et vinctis daemonum loquor, quos tamen scio cuiusdam pauperis precibus liberatos.

[*De conversione eiusdem fratris Silvestri, et de quadam ipsius visione*]. LXXV.

109. Praedicti Silvestri conversionem, qualiter eum ad intrandum ordinem Spiritus moverit, non indignum credo praesentibus copulari. Silvester itaque sacerdos fuerat saecularis de civitate Assisii, a quo lapides pro reparanda ecclesia quondam emerat homo Dei. Hic cum videret illo in tempore fratrem Bernardum, qui post sanctum Dei Minorum ordinis prima plantula fuit, sua perfecte relinquere ac dare pauperibus, v[o]raci cupiditate succensus apud virum Dei de lapidibus olim sibi venditis movet querelam quasi non perfectum ei pretium solutum exstiterit. Subridet Franciscus animum sacerdotis advertens avaritiae veneno infectum. Sed refrigerium maledicto

1. *M* Deo 4. tam] *R* quam 12. *M om.* in - dixit 14. tamen] *R* inde 19. *R om.* Spiritus 26. *A* veraci

ardori cupiens utcumque praestare, manus eius non numerata pecunia replet. Gavisus est presbyter Silvester in datis, sed plus liberalitatem dantis miratus. Domum regressus factum saepe recogitat, senescentem se iam diligere mundum murmure felici submurmurat, et iuvenem illum s[ic] cuncta despicere stupet. Odore bono iam proinde pleno misericordiae suae Christus aperit sinum. Ostendit [ei] per visionem opera Francisci quantum valeant, quanta coram ipso eminentia fulgeant, quam magnifice totam mundi machinam compleant. Videt namque in somnis crucem auream de ore prodeuntem Francisci, cuius summitas caelos tangebat, cuius brachia protensa in [la]tum utramque mundi partem amplexando cingebant. Compunctus sacerdos in visu damnosam excutit moram, reli[n]quit mundum, viri Dei perfectus imitator efficitur. Perfecte hic coepit in ordine conversari, et perfectissime Christi gratia consummavit. Sed quid mirum, si Franciscus crucifixus apparuit, cui tantum semper cum cruce fuit? Cruce mirifica sic interius radicata, quid magnum, si de terra bona exoriens flores, frondes et fructus protulit conspectivos? Nil alterius generis in illa potuit gigni, quam ita sibi totam crux illa mirabilis a principio vindicavit. Sed iam nunc ad materiam recurrendum.

[*De quodam fratre ab impugnatione daemonis liberato*]. LXXVI.

110. Tentatione spiritus, quae carnis incentivo subtilior est et peior, accidit fratrem quemdam diutius esse vexatum. Qui tandem ad sanctum Franciscum

6. *A* se 8. *A om.* ei 9. quantum] *M* quod 12. *R* procedentem 13. *A* altum 16. *A* reliquit imitator] *R* aemulator 18–25. *M om.* Sed quid – recurrendum 20. *R om.* semper

veniens, ad pedes eius se proiecit humiliter; amarissimis autem inundans lacrimis nil dicere praevalebat, altis singultibus praepeditus. Movetur pietas patris in eum, et malignis impulsibus molestatum cognoscens ait: Praecipio vobis, daemones, in virtute Dei, ut amodo fratrem meum non impugnetis, sicut hactenus praesumpsistis. Mox discussa tenebrarum caligine liber frater exsurgit, nec plus vexationem sentit quam si nullatenus habuisset.

[*De porca malefica quae manducavit agnum*]. LXXVII.

111. Ad bruta quoque verbum suum mirandae fuisse virtutis alibi satis elucet. Tangam tamen unum quod ad manum est. Hospitato quadam nocte servo Excelsi apud monasterium Sancti Verecundii de episcopatu Eugubii, ovicula quaedam agniculum peperit in illa nocte. Aderat sus crudelissima, quae vitae innocentis non parcens, rapaci eum morsu necavit. Surgentes homines mane inveniunt agniculum mortuum, cognoscentes vere suem illius maleficii [re]am. Hoc audito, mira compassione pius pater movetur, et agni cuiusdam alterius recordatus mortuum lamentatur agniculum, coram omnibus dicens: Heu, frater agnicule, animal innocens, utile semper [homi]nibus repraesentans! Maledicta sit impia quae te interfecit, nullusque ex ea comedat homo vel bestia. Mirabile dictu! Statim infirmari coepit porca malefica, et tribus diebus poenarum tormenta persolvens ultricem tandem pertulit necem.

17. *M om.* in 19–20. *R om.* Surgentes – mortuum 21. *A* iram
23. *R* lacrimatur 25. *A* omnibus

Proiecta est autem in vallo monasterii, ubi longo tempore iacens, in modum tabulae desiccata, nulli fuit esca famelico.

Contra familiaritates mulierum.

[*De fugienda familiaritate mulierum, et qualiter cum eis loquebatur*]. LXXVIII.

112. Mellita tossica, familiaritates videlicet mulierum, quae in errorem inducunt etiam viros sanctos, iubebat penitus evitari. Timebat enim ex hoc tenerum cito frangi, et fortem saepe spiritum infirmari. Harum contagionem evadere conversantem cum eis, nisi probatissimum virum, tam facile dixit quam, iuxta scripturam, in igne ambulare nec comburere plantas. Ut autem loqueretur manu, se ipsum exemplar omnis praebebat virtutis. Siquidem femina usque adeo molesta erat, ut non cautelam vel exemplum crederes, sed formidinem vel horrorem. Quando earum importuna loquacitas faciebat in loquendo conflictum verbo abbreviato et humili, vultu deiecto, advocabat silentium. Nonnunquam vero caelo intentus luminibus, inde extrahere videbatur quod de terra mussitantibus respondebat. E[a]s vero, in quarum mentibus sacra[e] devotionis instantia domicilium sapientiae collocarat, miris [sed] brevibus instituebat sermonibus. Quando cum femina loquebatur, sonora, ut ab omnibus posset audiri, voce dicenda promebat. Dixit autem socio semel: Fateor veritatem, carissime, nullam me si aspicerem recogniturum in facie, nisi duas. Illius, inquit, et illius mihi vultus

4. *M om.* 7. *L* Mellitas et tossicatas fam. 8. *M* etiam sapientes et viros 10. *M* forte 11. *M* conversante 15. femina] *R* sarcina 22. *A* Eis 23. *A* sacra 24. miris sed] *A* mirisque

cognitus est, alterius nescio. Optime, pater, quoniam sanctificat neminem aspectus earum: optime, inquam, quoniam lucis nihil, damni quamplurimum vel temporis quidem. Impedimento haec sunt arduum volentibus iter intendere, et faciem plenam gratiarum conspicere.

[*Aenigma contra aspectum mulierum*]. LXXIX.

113. Solebat autem non castos oculos aenigmate tali configere. Rex praepotens duos ad reginam successive nuncios misit. Redit primus, et tantum verba verbis reportat. Siquidem sapientis oculi in capite fuerant, nec prosilierant quoquam. Redit alius, et post brevia verba quae refert, longam de dominae pulchritudine texit historiam. Vere, domine, vidi pulcherrimam mulierem. Felix qui fruitur. At ille: Serve nequam, in sponsam meam oculos impudicos egisti? Liquet quod emere volueris rem prospectam subtiliter. Iubet revocari primum et ait: Quid tibi de regina videtur? Et ille: Optime quidem, quoniam silenter audivit, respondit sagaciter. Et nihil, inquit, formositatis inest? Tuum, ait, domine mi, sit hoc inspicere; meum fuit verba perferre. Fertur a rege sententia: Tu, inquit, oculis castus esto in camera corpore castior: hic vero exeat domum, ne polluat thalamum. Dicebat autem beatus pater: Ex nimia securitate minus cavetur hostis. Diabolus si de suo capillum potest habere in homine, cito illum excrescere facit in trabem. Nec si per multos annos deiicere non potuit quem ten-

1-6. *M om.* Optime - conspicere 9. *R* confingere 11. *R om.* sapientis 15. *R om.* mulierem 16. *M* At ille: Tu, inquit, serve 18. *R* vocari 21. *R* inquit (rex), form. inest (ei) 28. cito illum] *R* capillum

tavit moram causatur, dummodo sibi cedat in fine. Hoc est enim opus suum, nec [est] ad alia die noctuque sollicitus.

[*Exemplum sancti contra nimiam familiaritatem*]. LXXX.

114. Contigit semel cum sanctus Franciscus [B]evanium pergeret, prae debilitate ieiunii ad castrum pervenire non posse. Socius vero, misso nuncio ad quamdam spiritualem dominam, panem et vinum pro sancto humiliter petiit. Illa, ut audivit, cum filia virgine Deo devota, cucurrit ad sanctum, portans quae necessaria erant. Refectus autem sanctus et aliquantulum confortatus, verbo Dei matrem et filiam versa vice refecit. Cumque praedicasset eisdem, nullam respexit in faciem. Recedentibus illis, dixit socius ad eum: Cur, frater, non respexisti sanctam virginem, quae cum tanta devotione venit ad te? Cui pater: Quis non deberet timere respicere sponsam Christi? Quod si oculis praedicatur et facie, ipsa me viderit, non ego illam. Multoties vero de huiusmodi loquens asserebat frivolum [esse] omne colloquium mulieris, excepta sola confessione, vel ut assolet monitione brevissima. Dicebat enim: Quae sunt fratri Minori cum muliere tractanda negotia, nisi cum sanctam poenitentiam, vel melioris vitae consilium religiosa petitione deposcit?

2. *A om.* est *post* nec 6-7. *A* Mevanium 10. *M* ut hoc audivit 18-20. Quis - illam] *L* Quis non timere debet sponsam Christi, qui oculos respicere praedicatur et faciem? et ipse me videt, non ego illum. 21. *A om.* esse 22. *M om.* ut

De tentationibus quas passus est.

[*De tentationibus sancti et quomodo tentationem superavit*]. LXXXI.

115. Crescentibus meritis sancti Francisci, crescebat quoque discordia cum antiquo serpente. Nam quo maiora huius charismata, subtiliora illius tentamenta, et graviora praelia movebantur. Licet autem virum bellatorem et strenuum saepe probasset nec ad horam cessisse certamini, adhuc tamen aggredi nititur semper vincentem. Quodam enim tempore immissa est sancto patri gravissima tentatio spiritus, utique ad coronae augmentum. Angustiabatur exinde et replebatur doloribus, affligebat et macerabat corpus, orabat et lacrimabatur acerrime. Pluribus annis taliter impugnatus, dum oraret die quadam in Sancta Maria de Portiuncula, vocem audivit in spiritu: Francisce, si habueris fidem ut granum sinapis, dices monti ut transeat, et transibit. Respondit sanctus: Domine, quis est mons quem velim ipse transferre? Et iterato audivit: Mons est tentatio tua. Et ipse illacrimans dixit: Fiat [mihi], Domine, sicut dixisti. Statim omni tentatione propulsa, liber efficitur et totaliter in intimis quietatur.

[*Quomodo diabolus vocans eum de luxuria tentavit, et qualiter sanctus superavit*]. LXXXII.

116. In eremo fratrum de Sartiano malignus ille, qui semper profectibus invidet filiorum Dei, tale

1. *M om.* 5. *M om.* quoque 11. *M* sanctissimo 14. *R* exorabat 15. *M* orat 21. mihi] *A* enim 22. *M om.* Domine 27. filiorum] *R* servorum

quiddam erga sanctum praesumpsit. Videns namque sanctum sanctificari adhuc, nec pro hesterno hodiernum intermittere lucrum, cum nocte quadam ad orationem vacaret in cellula, vocavit eum ter dicens: Francisce, Francisce, Francisce. Qui respondit dicens: Quid vis? Et ille: Nullus est in mundo peccator, cui, si conversus fuerit, non indulgeat Dominus; sed quicumque semetipsum poenitentia dura necaverit, in perpetuum misericordiam non inveniet. Statim sanctus per revelationem cognovit hostis [fallac[iam, quomodo nisus fuerit eum ad tepida revocare. Quid ergo? Non destitit inimicus aliud inferre certamen. Cernens enim quod laqueum sic occultare non potuit, alium laqueum praeparat, carnis videlicet incentivum. Frustra tamen, quoniam qui spiritus deprehendit versutiam, carne sophisticari non potuit. Immittit ergo in eum diabolus gravissimam tentationem luxuriae. At beatus pater, statim ut percipit, veste deposita, cordula durissime se verberat, dicens: Eia, frater asine, sic te manere decet, sic subire flagellum. Tunica religionis est, furari non licet; si quo vis pergere, perge.

117. Videns autem propter disciplinas tentationem non discedere, cum tamen iam livoribus membra cuncta p[i]nxisset, aperta cellula foras exit in hortum, et in magnam nivem demergit se nudum. Accipiens autem nivem plenis conficit manibus, et ex ea in modum pilae septem glebas compingit. Quas sibi proponens coepit alloqui corpus: Ecce, inquit, haec maior uxor tua est: porro istae quatuor duo sunt filii, et duae filiae tuae: reliquae duae servus sunt et ancilla, qu[o]s ad serviendum habere oportet. Et festina, inquit, omnes induere, quoniam frigore

1. *M* sanctum Dei 7-8. *M* Deus 10-11. *A* astutiam 16. *A* potuerit 17. *M* illum 25. *A* punxisset - exiit 26. *M* demersit 27. *M* Accipit; *R* Recipiens 29. *R* praeponens 32. *A* quas

moriuntur. Si autem e[o]rum multiplex sollicitudo molestat, uni D[omin]o sollicitus servi. Illico diabolus confusus abscedit, sanct[us]que in cellam revertitur glorificans Deum. Quidam spiritualis frater, qui tunc vacabat orationi, luna clarius incedente, totum intuitus est. Sanctus autem comperto postmodum quod ille se in nocte vidisset, dolens multum praecepit ut rem nulli detegeret, donec in saeculo viveret.

[*Quomodo quemdam fratrem a tentatione liberavit et de bono tentationis*]. LXXXIII.

118. Vice quadam cum frater unus solus sederet cum sancto, dixit ei: Ora pro me, benigne pater. Credo equidem, quod de meis tentationibus continuo liberabor, si pro me fueris dignatus orare. Nempe supra vires affligor, et scio quod te ipsum non lateat. Dixit ei sanctus Franciscus: Crede [mihi, fili], quoniam magis propterea servum Dei te credo, et quo magis tentatum, magis a me dilectum te noveris. Et subiunxit: Vere dico tibi, nullus se Dei servum reputare debet, quousque per tentationes et tribulationes transierit. Annulus, inquit, quodammodo est victa tentatio, quo Dominus sibi desponsat animam servi sui. Plures sibi de annosis meritis blandiuntur, et nulla substinuisse tentamenta laetantur. Sed quoniam ante congressum solus eos terror elideret, sciant spiritus sui debilitatem consideratam a Domino. Vix enim obiiciuntur certamina fortia, nisi ubi fuerit virtus perfecta.

1. *A* earum 2. *A* Deo 3. *M* abscessit *A* sanctoque *M* cella 7. *M* et dolens 11. *M* unus tentatus solus 13. *M* continue 16. *A om.* mihi, fili 21. *R* non transierit

Qualiter verberaverunt eum daemones.

[*Qualiter verberaverunt eum daemones, et quod fugiendae sunt curiae*]. LXXXIV.

119. Non solum tentationibus vir iste impetebatur a sathana, verum manu ad manum confligebat cum ipso. Rogatus quandoque a domino Leone Cardinali Sanctae Crucis, ut secum in Urbe paululum moraretur, turrem quamdam remotam elegit, quae per novem testudines concamerata quasi mansiunculas eremiticas praeferebat. Prima igitur nocte cum post orationem Deo fusam vellet quiescere, veniunt daemones et hostiles agones immovent sancto Dei. Quem diutissime ac durissime verberantes, ad ultimum quasi seminecem reli[quer]unt. Illis discedentibus, reparato tandem anhelitu, vocat sanctus socium suum sub alia testudine dormientem, et venienti ait: Frater, volo quod maneas iuxta me, quia solus esse formido. Verberaverunt enim me daemones paulo ante. Tremebat autem sanctus et quatiebatur in membris, quasi qui febrem durissimam pateretur.

120. Totam ergo noctem insomnem ducentibus, dixit sanctus Franciscus ad socium suum: Daemones sunt castaldi Dei nostri, quos destinat ipse ad puniendos excessus. Signum autem amplioris est gratiae, nihil in servo suo impune relinquere, dum vivit in mundo. Ego vero offensam non recolo, quam per misericordiam Dei satisfactione non laverim; sua quippe paterna dignatione semper sic mecum egit, ut placentia et displicentia sibi oranti et meditanti ostenderet. Sed potest esse quod ideo

1. *M om.* 14. *A* relinquunt 15. *R* temperato 22. *M* igitur 23. *M om.* suum 29. *M om.* dignatione

castaldos suos in me permisit irrumpere, quia non bonam speciem aliis praefert mansio mea in curia magnatorum. Fratres mei, qui in locis pauperculis commorantur, audientes me cum Cardinalibus esse, suspicabuntur forsitan abundare delitiis. Ideo, frater, melius iudico eum qui ponitur in exemplum, fugere curias, et penurias sustinentes fortes efficere similia sustinendo. Veniunt ergo mane, et recitatis omnibus valefaciunt Cardinalem. Noverint haec palatini, et sciant abortivos se esse tractos ex utero matris suae. Non obedientiam damno, sed ambitionem, sed otium, sed delitias reprehendo; denique et obedientiis cunctis Franciscum omnino propono. Sustineatur tamen quidquid displicet Deo, quoniam placet hominibus.

[*Exemplum ad propositum*]. LXXXV.

121. [O]ccurrit [animo] quod nullatenus transeundum puto. Frater quidam cum fratres videret in quadam curia commorantes, allectus qua gloria nescio, desideravit una cum eis fieri palatinus. Et cum de curia curiosus exsisteret, nocte quadam videt in somnis fratres praedictos extra locum fratrum positos et ab eorum consortio separatos. Videt insuper eos comedentes in vase porcorum turpissimo et immundo, in quo cicera manducabant humanis stercoribus intermi[xt]a. Cernens hoc frater vehementer obstupuit, et diluculo surgens amplius de curia non curavit.

8. similia] *R* talia 8–15. *M om.* Veniunt – hominibus 17. *A* Accurrit *et om.* animo 19. *M* illectus 25. *M om.* et immundo 26. *A* intermissa

[*Tentamenta quae passus est in quodam locò solitario et* [*de*] *visione cuiusdam fratris*]. LXXXVI.

122. Devenit aliquando sanctus cum socio ad ecclesiam quamdam longe ab habitatione sitam; et solitariam orationem offerre cupiens a[d]mo[n]et socium dicens: Vellem, frater, hic solus hac nocte manere. Vade ad hospitale et ad me summo mane revertere. Cum ergo solus persisteret orationes longas ac devotissimas Domino fundens, circumspicit tandem ubi caput ad dormiendum reclinet. Et subito turbatus spiritu, pavere et taedere coepit, corpore vero ex omni parte contremere. Sentiebat liquido contra se diabolicas impugnationes, super tectum vero domus catervas daemonum cum strepitu discurrentes. Surrexit itaque protinus, et egressus foras crucis signaculum fronti imprimens dixit: Ex parte omnipotentis Dei, dico vobis, daemones, ut quidquid vobis permissum est in meo corpore faciatis. Libens sustineo, quia cum maiorem inimicum non habeam corpore, vindicabitis me de adversario meo, dum in ipso vice mei exercebitis ultionem. Itaque qui propter spiritum deterrendum convenerant, spiritum promptiorem in carne infirma cernentes, pudore confusi protinus evanescunt.

123. Mane facto revertitur ad eum socius, et inveniens sanctum coram altari prostratum, exspectat extra chorum, oratque interim ipse coram cruce ferventer. Et ecce factus in exstasi videt inter multas in caelo sedes unam caeteris digniorem, ornatam pretiosis lapidibus, omnique gloria praefulgentem. Miratur intra se nobilem thronum, et cuius sit tacitus pensat. Audit inter haec vocem dicentem sibi: Sedes ista unius de ruentibus fuit, et nunc humili Francisco

2. *M om.* de 5. *A* amovet 11. *A* spiritus

servatur. Demum ad se reversus frater videt beatum Franciscum ab oratione exire, moxque in modum crucis prostratus ipsum non ut mundo viventem, sed quasi iam caelo regnantem alloquitur dicens: Deprecare pro me filium Dei, pater, ut mihi peccatum non imputet. Extendens manum vir Dei allevat ipsum, cognoscens aliquid ei fuisse in oratione monstratum. Tandem recedentibus inde, interrogat frater ille beatum Franciscum dicens: Quid de te, pater, tua tibi ministrat opinio? Qui respondit: Videor mihi maximus peccatorum, quoniam si aliquem sceleratum tanta fuisset Deus misericordia prosecutus, decuplo me spiritualior esset. Ad haec statim in corde fratris dixit spiritus: Cognosce quod vera fuit visio quam vidisti, quoniam ad sedem superbia perditam humilitas levabit humillimum.

[*De quodam fratre a tentatione liberato*]. LXXXVII.

124. Frater quidam spiritualis et antiquus in religione magna carnis tribulatione afflictus, quasi desperationis profundo videbatur absorptus. Duplicabatur ei quotidie dolor, dum conscientia magis tenera quam discreta cogebat eum de nihilo confiteri. Siquidem non tentationem habere, sed tentationi cessisse vel modicum tanto studio confitendum esset. Ipse vero tantum pudoris habebat, quod timens totum uni sacerdoti detegere, quippe cum nihil esset, cogitationes ipsas dividens, diversas diversis particulas committebat. Quadam vero die cum deambularet cum beato Francisco, dixit ei sanctus: Frater, dico tibi quod tribulationem tuam nulli debeas de

5-6. *M* peccata 6. *M* manus 11. *M* peccator 15. *A* fuerit
23. *R* tentatione 30. *M om.* tuam

caetero confiteri. Et noli timere, quia quod circa te fit, nec tu facis, ad coronam tibi proveniet non ad culpam. Quoties autem fueris tribulatus septem *Pater noster* de mea licentia dicas. Miratus unde hoc sanctus novisset, plurimoque exhilaratus gaudio, post modicum omnem tribulationem evasit.

De vera laetitia spiritus.

[*De spirituali laetitia et laus eius, et de malo accidiae*]. LXXXVIII.

125. Tutissimum remedium contra mille inimici [insidias vel] astutias laetitiam spiritualem sanctus iste firmabat. Dicebat enim: Tunc potissimum exsultat diabolus, cum gaudium spiritus servo Dei potest subripere. Pulverem portat, quem quantumlibet parvis aditibus conscientiae possit iniicere, mentisque candorem et vitae munditiam sordidare. Sed laetitia, inquit, spirituali corda replente, in vanum effundit serpens letale venenum. Non possunt daemones offendere Christi famulum, ubi eum viderint sancta iucunditate repletum. Quando vero flebilis est animus, desolatus et moerens, facile vel absorbetur tristitia, vel ad gaudia vana transmittitur. Studebat proinde sanctus in iubilo cordis semper exsistere, servare unctionem spiritus oleumque laetitiae. Morbum accidiae pessimum summa cura vitabat, ita ut cum vel parum menti illapsum sentiret, ad orationem citissime curreret. Dicebat autem: Servus Dei pro aliquo, ut assolet, conturbatus illico surgere ad orationem debet, et tamdiu coram summo Patre persi-

2. *R* perveniet 4. *M* dices unde] *A* inde quod 5. *M* plurimo exh. 7. *M om.* 11. *A*, *L om.* insidias vel 12. *L*, *M* potissime 18. letale] *M* tale 20-21. *R* amarus

stere, donec reddat ei sui salutaris laetitiam. Si enim in moestitia fecerit moram, adolescet babilonicum illud, quod tandem nisi per lacrimas expurgetur, mansuram generabit in corde rubiginem.

[*De cithara angelica quam audivit*]. LXXXIX.

126. Diebus quibus pro cura oculorum apud Reate manebat, vocavit unum de sociis, qui fuerat in saeculo citharista, dicens: Frater, filii saeculi huius divina non intelligunt sacramenta. Instrumenta quippe musica, divinis quondam laudibus deputata, in aurium voluptatem libido humana convertit. Vellem ergo, frater, ut secreto citharam mutuatus afferres, qua versum honestum faciens fratri corpori doloribus pleno solatium aliquod dares. Cui respondit frater: Verecundor non modicum, pater, timens ne levitate hac suspicentur homines me esse tentatum. Cui sanctus: Dimittamus ergo, frater. Bonum est multa dimittere, ne laedatur opinio. Nocte sequenti, vigilante sancto viro et meditante de Deo, repente insonat cithara quaedam harmoniae mirabilis et suavissimae melodiae. Non videbatur aliquis, sed transitus et reditus citharedi ipsa hinc inde auditus volubilitas innuebat. Spiritu denique in Deum directo, tant[a] in illo dulcisono carmine sanctus pater suavitate perfruitur, ut aliud se putet saeculum commutasse. Mane surgens sanctus vocat fratrem praedictum, et narrans ei cuncta per ordinem subdit: Dominus qui consolatur afflictos numquam me sine consolatione dimisit. Ecce enim qui citharas hominum audire non potui, citharam suaviorem audivi.

4. mansuram] *M* maximam 11. *M* igitur 13. *M om.* faciens 19. *M* Domino 21-22. *R* transitum et reditum 23. *A* Spiritum - tantum 27. *M* subdidit

[*Quod spiritu exhilaratus sanctus gallice cantabat*]. XC.

127. Nonnumquam vero talia faciebat. Dulcissima melodia spiritus intra ipsum ebulliens exterius gallicum dabat sonum, et vena divini susurrii, quam auris eius suscipiebat furtive, gallicum erumpebat in iubilum. Lignum quandoque, ut oculis vidimus, colligebat e terra, ipsumque sinistro brachio superponens arculum filoflexum tenebat in dextera, quem [quasi] super viellam trahens per lignum, et ad hoc gestus repraesentans idoneos, gallice cantabat de Domino. Terminabantur tota haec tripudia frequenter in lacrimas, et in passionis Christi compassionem hic iubilus solvebatur. Inde hic sanctus continua trahebat suspiria, et ingeminatis gemitibus, inferiorum quae in manu erant oblitus, suspendebatur ad caelum.

[*Qualiter quemdam fratrem tristem redarguit, et qualiter se deberet habere monuit*]. XCI.

128. Vidit semel quemdam socium suum accidiosam et tristem faciem praetendentem, et non leniter ferens dixit ad eum: Non decet servum Dei tristem vel turbulentum se monstrare hominibus, [sed] semper honestum. Offensas tuas in tuo cubiculo discute, et coram Deo tuo lacrimare et ingemisce. Cum redis ad fratres, moerore deposito, caeter[i]s conformare. Et post pauca: Multum invident mihi

1-2. *M om. titulum qui desumitur ex Rubricis, vid. sup. p. 161.* 7. *M* vidi 8. e] *R* a 9. arculum] *R* annulum *M* quam 10. *A om.* quasi viellam] *R* tuellam 20-21. *R* accidiosum 21. *R* protendentem 23. sed] *A* licet 26. *A* caeteros

aemuli salutis humanae, et semper, ait, conantur quem in me non possunt, in sociis conturbare. Tantum autem diligebat virum spirituali laetitia plenum, quod pro generali commonitione in quodam capitulo scribi fecit haec verba: Caveant fratres, ne se ostendant extrinsecus nubilosos et hypocritas tristes, sed ostendant se gaudentes in Domino, hilares et iucundos, et convenienter gratiosos.

[*Qualiter corpus tractandum est ut non murmuret*]. XCII.

129. Dixit etiam aliquando sanctus: Fratri corpori cum discretione providendum est, ne ab eo tempestas commoveatur accidiae. Ut enim non taedeat ipsum vigilare et reverenter in oratione persistere, tollatur ei occasio murmurandi. Diceret enim: Fame deficio, tui exercitii sarcinam ferre non [valeo]. Quod si postquam sufficientem vorasset annonam talia mussitaret, scito pigrum iumentum indigere calcaribus, et inertem asellum stimulum exspectare. Hoc solo documento dissona fuit manus a lingua in patre sanctissimo. Corpus enim suum utique innocens flagellis et penuriis subigebat, multiplicans ei vulnera sine causa. Nam et calor spiritus ita iam levigaverat corpus, ut anima sitiente in Deum, sitiret et quam multipliciter caro [illa] sanctissima.

6. *M om.* et - tristes 16. valeo] *A* possum 25. *M om.* quam *A om.* illa

De inepta laetitia.

[*Contra vanam gloriam et hypocrisim*]. XCIII.

130. Verum spiritualem amplectens laetitiam, ineptam studiose vitabat, sciens ferventer diligendum quod perficit, nec minus vigilanter quod inficit fugiendum. Inanem quidem gloriam elidere studebat in semine, non sinens quod Dei sui offenderet oculos subsistere vel momento. Nam multoties, cum multis attolleretur praeconiis, dolens et gemens protinus in tristitia subrogabat affectum. Tempore hiemali, cum nonnisi unica tunica sanctum eius corpusculum tegeretur, petiis admodum vilibus resarcita, guardianus suus, qui et socius eius erat, unum corium vulpinum acquirens et ad ipsum perferens dixit: Pater, infirmitatem pateris splenis et stomachi; precor charitatem tuam in Domino, ut subtus tunicam patiaris istud consui corium. Quod si totum non placet, saltem supra stomachum fieri sine. Cui beatus Franciscus: Si vis ut sub tunica patiar istud, fac mihi eiusdem mensurae petiam exterius applicari, quae consuta de foris indicet hominibus pellem intus absconditam. Audit frater nec approbat, instat, nec impetrat aliud. Acquiescente tandem guardiano, petia supra petiam suitur, ne aliud foris quam intus Franciscus esse monstretur. O idem lingua et vita; idem foris et intus; idem subditus et praelatus! Nihil extraneae, nihil privatae gloriae diligebas, qui semper gloriabaris in Domino. Sed pelliciatos ne offenderim, precor, si pellem pro pelle positam dixerim; scimus enim innocentia spoliatos tunicis pelliceis eguisse.

1-2. *M* laetitia et contra 5. perficit] *R* proficit 7. *M* Domini 24. *M* alius 25-30. *M om.* O idem - eguisse

[*De quadam sua confessione contra hypocrisim*]. XCIV.

131. Tempore quodam apud eremitorium de Podio, circa nativitatem Domini, magno populo ad praedicationem vocato, tali prologo exorsus est: Vos creditis me hominem sanctum, et ideo devote venistis. Sed fateor, ait, vobis, hac tota quadragesima cibaria lardo condita comedi. Sicque frequenter voluptati imputavit quod prius infirmitati concesserat.

[*De confessione contra vanam gloriam*]. XCV.

132. Simili fervore, quandocumque spiritus eius ad vanam gloriam moveretur, statim coram omnibus nuda illud confessione prodebat. Quodam [enim] tempore cum iret per civitatem Assisii, occurrit ei vetula quaedam petens aliquid ab eo. Nihil autem habens praeter mantellum, festina e[um] liberalitate concessit. Sentiens vero inanis favoris motus irrepere, statim coram omnibus vanam gloriam habuisse confessus est.

[*Verba sua contra se laudantes*]. XCVI.

133. Studebat bona Domini sui arcano pectoris condere, nolens patere gloriae quod posset [causa esse] ruinae. Nam saepe cum beatificaretur a pluribus, verba huiuscemodi respondebat: Filios et filias adhuc habere possum; nolite laudare securum. Nemo

4. *M* Dei 8. *L*, *M* Sic 13. *A om.* enim 16. *A* ei 20. *M om. titulum qui desumitur ex Rubricis, vid. sup. p. 162.* 21. *M* Dei 22-23. *A om* causa esse 24. *M* verbum 25. *R* laudare (non) securum

laudandus, cuius incertus est exitus. Quandocumque mutu[o concessum] auferre voluerit qui concessit, solum, inquit, corpus et anima remanebunt, quae infidelis etiam possidet. Ista quidem laudantibus. Ad se autem sic: Latroni tanta contulisset Altissimus, gratior te foret, Francisce.

[*Verba contra se laudantes*]. XCVII.

134. Dicebat autem fratribus saepe: De omni eo quod peccator potest nemo sibi debet iniquo plausu blandiri. Peccator, ait, ieiunare potest, orare, plangere, carnem propriam macerare. Hoc vero non potest, Domino suo fidelis exsistere. Itaque in hoc gloriandum est, si suam Deo gloriam reddimus, si fideliter servientes, ipsi quidquid donat adscribimus. Maior hominis inimicus caro est. Nihil recogitare novit ut doleat, [nihil ut timeat praevidere]. Studium eius abuti praesentibus. Quod autem peius est, ipsa, inquit, sibi usurpat, ipsa in suam gloriam transfert quod non sibi sed animae datum est. Ipsa de virtutibus laud[em], de vigiliis et orationibus favorem carpit extrinsecum. Nihil animae relinquens quaerit et de lacrimis obolum.

De occultatione stigmatum. XCVIII.

135. Illa vero Crucifixi insignia, summis etiam spiritibus veneranda, fas non est silentio praeterire

2. mutuo concessum] *A* mutuum auferre voluerit] *R* auctor revoluerit 3. *A* animam 5. *R* Latroni (si) tanta 11. propriam] *M* suam 13. gloriam] *R* laudem 16. *A om.* nihil – praevidere 18. *M om.* inquit 20. laudem] *A* laudare 24. *R* Ipsa

quanto velamine texerit, quanto[que] absconderit studio. Primo in tempore, quo verus Christi amor in eamdem imaginem transformarat amantem, tanta cautela celare et occultare coepit thesaurum, ut usque ad multa tempora nec ipsi familiares agnoscerent. Sed semper abscondi, nec ad oculos venire carorum divina providentia noluit. Quin etiam et publica loca membrorum idipsum non patiebantur obtectum. Videns autem semel unus de sociis stigmata in pedibus eius, dixit ei: Quid est hoc, bone frater? Qui respondit: Curam habe de facto tuo.

136. Alia vice idem frater tunicam eius ad excutiendum petens, eamque sanguinolentam aspiciens, dixit sancto postquam reddidit eam: Cuiusmodi sanguis est ille, quo tunica infecta videtur? Sanctus vero imponens digitum oculo dixit ei: Interroga quid est hoc, si nescis oculum esse. Raro itaque totas abluit manus, digitos tantum perfundens, ne res astantibus proderetur. Pedes vero lavat rarissime, nec minus occulte quam raro. Manum ab aliquo postulatus ad osculum dimidiat, digitos tantum proferens, quod possit osculum poni; nonnunquam vero pro manu manicam porrigit. Pedes laneis peduciis vestit, ne videri possint, pelle supra vulneribus posita, quae asperitatem laneam mitigaret. Licet autem sanctus pater non posset manuum et pedum stigmata omnino tegere sociis, aegre tamen ferebat si aliquis illa respiceret. Unde et ipsi socii spiritus prudentia pleni, quando ille manus aut pedes aliqua necessitate detegeret, oculos avertebant.

1. quantoque] *A* quanto 3. *M* transformavit 21 osculum] *M* osculandum 22. quod] *M* quantum 28. *M om.* spiritus

[*Quod pia fraude quidam illa inspexit*]. XCIX.

137. Cum Senis moraretur vir Dei, accidit venire illuc fratrem quemdam de Briscia, qui multum affectans videre stigmata sancti patris, ut id queat a fratre Pacifico instanter deposcit. Et ille: Recessurus, inquit, a loco, petam ab eo deosculandas manus, quas cum dederit, annuam tibi oculis et videbis. Parati ad recessum vadunt ambo ad sanctum, flexisque genibus, dixit Pacificus sancto Francisco: Benedic nobis, [m]ater carissim[a], et manum mihi ad osculundum praebe. Osculatur non libenter porrectam, et videndam innuit fratri. Petens et aliam osculatur et monstrat eidem. Discedentibus illis suspicatus est pater sanctam fraudem ibi fuisse, quae fuerat. Et piam curiositatem impiam iudicans, revocato statim fratre Pacifico dicit ei: Indulgeat tibi Deus, frater, quoniam tribulationem multam facis mihi aliquando. Prosternit se statim Pacificus et humiliter interrogat dicens: Qualem tribulationem tibi feci, carissima mater? Nihil autem respondente beato Francisco, silentio terminatur eventus.

[*De vulnere lateris a quodam inspecto*]. C.

138. Licet autem manuum et pedum vulnera ipsa membrorum loca propatula facerent aliquibus manifesta, lateris tamen vulnus nemo dignus videre fuit in vita, unico tantum et semel excepto. Quoties enim tunicam faceret excuti, dextro brachio cooperiebat lateris vulnus. Nonnunquam vero manu sini-

9. *M* dicit 10. *A* pater carissime 15. curiositatem] *R* animositatem 16. *M* dixit - Dominus

stra lateri confixo applicata beatam illam plagam tegebat. Quidam vero eius socius dum scalperet ipsum, manu vulneri illapsa magnum ei dolorem inflixit. Alter quidam de fratribus, curiosa inquisitione nisus videre quod aliis erat absconditum, dixit sancto patri die quadam: Placet ne tibi, pater, ut excutiamus tunicam tuam? Cui sanctus: Retribuat tibi Deus, frater, quoniam indigeo quidem. Illo itaque se ex[ue]nte, attentis oculis frater inspiciens, expressum vidit vulnus in latere. Hic solus vidit in vita, caeterorum nullus usque post mortem.

[*De occultandis virtutibus*]. CI.

139. Taliter homo iste omnem gloriam, quae Christum non saperet, abiuraverat; taliter humanis favoribus aeternum irrogaverat anathema. Sciebat famae pretium conscientiae secretum minuere, longeque damnosius abuti quam carere virtutibus. [Sciebat non minorem virtutem quam quaerere parta tueri]. Heu! ad plura nos vanitas quam charitas provocat, et Christi amori praevalet favor mundi. Affectus non discernimus, spiritus non probamus, et cum in actum gloria vana compulerit, charitate putamus elicitum. Porro si boni vel parum egerimus, pondus eius ferre non possumus, quo[d]libet illud exoneramus viventes, et ad ultimum littus amittimus. Patienter ferimus non esse bonos; non videri, non credi, pati non licet. Sic totum in laudibus hominum vivimus, quia nihil aliud quam homines sumus.

1. *M* applicita 6. pater] *M* frater 7. *M* Dominus *et om.* frater 8. *A* exeunte 12. *M om. titulum qui desumitur ex Rubricis, vid. sup. p. 162.* 14. *R* tàlibus 17-18. *A om.* Sciebat – tueri 19-28. *M om.* Heu – sumus 21. *R* discutimus 23. *R* agimus 24. *A* quoslibet

De humilitate.

[*Humilitas sancti Francisci in habitu, sensu et moribus, et contra proprium sensum*]. CII.

140. Omnium virtutum custos et decor humilitas. Hac non subs[tra]ta fabricae spirituali, cum crescere videtur proficit in ruinam. Haec, ne quid viro tot donis ornato deesset, copiosiori eum ubertate repleverat. In propria quidem reputatione nihil erat nisi peccator, cum decor esset et splendor omnimodae sanctitatis. In hac studuit aedificare se ipsum, ut fundamentum iaceret quod a Christo didicerat. Eorum quae lucratus fuerat oblitus, solos ante oculos ponebat defectus, plus sibi deesse quam adesse considerans. Sola in eo cupiditas viguit ut melior fieret, [u]t primis non contentus novas virtutes a[cquir]eret. Humilis habitu, humilior sensu, humillimus reputatu. Non discernebatur Dei princeps quod praelatus esset, nisi hac clarissima gemma, quia inter minores minimus aderat. Haec virtus, hic titulus, hoc insigne generalem indicabat esse ministrum. Aberat ab eius ore omnis altitudo, pompa omnis a gestibus, ab actibus omnis fastus. Sensum in multis ex revelatione didicerat, quem tamen in medio conferens aliorum anteponebat sensus. Sociorum consilium tutius esse credebat, et alienus visus melior proprio videbatur. Non omnia pro Deo reliquisse dicebat eum, qui sensus proprii loculos retineret. Malebat de se vituperium audire quam laudem, cum hoc ad se emendandum cogeret, illa impelleret ad cadendum.

5. *A* substituta 9. *M* decus 15. *A* et 16. *A* addiceret; *R* adiiceret 27. *M* Domino

[*De humilitate ipsius ad Episcopum Interamnensem et ad quemdam rusticum*]. CIII.

141. Praedicante [ipso] aliquando populo Interamnensi, commendans eum Episcopus civitatis, coram omnibus, finita praedicatione, sic ait: Hac novissima hora illustravit Deus Ecclesiam suam isto pauperculo et despecto, simplice et illitterato; propter quod tenemur Dominum semper laudare, scientes quod non fecit taliter omni nationi. Quibus sanctus auditis, miro acceptavit affectu quod verbis tam expressis contemptibilem ipsum iudicasset Episcopus. Et intrantibus ecclesiam, procidit ad pedes Episcopi dicens: In veritate, domine Episcope, magnum honorem mihi fecisti, quoniam quae mea sunt a[u]ferentibus aliis, tu solus illaesa servasti. Separasti, inquam, pretiosum a vili, sicut discretus homo, Deo laudem, mihi vilitatem reddendo.

142. [Non solum autem humilem se praebebat vir Dei maioribus, sed etiam paribus et abiectis paratior moneri et corrigi quam monere. Unde cum die quadam vectus asello, quia debilis et infirmus pedes ire non poterat, per agrum cuiusdam rustici tunc ibi laborantis transiret, rusticus ille ad eum currens interrogavit sollicite an ipse foret frater Franciscus. Cui cum vir Dei seipsum esse de quo quaerebat humiliter respondisset: Stude, ait rusticus, adeo bonus esse ut ab omnibus diceris, quia multi confidunt de te. Quare te moneo ut numquam de te sit aliter quam speratur. Vir autem Dei Franciscus haec audiens, de asino se misit in terram, et coram rustico provolutus osculabatur pedes eius humiliter, gratias agens ei quod eum dignatus est monere.

3. *A om.* ipso 14. *A* afferentibus 17. *M* utilitatem 18-6 *(p. 277). A om.* Non solum - meritorum.

Cum igitur famae tam celebris esset, quod velut sanctus a plurimis habebatur, vilem se coram Deo et hominibus reputabat, nec de celebri fama, nec de sanctitate qua pollebat superbiens, sed nec de multis tam sanctis fratribus et filiis sibi datis in suorum remunerationis principium meritorum].

[*Quomodo praelationem in capitulo resignavit, et de oratione quadam*]. CIV.

143. Ad servandam humilitatis sanctae virtutem, paucis annis elapsis post suam conversionem, in quodam capitulo, coram omnibus fratribus de religione praelationis officium resignavit dicens: Amodo sum mortuus vobis. Sed ecce, inquit, frater Petrus Cathanii, cui ego et vos omnes obediamus. Et inclinans se protinus coram ipso, obedientiam et reverentiam promisit eidem. Flebant igitur fratres, et altos extorquebat gemitus dolor, cum videbant se tanto patre quodammodo orphanos fieri. Surgens beatus Franciscus, iunctis manibus et oculis in caelum erectis, dixit: Domine, tibi recommendo familiam, quam mihi hactenus commisisti. Et nunc, propter infirmitates quas tu nosti, dulcissime Domine, curam eius habere non valens, ipsam recommendo ministris. Teneantur in die iudicii coram te, [Domine], reddere rationem, si aliquis frater eorum [vel] negligentia, vel exemplo, seu etiam aspera correctione perierit. Permansit exinde subditus usque ad mortem, humilius agens quam aliquis aliorum.

14. *M om.* omnes 25. *A om.* Domine 26. *A om.* vel *R om.* etiam

[*Qualiter resignavit socios*]. CV.

144. Alio tempore vicario suo cunctos socios resignavit dicens: Hac libertatis praerogativa singularis videri nolo, sed fratres me de loco ad locum associent, sicut Dominus inspiraverit eis. Et adiecit: Vidi iam caecum qui unam caniculam ducem habebat itineris. Haec itaque sua gloria erat, ut omnis singularitatis et iactantiae specie relegata, habitaret in eo virtus Christi.

[*Verba eius contra praelationem amantes, et descriptio fratris minoris*]. CVI.

145. Videns autem quosdam praelationibus inhiare, quos praeter alia vel sola reddebat indignos ambitio praesidendi, eos non esse fratres minores dicebat, sed vocationis qua vocati erant oblitos, a gloria excidisse. Nonnullos vero miseros aegre ferentes ab officiis amoveri, quippe cum onus non quaererent sed honorem, multis sermonibus confutabat. Dixit autem quandoque socio suo: Non mihi videor frater minor, nisi fuero in statu quem tibi descripsero. Et ait: Ecce praelatus exsistens fratrum vado ad capitulum, praedico [et] commoneo fratres, et in fine dicitur contra me: Non convenit nobis illitteratus et contemptibilis, ideo nolumus te regnare super nos, quia elinguis es, simplex et idiota. Tandem eiicior cum opprobrio, vilipensus ab omnibus. Dico tibi, nisi eodem vultu, eadem mentis laetitia, eodem sanctitatis proposito haec verba audiero, frater minor nequaquam sum. Et adde-

4. nolo, sed] *R* volo, si 22. *A om.* et 24. *M* ideoque 29. nequaquam] *M* non

bat: In praelatione casus, in laude praecipitium, in humilitate subditi animae lucrum est. Cur ergo [periculis] plusquam lucris attendimus, cum tempus ad lucrandum cepimus?

[*De subiectione quam volebat fratres habere ad clericos, et quare*]. CVII.

146. Licet autem cum omnibus hominibus pacem habere filios vellet atque universis parvulos se praebere, clericis tamen maxime humiles esse verbo docuit, ac monstravit exemplo. Dicebat enim: In adiutorium clericorum missi sumus ad animarum salutem, ut quod in illis minus invenitur suppleatur a nobis. Recipiet unusquisque mercedem non secundum auctoritatem, sed secundum laborem. Scitote, inquit, fratres, animarum fructum Deo gratissimum esse, meliusque illum consequi posse pace, quam discordia clericorum. Quod si ipsi salutem impediunt populorum, Dei est ultio et ipse retribuet eis in tempore. Ideo estote subiecti praelatis, ne quantum ex vobis est zelus aliquis surgat. Si filii pacis fueritis, clerum et populum Deo lucrabimini, quod acceptabilius iudicat Dominus, quam populum solum, clero scandalizato, lucrari. Tegite, inquit, eorum casus, multiplices supplete defectus, et cum haec feceritis, humiliores estote.

[*De reverentia quam exhibuit Episcopo Imolensi*]. CVIII.

147. Quodam tempore deveniens sanctus Franciscus Imolam civitatem Romagnolae, repraesentavit

3. *A om.* periculis *M* accendimur 22. *M* Domino 29. *M* Romagniolae

se Episcopo terrae, petens ab eo licentiam praedicandi. Cui Episcopus: Sufficit, frater, quod ego praedicem populo meo. Flexo capite sanctus Franciscus humiliter foras egreditur, ac post modicam horam regreditur intro. Cui Episcopus: Quid vis, frater? Quid iterum quaeris? Et beatus Franciscus: Domine, si [p]ater filium uno repulerit ostio, alio sibi reintrandum est. Humilitate victus Episcopus alacri vultu complexatur eum, et dicit: Tu, et omnes fratres tui de caetero in episcopatu meo generali mea licentia praedicetis, quoniam istud humilitas sancta promeruit.

[*De humilitate ipsius ad sanctum Dominicum et e converso, et mutua charitate ipsorum*]. CIX.

148. In Urbe cum domino Ostiensi, qui postea Summus Pontifex fuit, clara illa luminaria orbis aderant, sanctus Dominicus et sanctus Franciscus. Et cum melliflua vicissim de Deo eructarent, dixit tandem Episcopus illis: In Ecclesia primitiva pastores Ecclesiae pauperes erant, et homines charitate non cupiditate ferventes. Cur, inquit, non facimus de vestris fratribus episcopos et praelatos, qui documento et exemplo caeteris praevalent? Fit inter sanctos de respondendo contentio, [non] praeripientibus sed offerentibus, quin immo sese cogentibus ad responsum. Siquidem uterque prior erat alterius, [dum] uterque devotus in alterum. Vicit ta[ndem] humilitas Franciscum ne se praeponeret, vicit et Dominicum ut prius respondendo humiliter obediret. Respondens ergo beatus Dominicus dixit

7. *A* frater 21. ferventes] *R* servientes 24. non] *A* se
27. dum] *A* unde 27-28. *A* tamen

Episcopo: Domine, gradu bono, si cognoscunt, sublimati sunt fratres mei, nec pro meo posse permittam ut aliud assequantur specimen dignitatis. Haec itaque sic breviter perorante, inclinans se beatus Franciscus coram Episcopo dixit: Domine, minores ideo vocati sunt fratres mei ut maiores fieri non praesumant. Docet vocatio in plano subsistere, et humilitatis Christi sequi vestigia, quo tandem in respectione sanctorum plus aliis exaltentur. Si vultis, ait, ut fructum afferant in Ecclesia Dei, tenete illos et conservate in statu vocationis eorum, et ad plana reducite vel invitos. Precor itaque, pater, ne superbiores quo pauperiores exsistant, et contra caeteros insolescant, ad praelationem illos ascendere nullatenus permittatis. Haec beatorum responsa.

149. Quid dicitis filii sanctorum? Degeneres vos zelus et invidia probat, nec minus illegitimos honorum ambitio. Invicem mordetis et comeditis, nec bella et lites nisi ex concupiscentiis oriuntur. Colluctatio vobis adversus acies tenebrarum, certamen forte contra exercitus daemonum, et inter vos mucronem convertitis; versis vultibus in propitiatiorum familiariter se respiciunt patres pleni scientia, filii vero invidia pleni graves sunt invicem ad videndum. Quid corpus faciet, si cor divi[s]um habuerit? Sane per universum mundum fructuosius pietatis doctrina proficeret, si ministros verbi Dei charitatis vinculum fortius couniret; suspectum namque quod loquimur vel docemus hinc maxime redditur, quo in nobis fermentum quoddam odii signis evidentibus demonstratur. Scio hinc inde probos non esse in causam, sed improbos, quos, ne sanctos inficerent, merito crederem exstirpandos. Quid demum de alta sapientibus dicam? Humilitatis, non

4. *M* Hoc igitur 12. vel] *M* illos 15-8 *(pag. 282). M om.* Haec - Israel 25. *A* divinum 30. odii] *R* hodie

altitudinis via patres pervenerunt ad regnum; filii in circuitu ambitionis ambulantes viam civitatis habitaculi non requirunt. Quid restat, nisi ut quorum viam non sequimur nec gloriam consequamur? Absit a nobis, Domine. Fac humiles esse discipulos sub alis humilium magistrorum; fac benevolos consanguines spiritus, et videas filios filiorum tuorum pacem super Israel.

[*Qualiter se alter alteri commisit*]. CX.

150. Finitis ut supra diximus responsionibus servorum Dei, multum de utriusque sermonibus aedificatus dominus Ostiensis immensas Deo gratias egit. Discedentibus autem inde rogavit beatus Dominicus sanctum Franciscum ut sibi chordam, qua cingebatur, dignaretur concedere. Lentus ad hoc [fuit] sanctus Franciscus, [ea]dem humilitate renuens qua ille charitate deposcens. Vicit tamen felix devotio postulantis, et concessam sub inferiori tunica devotissime cinxit. Tandem manus inter manus ponuntur, et mutu[ae] commendationes dulcissime fiunt. Dixit autem sanctus sancto: Vellem, frater Francisce, unam fieri religionem tuam et meam, et in Ecclesia pari forma nos vivere. Demum cum a[b] invicem discesserunt, dixit sanctus Dominicus pluribus qui tunc aderant: In veritate dico vobis, hunc sanctum virum Franciscum caeteri religiosi sequi deberent, tanta est suae sanctitatis perfectio.

6-7. consanguines] *Sic A* 16. *A om.* fuit eadem] *A* tandem; *R* tam 17. qua] *R* quam 18. *R* concessam sibi sub 20. *A* mutuo recommendationes 23. *A* ad 23-24. ab - discesserunt] *M* abscesserunt

De obedientia.

[*Quod semper ob veram obedientiam habuit guardianum*]. CXI.

151. Ut pluribus lucraretur modis negotiator iste cautissimus, ac totum praesens tempus conflaret in meritum, frenis obedientiae agi voluit, et alieno regimini submittere semetipsum. Siquidem non solum generali officio resignavit, sed propter maius obedientiae bonum guardianum singularem expetiit, quem specialiter coleret in praelatum. Dixit enim fratri Petro Cathanii, cui pridem obedientiam sanctam promiserat: Rogo te, propter Deum, ut vicem tuam de me uni de sociis meis committas, cui sicut tibi devotus obediam. Scio, inquit, obedientiae fructum, et quod nihil transeat temporis sine lucro qui alterius iugo colla submiserit. Admissa igitur sua instantia, usque ad mortem subditus ubique permansit, guardiano proprio semper reverenter obtemperans. Dixit autem quadam vice sociis suis: Inter alia quae dignanter pietas mihi divina concessit, hanc gratiam contulit quod ita diligenter novitio unius horae obedirem, si mihi guardianus daretur, sicut antiquissimo, vel discretissimo cuiquam. Subditus, [inquit], praelatum suum non hominem considerare debet, sed illum pro cuius est amore subiectus. Quanto autem contemptibilior praesidet, tanto obedientis humilitas magis placet.

1. *M om.* De obedientia 12. *M* Dominum 13. cui] *M* quia 23. *M* antiquissimo vel antiquissimo 24. inquit] *A* quidem

[*Quomodo verum obedientem descripsit, et de tribus obedientiis*]. CXII.

152. Alio tempore sedens cum sociis beatus Franciscus tale quoddam emisit suspirium: Vix aliquis religiosus est in toto mundo, qui perfecte obediat praelato suo. Permoti socii dixerunt ei: Dic nobis, pater, quae sit perfecta et summa obedientia. At ille, verum describens obedientem sub figura corporis mortui, respondit: Tolle corpus exanime, et ubi placuerit pone. Videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclamare dimissum. Quod si statuatur in cathedra, non alta sed ima respiciet; si collocetur in purpura, duplo pallescet. Hic, inquit, verus obediens est; cur moveatur non diiudicat, ubi locetur non curat, ut transmutetur non instat. Evectus ad officium solitam tenet humilitatem, plus honoratus plus reputat se indignum. Alia vice de huiusmodi loquens, concessas post petitionem proprie licentias dixit, iniunctas vero nec postulatas sacras obedientias nominavit. Utramque bonam dicebat, sed aliam tutiorem. Summam vero et in qua nihil haberet caro et sanguis, illam esse credebat qua divina inspiratione inter infideles itur, sive ob proximorum lucrum, sive ob martyrii desiderium. Hanc vero petere multum Deo iudicabat acceptum.

[*Quod non est de levi per obedientiam praecipiendum*]. CXIII.

153. Per obedientiam itaque raro praecipiendum censuit, nec primo fulminandum iaculum, quod esse

7. summa] *M* vera 14. *R* pallescit 23. credebat] *M* dicebat 25–26. *M* diiudicabat 29. *M* praecipiens

deberet extremum. Ad ensem, inquit, non cito manus mittenda est. Eum vero qui praecepto obedientiae obedire non festinaret, nec Deum timere, nec hominem revereri. Nil verius istis. Nam quid in temerario praeceptore auctoritas imperandi nisi gladius in manu furiosi? Quid vero desperatius religioso obedientiam contemnente?

[*De fratre cuius proiecit in igne caputium quia sine obedientia venerat licet devotione trahente*]. CXIV.

154. Ablatum quadam vice caputium fratri, qui sine obedientia solus venerat, in magno igne proiici iubet. Nullo autem excutiente caputium, verebantur enim patris vultum parumper commotum, iubet illud sanctus detrahi flammis nihil laesionis adeptum. Hoc etsi merita sancti potuerint, fortassis et illius fratris non defuit meritum. Evinxerat enim eum devotio videndi patrem sanctissimum, licet discretio non adfuerit auriga sola virtutum.

[*De hiis qui bonum vel malum exemplum dabant, et de cuiusdam boni fratris exemplo, et more antiquorum*]. CXV.

155. Affirmabat Minores fratres novissimo tempore idcirco a Deo missos, ut peccatorum obvolutis caligine lucis exempla monstrarent. Suavissimis dicebat se repleri odoribus, et unguenti pretiosi virtute liniri, cum sanctorum fratrum per orbem di-

1. *R* debet 16. *M* potuerunt 17. *M* Duxerat 24. *M* Domino

stantium audiebat magnalia. Accidit quemdam fratrem Barbarum nomine, coram quodam [nobili viro] de insula Cypri, semel in fratrem alium verbum iactare iniuriae. Qu[i] cum ex [verbi conflictu laesum aliquantulum] cerneret fratrem, asinino stercore sumpto, in suimet accensus vindictam ori proprio [illud] conterendum immittit dicens: Stercus commasticet lingua, quae in fratrem meum iracundiae venenum effudit. Aspiciens hoc miles stupore attonitus nimium aedificatus discessit, et ex tunc se et sua liberaliter fratrum voluntati exposuit. Hoc omnes fratres infallibiliter ex more servabant, ut si quis eorum alteri verbum quandoque turbationis inferret, protinus in terra prostratus laesi pedem vel inviti beatis osculis demulceret. Exsultabat sanctus in talibus, cum suos filios audiebat ex se ipsis exempla sanctitatis educere, benedictionibus omni acceptione dignissimis fratres illos accumulans, qui verbo vel opere ad Christi amorem inducerent peccatores. Animarum zelo, quo perfecte repletus erat, volebat sibi filios vera similitudine respondere.

[*De quibusdam malum exemplum dantibus, et maledictio sancti ad eos, et quam graviter hoc ferebat*]. CXVI.

156. Sic etiam qui sacram violaret religionem iniquis operibus vel exemplis, maledictionis eius gravissimam incurrebat sententiam. Nam cum die una dictum esset ei quod Fundanus Episcopus dixisset duobus fratribus euntibus coram [eo], qui sub specie maioris sui contemptus barbam longiorem nutriebant:

2-3. *A om.* nobili viro; *R supplevit* (milite) 4. *A* Quod; *R* Quem 4-5. *A om.* verbi - aliquantulum; *R supplevit* (eo turbatum) 7. *A om.* illud 15. *M* oculis 29. coram] *R* Soram *A om.* eo

Cavete ne religionis pulchritudo praesumptione novitatum huiuscemodi deturpetur; surrexit sanctus continuo, et ad caelum protensis manibus, lacrimis perfusus in huiusmodi orationis verba, vel potius imprecationis erupit: Domine Iesu Christe, qui duodenum Apostolorum numerum elegisti, de quo licet uno cadente, caeteri tamen adhaerentes tibi sanctum evangelium uno repleti spiritu praedicarunt, tu, Domine, in hac hora novissima antiquae m[isericord]iae memorans, fratrum plantasti religionem in tuae fidei fulcimentum, et ut evangelii tui per eos mysterium impleretur. Quis ergo pro ipsis coram te satisfaciet, si ad quod missi sunt, non solum omnibus lucis exempla non monstr[e]nt, sed potius ostend[a]nt opera tenebrarum? A te, sanctissime Domine, et a tota caelesti curia, et a me parvulo tuo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt et destruunt quod olim per sanctos fratres Ordinis huius aedificasti, et aedificare non cessas. Ubi sunt qui sua benedictione felices se praedicant, et familiaritate ipsius se iactant pro velle potitos? Si, quod absit, inventi fuerint absque poenitudine in aliorum periculo in se monstrasse opera tenebrarum, vae illis, vae damnationis aeternae.

157. Confunduntur, aiebat, optimi fratres in malorum fratrum operibus, et ubi non peccaverunt, ipsi pravorum exemplo portant iudicium. Duro propterea gladio me transfodiunt, et reducunt illu[m] per mea viscera tota die. Subtrahebat se propter hoc maxime a consortio fratrum, ne contingeret eum audire aliquid sinistri de quoquam in sui renovatione[m] doloris. Et dicebat: Veniet tempus, quo malis exemplis dilecta Dei religio diffametur, ita

8. *M om.* repleti 9. *A* memoriae 14. *A* monstrant *et* ostendunt 19–24. *M om.* Ubi – aeternae 28. *M* deducunt 28–29. *A* illud 32. *A* renovatione

ut pudeat exire in publicum. Qui vero tunc temporis ad suscipiendum ordinem venerint, sola Spiritus sancti operatione ducentur, et nullam in eis maculam caro et sanguis impinget, eruntque vere a Domino benedicti. [In quibus quamvis operationes meritoriae non fuerint, frigescente charitate quae facit sanctos operari ferventer, venturae sunt illis tentationes immensae, et qui reperti fuerint in tempore illo probati, meliores erunt praedecessoribus suis. Vae autem illis qui de sola sibi specie conversationis religiosae plaudentes torpescent otio, nec resistent constanter tentationibus ad probationem electorum permissis; quoniam soli illi qui probati fuerint accipient coronam vitae, quos exercitat interim malitia reproborum].

[*De revelatione sibi a Deo facta de statu Ordinis, et quod Ordo numquam deficiet*]. CXVII.

158. Consolabatur autem plurimum in visitationibus Dei, quibus reddebatur securus religionis suae fundamenta semper inconcussa manere. Cui etiam promittebatur in pereuntium numero indubitata substitutio electorum. Cum enim turbaretur malis exemplis et se orationi semel conferret turbatum, hanc invectivam reportavit a Domino: Cur tu, homuncio, conturbaris? An ego te super religionem meam sic pastorem constitui, ut me principalem nescias esse patronum? Hominem simplicem ad hoc te constitui, ut quae in te fecero, caeteris imitanda, sequantur qui sequi voluerint. Ego vocavi, servabo et pascam, et in aliorum reparandum excidium alios

5-15. *A om.* In quibus - reproborum. 26-28. *M om.* ut me - constitui

subrogabo, ita ut si natus non fuerit faciam ipsum nasci. Non ergo turberis, sed tuam operare salutem, quoniam etsi ad numerum trium religio venerit, inconcussa semper meo munere permanebit. Ex tunc maximam imperfectorum turbam unius sancti virtute superari dicebat, quia radio lucis unius innumerae tenebrae delitescunt.

Contra otium et otiosos.

[*Revelatio sibi facta quando esset servus Dei et quando non*]. CXVIII.

159. Ex quo vir iste coepit, caducis abiectis, Domino cohaerere, vix particulam temporis vacuam abire permisit. Revera cum in thesauris Dei multas iam intulisset copias meritorum, semper novus, semper ad spiritualia exercitia promptior. Non aliquid boni agere gravem ducebat offensam, non semper procedere retrocedere iudicabat. Cum enim semel apud Senas in cella maneret, vocavit ad se quadam nocte socios dormientes dicens: Rogavi Dominum, fratres, ut mihi ostendere dignaretur quando servus eius sum, et quando non servus. Nam vellem, inquit, nihil [aliud] quam servus exsistere suus. Ipse vero benignissimus Dominus sua mihi nunc dignatione respondit: Servum meum tunc te cognosce veraciter, cum sancta cogitas, loqueris, operaris. Ideo vocavi vos, fratres, quoniam coram vobis verecundari volo, si quando horum trium nullum effecero.

6. lucis] *R* solis 8-9. *M* otiosos et revelatio 16. gravem] *R* gratiae 21. Nam] *R* Non 22. *A om.* aliud suus] *M* eius

[*Poenitentia contra otiosa verba apud Portiunculam*]. CXIX.

160. Alio tempore, apud Sanctam Mariam de Portiuncula, considerans homo Dei quod lucrum orationis per verba otiosa post orationem deflueret, contra lapsum otiosorum verborum hoc remedium ordinavit, dicens: Quicumque frater otiosum vel inutile verbum protulerit, teneatur statim dicere suam culpam, et pro singulis otiosis semel dicere *Pater noster.* Sic autem volo, ut si ipse prius se culpaverit de commisso, dicat *Pater noster* pro anima sua, si ab alio prius fuerit redargutus, animae redarguentis attribuat.

[*Qualiter ipse laborans otiosos odibat*]. CXX.

161. Tepidos nulli se negotio familiariter applicantes cito ex ore Dei evom[end]os dicebat. Nullus coram eo comparere poterat otiosus, quin mordaci eum dente corriperet. Siquidem omnis ipse perfectionis exemplar laborabat et operabatur manibus suis, nihil permittens effluere de optim[o] temporis dono. Dixit autem aliquando: Volo omnes fratres me[os] laborare et exercitari, et eos qui nesciunt aliquas artes addiscere. Et rationem reddens: Ut, inquit, minus simus hominibus onerosi, et ne in otio per illicita cor aut lingua vagetur. Lucrum autem vel mercedem laboris non laborantis arbitrio, sed guardiani vel familiae committebat.

8. *R* protulit 15–16. *R* applicatos 16. *A* evomitos 18. dente] *R* dicto 20. *A* optimi 21. autem] *R* etiam 22. *A* mei

---

[*Lamentum ad eum de otiosis et gulosis*]. CXXI.

162. Liceat, sanct[e] pater, pro illis qui tui dicuntur in excelsum hodie levare lamentum. Odio sunt virtutum exercitia multis, qui ante laborem volentes quiescere filios se non Francisci sed Luciferi probant. Infirmantibus quam militantibus abundamus, cum tamen ad laborem nati, militiam vitam suam reputare deberent. Non placet actione proficere, contemplatione non possunt. Cum omnes singularitate turbaverint, plus fauce quam manibus operantes, odiunt corripientem in porta, nec summis patiuntur digitis attrectari. Illorum tamen, iuxta verbum beati Francisci, magis impudentiam miror, qui domi [non] nisi cum sudore vixissent, et nunc absque labore pauperum sudore pascuntur. Mira prudentia! Cum nihil agant, semper eos existimes occupatos. Horas cognoscunt ad epulum, et si quando fames urget, solem dormisse causantur. Tua gloria, bone pater, monstra haec hominum digna crediderim? Sed nec tunica quidem. Tu semper hoc tempore lubrico et fugaci docuisti meritorum divitias quaerere, ne in futuro contingeret mendicare. Hii vero nec patria perfruuntur, in exsilium postmodum transituri. Viget hic morbus in subditis, quoniam praelati dissimulant, quasi possibile sit quorum sustinent vitium non lucrari supplicium.

De ministris verbi Dei.

[*Qualis debet esse praedicator*]. CXXII.

163. Ministros verbi Dei tales volebat, qui studiis spiritualibus intendentes nullis aliis praepedirentur

2. *A* sanctus 14. *A om.* non 15. pascuntur] *M* vescuntur; *in margine:* vel pascuntur 25. quoniam] *R* quin 27-28. *M* Dei et qualis

officiis. Hos enim a quodam magno rege dicebat electos ad edicta, quae ex eius ore perciperent, populis demandanda. Dicebat autem: Prius praedicator haurire secretis orationibus debet quod postea sacris effundat sermonibus; prius intus calescere, quam foris frigida verba proferre. Reverendum hoc dicebat officium, et qui illud administrarent, omnibus [venera]ndos. Isti, ait, vita sunt corporis, isti daemon[um] impugnatores, isti munda lucerna. Sacrae vero theologiae doctores amplioribus dignos c[ens]ebat honoribus. Fecit enim quandoque generaliter scribi: Omnes theologos et qui ministrant nobis verba divina, debemus honorare et venerari, tamquam qui nobis ministrant spiritum et vitam. Et beato Antonio cum semel scriberet, sic poni fecit in principio litterae: Fratri Antonio Episcopo meo.

[*Contra vanae laudis appetitores et expositio verbi prophetici*]. CXXIII.

164. Plangendos tamen dixit praedicatores, qui vendunt saepe quod faciunt obolo vanae laudis. Talium vero tumoribus tali quandoque medebatur antidoto: Cur de conversis hominibus gloriamini, quos fratres mei simplices suis orationibus convertere? Illud denique verbum: Donec peperit sterilis plurimos; taliter exponebat: Sterilis, inquit, est frater meus pauperculus, qui generandi in Ecclesia filios non habet officium. Hic [par]iet in iudicio plurimos, quia quos nunc privatis orationibus convertit, suae gloriae tunc iudex adscribet. Quae multos

8. *A* reverendos ait] *R* etiam 9. *A* daemones; *R* daemonis 11. *A* crescebat 25–26. *M* plurimos etc. taliter 28. *A* accipiet

habet filios infirmabitur, quia praedicator, qui multis velut sua virtute genitis gaudet, cognoscet tunc nihil propri[i] habuisse in eis. Illos autem, qui se magis rhetores quam praedicatores laudari cupiunt, ornatu non affectu loquentes, non multum amabat. Eos vero dicebat male dividere, qui praedicationi totum, devotioni nihil impendunt. Laudabat revera praedicatorem, sed eum qui pro tempore sibi saperet, sibique gustaret.

[De contemplatione Creatoris]. CXXIV.

165. Mundum quasi peregrinationis exsilium exire festinans, iuvabatur felix iste viator hiis quae in mundo sunt non modicum quidem. Nempe ad principes tenebrarum utebatur eo ut campo certaminis, ad Deum vero ut clarissimo speculo bonitatis. In artificio quolibet commendat artificem, quidquid in factis reperit regerit in factorem. Exsultat in cunctis operibus manuum Domini, et per iucunditatis spectacula vivificam intuetur rationem et causam. Cognoscit in pulchris pulcherrimum ; cuncta sibi bona, qui nos fecit est optimus, clamant. Per impressa rebus vestigia insequitur ubique dilectum, facit [sibi] de omnibus scalam, qua perveniatur ad solium. Inauditae devotionis affectu complectitur omnia, alloquens ea de Domino, et in laudem eius adhortans. Parcit lucernis, lampadibus et candelis, nolens sua manu deturbare fulgorem, qui nutus esset lucis aeternae. Super petras ambulat reverenter, eius intuitu qui dicitur petra. Cum opus esset illo versiculo: In petra exaltasti me; ut reverentius aliquid diceret, subtus pedes, inquit, exaltasti me.

3. *A* proprium 10. *A om. titulum.* 12. *R om.* felix 21-22. impressa] *M* infusa 23. *A om.* sibi 30-31. aliquid] *R* illum 31. *M* inquit, petrae ex.

Ligna caedentes fratres prohĩbet totam succidere arborem, ut spem habeat iterum pullulandi. Iubet hortulanum indefossos limites circa hortum dimittere, ut suis temporibus herbarum viror et florum ve[n]ustas praedicent speciosum rerum omnium patrem. Hortulum in horto herbis odoriferis et florificis praecipit designari, ut in memoriam suavitatis aeternae avocent speculantes. Legit de via vermiculos, ne pedibus conculcentur, et apibus, ne inedia pereant in glacie hyemali, mel et optima vina iubet apponi. Fraterno [vocat] nomine animalia cuncta, licet in omni specie bestiarum praediligat mansueta. Quis enarrare cuncta sufficiat? Siquidem fontalis illa bonitas, quae omnia in omnibus est futura, iam sancto huic omnia in omnibus clarescebat.

[*Quomodo ipsae creaturae sibi amoris rependebant vicem, et de igne qui eum non laesit*]. CXXV.

166. [Ni]tuntur proinde creaturae omnes vicem amoris rependere sancto, et gratitudine sua pro meritis respondere; blandienti arrident, roganti annuunt, obediunt imperanti. Placeat paucorum relatio. Tempore infirmitatis oculorum coacto ut mederi sibi pateretur, vocatur ad locum chirurgicus. Veniens igitur ferreum instrumentum ad cocturas faciendas defert, iubetque igni submitti, donec igniatur et ipsum; ac beatus pater, corpus iam horrore concussum confortans, sic alloquitur ignem: Frater mi, ignis, caeteris rebus aemulandi decoris, virtuosum, pulchrum et utilem te creavit Altissimus. Esto mihi

5. *A* vetustas 11. *A om.* vocat 15. *M absque divisione coniungit initium capituli sequentis:* Nituntur – imperanti, *et addit:* Sicut inferius in Miraculis annotabitur; *omittitque capitula CXXV–CXXX quorum tituli desumuntur ex Rubricis vid. sup. p. 164. Cf. Miracul. 14, 23, 25, 28, 26, 27.* 18. *A* Utuntur

in hac hora propitius, esto curialis, quia olim te dilexi in Domino. Precor magnum Dominum qui te creavit, ut tuum modo calorem temperet, quo suaviter urente valeam sustinere. Oratione finita, crucis signo ignem consignat, et deinceps intrepidus perstat. Sumitur in manibus, candens et [t]orridum ferrum, fugiunt fratres humanitate victi, laetus et alacer ferro se obiicit sanctus. Profundatur crepitans ferrum in tenera carne, et ab aure usque ad supercilium tractim coctura protrahitur. Quantum irrogaverit ignis ille dolorem, eius, qui melius novit, sancti verba testantur. Nam reversis qui fugerant fratribus, subridens dixit pater: Pusillanimes et modici cordis, quare fugistis? In veritate dico vobis, nec ignis ardorem sensi, nec ullum carnis dolorem. Et conversus ad medicum: Si non [est], inquit, [caro] bene decocta, imprime iterum. Expertus medicus dissimiles casus in simili facto, divinum hoc miraculum extulit, dicens: Dico vobis, fratres, vidi mirabilia hodie. Credo ad innocentiam primam redierat, cui, cum volebat, mansuebantur immitia.

[*De avicula quae in manibus eius resedit*]. CXXVI.

167. Per lacum Reatinum, beatus Franciscus ad eremum de Graecio tendens, in quadam navicula residebat. Cui piscator quidam unam aviculam obtulit fluvialem, ut de ipsa iucundaretur in Domino. Quam beatus pater gaudenter suscipiens, apertis manibus, ut libere abiret illam cum mansuetudine invitavit. Quae cum ire nollet, sed velut in nidulo in illius se manibus reclinaret, sanctus erectis oculis in oratione permansit. Et quasi aliunde post longam

6. *A* orridum 16. *A om.* est 17. *A om.* caro 30. *R* reclinavit

moram ad se reversus, dulciter praecepit aviculae ut absque timore pristinae libertati se redderet. Suscepta itaque cum benedictione licentia, [gestu] corporis quoddam praetendens gaudium avolavit.

[*De falcone*]. CXXVII.

168. Cum beatus Franciscus, aspectum et colloquium hominum more solito fugiens, in qu[o]dam eremo commaneret, falco in loco nidificans magno se illi amicitiae foedere copulavit. Nam semper horam nocturno tempore, in qua sanctus ad divina obsequia surgere solitus erat, cantu suo praeveniebat et sono, quod sancto Dei gratissimum erat, eo quod tanta sollicitudine, quam erga eum gerebat, ab eo desidiae moram excuteret. Cum vero sanctus aliqua infirmítate plus solito gravaretur, parcebat falco, nec tam tempestivas indicebat vigilias. Siquidem velut instructus a Deo, circa diluculum vocis suae campanam levi tactu pulsabat. Creatoris praecipuum amatorem non mirum si venerantur reliquae creaturae.

[*De apibus*]. CXXVIII.

169. In monte quodam quandoque cellula facta fuit, in qua servus Dei quadraginta dierum numero rigidissime poenitentiam egit. Qui cum completo temporis spatio inde recederet, velut in solitudine posita absque aliquo successore cella remansit. Vasculum terreum, cum quo sanctus bibere solebat, fuit ibidem relictum. Euntes autem homines quan-

3. *A om.* gestu 7. *A* quadam

doque ad locum illum, ob reverentiam sancti, vasculum illud apibus plenum inveniunt. In ipso autem vase mirabili arte favorum cellulas fabricabant, revera significantes contemplationis dulcedinem, quam ibi hauserat sanctus Dei.

[*De fasciano*]. CXXIX.

170. Nobilis quidam de comitatu Senensi beato Francisco infirmanti fascianum unum transmisit. Qui cum alacriter illum susciperet, non appetitu edendi sed more quo in talibus laetari semper solebat ob Creatoris amorem, dixit ad fascianum: Laudatus sit Creator noster, frater fasciane. Et ait ad fratres: Tentemus iam nunc, si frater fascianus velit nobiscum morari, an ad loca solita, et magis sibi congrua pergere. Et portans eum quidam frater de sancti mandato, longe illum in vinea posuit. Qui statim concito gressu ad cellam reversus est patris. Iterum eum longius poni praecepit, qui pernicitate maxima ad cellae ostium rediit, et quasi vim faciens sub tunicas fratrum qui erant in ostio introivit. Iussit proinde illum sanctus diligenter nutriri, amplexans illum et dulcibus verbis demulcens. Videns hoc medicus quidam sancto Dei satis devotus petiit illum a fratribus, nolens eum comedere sed illum ob reverentiam sancti nutrire. Quid plura? Detulit eum secum ad domum, sed quasi iniuriam passus, disiunctus fascianus a sancto, donec sine eius praesentia fuit, manducare penitus noluit. Obstupefactus est medicus, et ad sanctum statim fascianum reportans, quae acciderant per ordinem cuncta narravit. Mox ut in terra positus patrem suum fascia-

5. sanctus] *R* servus

nus inspexit, proiecta tristitia, manducare cum gaudio coepit.

[*De cicada*]. CXXX.

171. Iuxta cellulam sancti Dei apud Portiunculam super ficum cicada residens consueta frequenter suavitate canebat, ad quam quandoque beatus pater manum extendens, ad se benigne vocavit dicens: Soror mea cicada, veni ad me. Quae velut rationis compos statim super manus eius ascendit; et ait ad eam: Canta, soror mea cicada, et Dominum creatorem tuum iubilo lauda. Quae sine mora obediens canere coepit, et tamdiu canere non cessavit, donec vir Dei eius cantibus suam laudem interserens, ut ad solitum revolaret locum ei mandavit. In quo per octo dies continue quasi ligata permansit. Sanctus cum descendebat de cella, eam semper manibus tangens cantare iubebat, cuius iussionibus parere semper erat sollicita. Et ait sanctus ad socios suos: Demus iam licentiam sorori nostrae cicadae, quae satis hucusque sua laude laetos no[s] fecit, ne caro nostra vane pro huiusmodi glorietur. Et statim ab eo licentiata recessit, nec ultra ibidem apparuit. Cernentes haec omnia fratres perplurimum admirati sunt.

De charitate.

[*De charitate ipsius et qualiter se ipsum pro animarum salute perfectionis ponebat exemplum*]. CXXXI.

172. Qu[em] aliis creaturis germanum effecerat vis amoris, mirum non est Creat[o]ris insignitis ima-

7. *R* manus 16. semper] *R* saepe 20. *A* non 29. Quem] *A* Quae in 30. vis] *R* ius *A* creaturis

gine si germaniorem Christi charitas faciebat. Saluti namque animarum praestare nihil dicebat, eo saepius probans quod Unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc sibi in oratione luctamen, in praedicatione discursus, in exemplis dandis excessus. Non se Christi reputabat amicum, nisi animas diligeret quas ipse dilexit. Et haec penes eum causa potissima venerandi doctores, quod Christi adiutores unum cum Christo exsequerentur officium. Ipsos vero fratres, velut domesticos fidei singularis, et quos uniret participium haereditatis aeternae, [supra modum] viscerosissime totis amplexabatur affectibus.

173. Quoties asperitas vitae reprehenderetur in ipso, respondebat se datum Ordini [in] exemplum, ut aquila provocaret ad volandum pullos suos. Unde cum innocens eius caro, quae iam sponte spiritui se subdebat, nullo propter offensas egeret flagello, tamen exempli causa renovabat in ea poenas, solum propter alios custodiens vias duras. Recte quidem, quoniam plus ad manum quam ad linguam respicitur praelatorum. Manu, pater, peroraba[s] suavius, persuadeba[s] facilius, probaba[s] et certius. Si linguis hominum loquantur et angelorum, charitatis autem exempla non monstrent, mihi parum, sibi nihil [pro]sunt. Verum ubi reprehensor minime formidatur, et est pro ratione voluntas, satis ad salutem sigilla sufficiunt? Faciendum tamen quod intonant; [ut] ieiunis ca[n]alibus ad areolas fluenta pertranseant. Colligatur interdum rosa de spinis, ut maior minori serviat.

1-2. *R* Salute 2. *M om.* namque 12. *A om.* supra modum 15. *A* ad 22-23. *A* perorabat, - persuadebat, - probabat 26. *A* sunt 29. ut - canalibus] *A* nec - caralibus

[*De sollicitudine subditorum*]. CXXXII.

174. Iam vero quis Francisci sollicitudinem pro subditis induit? Levat ille semper ad caelum manus pro veris Israelitis, et sui quandoque oblito prima fraterna salus occurrit. Provolutus pedibus maiestatis, sacrificium spiritus pro [filiis] offert, cogit ad beneficia Deum. Gregi pusillo, quem post se traxerat, pleno [ti]moris [a]more compatitur, ne post perditum mundum perdere contingat et caelum. Futurum se putabat inglorium, nisi commissos una secum faceret gloriosos, quos laboriosius eius parturiebat spiritus quam materna peperant viscera.

[*De compassione infirmorum*]. CXXXIII.

175. Multa sibi ad infirmos compassio, multa pro illorum necessitatibus sollicitudo. Si quando pietas saecularium electuaria mittebat eidem, cum ipse plus aliis indigeret, caeteris infirmantibus dabat. Omnium languentium in se transformabat affectus, verba praebens compassionis ubi subventionis non poterat. Comedebat ipse diebus ieiunii, ne infirmi comedere vererentur, nec vere[cunda]batur per publica civitatum carnes fratri infirmo conquirere. Monebat tamen languidos patienter ferre defectus, nec consurgere in scandalum cum non esset [eis] per omnia satisfactum. Unde in quadam regula scribi fecit haec verba: Rogo omnes fratres meos infirmos, ut in suis infirmitatibus non irascantur [vel] conturbentur contra Deum [vel] contra fratres. Non multum sollicite

5. salus] *R* charitas *M* Provolvitur 6. *A* suis 8. *A* amoris timore 10. nisi] *M* ne 12. *R* pepererant 21. *A* verebatur 24. *A om.* eis 27. vel] *A* non 28. vel] *A* nec

postulent medicinas, nec nimis desiderent liberare carnem cito morituram, quae est animae inimica. De omnibus gratias agant, ut quales vult eos esse Deus, tales se fore desiderent. Quos enim Deus ad vitam praeordinavit aeternam flagellorum atque infirmitatum stimulis erudit, sicut ipse dixit: Ego quos amo corrigo et castigo.

176. Infirmum quemdam, cui comedendarum uvarum desiderium inesse sciebat, semel in vineam duxit, et sedens sub vite, ut comedendi audaciam daret, prior ipse comedit.

[*De compassione quam infirmis spiritu gerebat, et de iis qui contra hoc faciunt*]. CXXXIV.

177. Illos autem infirmos maiori fovebat clementia, patientia supportabat, quos velut fluctuantes [parvulos] tentationibus agitatos et spiritu deficientes sciebat. Unde asperas correctiones [d]evitans, ubi non videret periculum, parcebat virgae ut parceret animae. Delinquendi materiam praevenire, nec sinere labi eum, qui difficulter erigeretur elisus, praelati, qui pater est non tyrannus, proprium esse dicebat. Vae miseranda nostri vecordia temporis! Labiles non solum non erigimus vel continemus, sed nonnumquam impellimus ad cadendum. Nihilo reputamus pastori illi summo unam oviculam detractare pro qua validum in cruce clamorem cum lacrimis obtulit. Aliter tu, sancte pater, errantes mal[en]s emendare quam perdere. Scimus tamen morbos propriae voluntatis in quibusdam altius radicatos, eisque opus esse cauterio, non unguento. Liquet

14. Illos] *R* Eos; *in cod. A* Llos 15-16. *A om.* parvulos 17. *A* evitans 22. Vae-nostri] *R* Ut-nimis 25. *R om.* summo *et lèg.* detrahere 27. *A* malos

enim plurimis esse salubrius ferrea virga confringi quam manibus deliniri. Sed oleum et vinum, virga et baculus, zelus et pietas, unctio et ustio, carcer et gremium, omnia tempus habent. Universa haec Deus ultionum et pater misericordiarum requirit, misericordiam tamen plus quam sacrificium volens.

[*De fratribus Hispanis*]. CXXXV.

178. Nonnumquam mente Deo excedebat miro modo, iubilabat in spiritu vir iste sanctissimus, quoties bonus odor ad ipsum progrediebatur de filiis. Contigit quemdam Hispanum, Deo devotum clericum, perfrui aliquando visione et allocutione sancti Francisci. Qui inter alia de fratribus, qui in Hispania erant, tali sanctum laetificavit relatu: Fratres, inquit, tui, in terra nostra pauperculo quodam eremitorio commorantes, ita vivendi modum sibi statuer[a]nt, ut media pars domesticis curis intenderet, media contemplationi vacaret. Hoc modo qualibet hebdomada in contemplativam activa transibat, et contemplantium quies ad laborum exercitia recurrebat. Die quadam posita mensa, signoque vocatis absentibus, omnes praeter unum conveniunt, qui de contemplantibus erat. Post exspectationem aliquantulam itur ad cellam, ut ad mensam vocetur, cum profusiore ille mensa reficiebatur a Domino. Siquidem humi prostratus in faciem, in modum crucis reperitur extensus, nec anhelitu nec motu quod vivus esset apparens. Ardebat ad caput eius et pedes binum candelabrum, quae rutilo fulgore [cellam] miro modo lustrabant. Dimittitur in pace, ne molesti essent un-

1. *M* constringi 12. *M* beati 16. *A* statuerunt 29. *A om.* cellam

ctioni, ne suscit[ar]ent dilect[a]m, quousque ipsa vellet. Rimantur proinde fratres per cellae foramina, stantes post parietem et respicientes per cancellos. Quid plura? Dum eam quae habitat in hortis auscultarent amici, subito, lumine disparente, redit frater in hominem. Surgit protinus, et ad mensam veniens culpam dicit de mora. Sic, inquit ille Hispanus, in terra nostra evenit. Non se poterat prae gaudio capere sanctus Franciscus tali respersus filiorum odore. Subito surrexit in laudem, et quasi haec sola sibi gloria foret, audire bona de fratribus, plenis eructavit visceribus: Gratias tibi ago, Domine, pauperum sanctificator et rector, qui me de fratribus meis tali laetificasti auditu. Benedic, precor, illos fratres benedictione largissima, et omnes qui [per] bona exempla redolere faciunt professionem suam dono speciali sanctifica.

[*Contra male in eremitoriis commorantes, et quod volebat omnia esse communia*]. CXXXVI.

179. Licet hinc sancti charitatem noverimus, quae congaudere iubet successibus dilectorum, illos tamen qui in eremitoriis dissimiliter vivunt non parum credimus redargutos. Multi enim locum contemplationis convertunt in otium, et eremiticum ritum, qui animabus perficiendis inventus est, in sentinam transferunt voluptatis. Talis horum temporum anachoritis constitutio est, vivere unumquemque pro libitu. Non pro omnibus istud; scimus enim sanctos in carne viventes optimis in eremo legibus vivere. Scimus et eos qui praecesserunt patres flores

1. *A* suscitent dilectum 1-2. *M* velit 4. *A* habitabat 15. *A om.* per 25. qui - est] *M* ad animarum profectum inventum 26-3 *(pag. 304)*. *M om.* Talis - aeterna

solitarios exstitisse. Utinam non degenerent nostri temporis eremitae ab illa pulchritudine primitiva, cuius iustitiae laus manet aeterna.

180. Monens [insuper] ad charitatem omnes sanctus Franciscus, affabilitatem et domesticam familiaritatem hortabatur ostendere: Volo, inquit, ut fratres mei filios eiusdem matris ostendant se, et quod tunicam, vel chordam, seu quidquid unus petierit, alter liberaliter tribuat. Libros et placentia quaeque sibi communicent, quin potius cogat unus alterum tollere. Ne et in hoc aliquid diceret eorum quae per ipsum non efficeret Christus, primus erat ad haec omnia facienda.

[*De duobus fratribus gallicis quibus tunicam tradidit*]. CXXXVII.

181. Contingit duos fratres gallicos, magnae sanctitatis viros, obvios occurrere sancto Francisco. Inauditam vero laetitiam de ipso habentibus, hoc eis gaudium duplicavit, quod longo ad istud erant desiderio fatigati. Post dulces affectus et suaves affatus, tunicam a sancto Francisco petiit ardens illorum devotio. Qui statim exuens tunicam, nudusque manens, devotissime tradidit illis, et alterius eorum pauperiorem acceptam pia commutatione vestivit. Non solum talia, verum se ipsum superimpendere paratus erat, et quaecumque peterentur erogabat laetissimus.

A om. insuper 4–5. *M om.* omnes *et leg.* beatus 11. *R* [illegible] 20. *M om.* affectus et suaves

De detractione.

[*Quomodo volebat detractores puniri*]. CXXXVIII.

182. Demum cum animus charitate repletus Deo odibiles odiat, vigebat istud in sancto Francisco. Detractores quippe super aliud vitiosorum genus horribiliter exsecrans, venenum in lingua ferre eos dicebat, aliosque veneno inficere. Ideoque rumigerulos, pulicesque mordaces, si quando loquerentur, vitabat, avertebatque prout vidimus aures, ne tali polluerentur auditu. Audiens namque semel quemdam fratrem famam alterius denigrare, conversus ad fratrem Petrum Cathanii vicarium suum, terribile hoc intulit verbum: Instant religioni discrimina, nisi detractoribus obvietur. Cito multorum suavissimus odor foetebit, nisi foetidorum ora claudantur. Surge, surge, discute diligenter, et si accusatum fratrem reper[eris] innocentem, accusantem dura correctione cunctis redde notabilem. Trude, inquit, eum in manus pugilis Florentini, si tu ipse punire non poteris. [Fratrem autem Ioannem de Florentia, virum magnum statura, viriumque magnarum, pugilem appellabat]. Summa volo, [inquit], providentia cures, tu et omnes ministri, ne pestifer iste morbus latius se diffundat. Nonnumquam vero eum qui fratrem suum famae gloria spoliaret, iudicabat tunica spoliandum, nec ad Deum oculos posse levare, nisi prius quod abstulerat redderet. Hinc est quod fratres illius temporis hoc vitium quasi specialiter abiurantes, firma secum sanctione statuerant, quidquid aliorum honor[i]

1–2. *M* detractatione et quomodo 9. *R* pollueretur 16–17. *A* reperies 20–22. *A om.* Fratrem - appellabat 22. *A om.* inquit *R* prudentia 25. *M* spoliandus 29. *R* statuerunt *A* honorem

demeret, vel probrum sonaret, studiose vitare. Recte et optime quidem! Quid enim detractor, nisi fel hominum, nequitiae fermentum, dedecus orbis? Quid vero bilinguis, nisi religionis scandalum, claustri venenum, dissidium unitatis? Heu! Venenosis animalibus abundat superficies terrae, nec fieri potest ut proborum quis aemulorum morsus evadat. Praemia delatoribus proponuntur, et innocentia subruta, palma quandoque tribuitur falsitati. Ecce, ubi sua quisque vivere probitate non potest, aliorum probitatem vastando victum promeretur et vestes.

183. Iuxta quod saepe dicebat sanctus Franciscus: Vox detractoris haec est: Vitae mihi perfectio deest, scientiae vel peculiaris gratiae facultas non suppetit, ac per hoc nec apud Deum locum invenio nec apud homines. Scio quid faciam: ponam maculam in electis, et apud maiores gratiam promerebor. Scio praelatum meum hominem esse, eademque mecum quandoque uti officio, quo succisis cedris, solus videatur rhamnus in silva. Eia, miser, humanis carnibus vescere, et quia vivere aliter non potes, fratrum viscera rode. Tales boni student videri, non fieri, accusantes vitia, nec vitia deponentes. Solos eos laudant quorum cupiunt auctoritate foveri, silentes a laudibus quas ad laudatum non existimant reportari. Ieiunae faciei pallorem perniciosis laudibus vendunt, ut spiritales videantur qui diiudicent omnia, et ipsi a nemine iudicentur. Gaudeant sanctitatis opinione, non opere, angelico nomine, non virtute.

1. *M om.* Recte – vestes 12. *M* beatus 28. *R* diiudicant [illegible] Gaudent

Descriptio generalis ministri.

[*Qualis debeat esse cum sociis*]. CXXXIX.

184. Prope finem vocationis eius ad Dominum, frater quidam semper divinorum sollicitus, affectus pietate ad Ordinem, quaesivit ab eo dicens: Pater, tu transibis, et familia te sequuta in valle lacrimarum relinquitur. Innue aliquem, si cognoscis in Ordine, in quo tuus animus conquiescat, cui generalis ministerii pondus secure possit imponi. Respondit sanctus Franciscus, induens cuncta verba suspiriis: Tam multimodi exercitus ducem, tam ampli gregis pastorem nullum, fili, sufficientem intueor. Sed volo vobis unum depingere, ac manu iuxta proverbium facere, in quo reluceat qualis esse debeat huius familiae pater.

185. Homo, inquit, esse debet vitae gravissimae, discretionis magnae, famae laudabilis. Homo qui privatis amoribus careat, ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet. Homo cui sanctae orationis studium sit amicum, qui certas horas animae, certas gregi commisso distribuat. Nam primo mane missarum sacramenta debet praemittere, et longa devotione se ipsum et gregem divino tutamini commendare. Post orationem vero se ipsum, inquit, in publico statuat ab omnibus depilandum, omnibus responsurum, omnibus cum mansuetudine provisurum. Homo debet esse, qui personarum acceptione sordidum non faciat angulum, apud quem minorum et simplicium non minus cura vigeat quam sapientum vel maiorum. Homo cui etsi concessum est litte-

1-2. *M* ministri et qualis 4. *M om.* quidam 8. tuus] *A* tutus 16. *R* gratissimae 18. ne] *A* nec 18-19. *R* diligat 25-26. *M om.* omnibus responsurum

raturae dono praecellere, plus tamen in moribus piae simplicitatis imaginem gerat, [fov]eatque virtutem. Homo qui exsecretur pecuniam, nostrae professionis et perfectionis praecipuam corruptelam, quique pauperis religionis caput, imitandum se caeteris praebens, nullis unquam loculis abutatur. Sufficere, inquit, debet huic pro se habitus et libellus, pro fratribus vero pennarium et sigillum. Non sit aggregator librorum, nec lectioni multum intentus, ne detrahat officio quod praerogat studio. Homo qui consoletur afflictos, cum sit ultimum refugium tribulatis, ne, si apud eum remedia defuerint sanitatum, desperationis morbus praevaleat [in] infirm[i]s. Protervos ut ad mansuetudinem flectat, se ipsum prosternat, et aliquid sui iuris relaxet, ut animam lucrifaciat Christo. Ad refugos Ordinis, velut ad oves quae perierant, viscera pietatis non claudat, sciens tentationes esse pervalidas, quae ad tantum possunt impellere casum.

186. Honorari eum vice Christi vellem ab omnibus, et in necessariis [omnibus] ipsi cum omni benevolentia provideri. Verum oporteret eum non arridere honoribus, neque favoribus plusquam iniuriis delectari. Propensiori cibo, si quando vel debilis vel lassus egeret, non in abditis sed in publicis locis assumeret, ut aliis tolleretur verecundia debilibus providendi corporibus. Ad eum maxime pertinet latentes [dis]tinguere conscientias, et ex occultis venis eruere veritatem, auresque non deferre multiloquis. Talis denique debet esse, qui retinendi honoris cupiditate virilem formam iustitiae nullatenus labefactet, quive tantum officium plus sibi fore sentiat oneri quam honori. Non tamen ex superflua mansuetudine

2. *A* teneatque 13. *A om.* in *et leg.* infirmos 15. *M om.* iuris 18. *R* praevalidas 20. *A om.* omnibus 22. *M* nec 24. *M* sumeret 26–27. *A* extinguere 28. veritatem] *M* virtutem 31. *M om.* fore

t[or]por nascatur, nec ex lapsa indulgentia dissolutio disciplinae, ut cum amori omnibus, sit terrori non minus hiis qui operantur malum. Vellem autem eum socios habere praeditos honestate, qui se, sicut ipse, omnium bonorum praeberent exemplum. Rigidos adversus voluptates, fortes adversus angustias, tamque convenienter affabiles, ut omnes qui venirent sancta cum iucunditate reciperent. En, inquit, generalis minister Ordinis talis esse deberet.

[*De provincialibus ministris*]. CXL.

187. Requirebat haec omnia felix pater in ministris provincialibus, licet in generali ministro singula debeant singulariter praeminere. Volebat eos affabiles esse minoribus, et tanta benevolentia placidos, ut eorum affectui non se vererentur committere delinquentes. Volebat moderatos in praeceptis, propitios in offensis, ferre magis promptos quam referre iniurias, hostes vitiis, medicos vitiosis. Tales denique volebat, quorum vita caeteris esset speculum disciplinae. Hos tamen volebat omni honore praeveniri et diligi, sicut qui pondus portarent sollicitudinum et laborum. Summ[i]s eos praemiis apud Deum [dignos] esse dicebat, qui tali forma, talique lege, creditas sibi animas gubernarent.

[*Quid sanctus interrogatus de ministris respondit*]. CXLI.

188. Interrogatus a quodam fratre semel, cur fratres omnes sic a sua custodia reiectos alienis eos

1. *A* tepor 15. *M* vexarentur 22. *A* Summos 23. *A om.* dignos 28. custodia reiectos] *M* cura eiectos

tradiderat manibus, quasi ad eum nullatenus pertinerent, respondit: [Fili,] fratres diligo sicut possum; sed si mea sequerentur vestigia, illos utique plus amarem, nec me illis redderem alienum. Nam sunt quidam de numero praelatorum qui eos ad alia trahunt, antiquorum eis proponentes exempla, et parum mea monita reputantes. Sed quid agant, in fine videbitur. Et paulo post cum infirmitate nimia gravaretur, [in] vehementia spiritus in lectulo se direxit: Qui sunt isti, ait, qui religionem meam et fratrum de meis manibus rapuerunt? Si ad generale capitulum venero, tunc eis ostendam qualem habeam voluntatem. Et addidit frater ille: Numquid et provinciales illos ministros, qui tamdiu libertate abusi sunt, non mutabis? Et pater ingemiscens verbum respondit terribile: Vivant pro libitu, quia minoris est damni paucorum quam multorum perditio. Non propter omnes sed propter quosdam dicebat, qui nimia temporis diuturnitate videbantur praelationem hereditario vindicasse. In omni quidem genere praelatorum regularium hoc potissimum commendabat, mores non mutare nisi in melius, conciliatos favores non quaerere, potestatem non exercere, sed implere officium.

De sancta simplicitate.

[*Quae sit vera simplicitas*]. CXLII.

189. Sanctam simplicitatem gratiae filiam, sapientiae germanam, matrem iustitiae, quodam attentiori studio praetendebat sanctus in se, ac diligebat in aliis. Non autem omnis ab eo probabatur sim-

2. *A om.* Fili 3. *R* eos 9. *A om.* in 9–10. se direxit] *M* sese erexit 19. qui] *A* quia 25–26. *M* simplicitate et quae

plicitas, sed ea solum quae Deo suo contenta caetera vilipendit. Haec est, quae in timore Dei gloriatur, quae malum facere vel dicere nescit. Haec est, quae sese examinans condemnat suo iudicio neminem, quae meliori debitum imperium reddens, imperium appetit nullum. Haec est, quae graecas glorias non optimas arbitrans, plus eligit facere quam discere, vel docere. Haec est, quae in omnibus divinis legibus verbosas ambages, ornatus et faleras, ostentationes et curiositates perituris relinquens, quaerit non corticem sed medullam, non testam sed nucleum, non multa sed multum, summum et stabile bonum. Hanc in fratribus litteratis et laicis requirebat pater sanctissimus, non eam contrariam sapientiae credens, sed vere germanam, licet pauperibus scientia faciliorem ad habitum, promptiorem ad usum. Unde in laudibus quas de virtutibus fecit, sic ait: Ave, regina sapientia. D[omin]us te salvet cum tua sorore pura sancta simplicitate.

[*De fratre Ioanne simplici*]. CXLIII.

190. Eunte sancto Francisco iuxta villam quamdam prope Assisium, quidam Ioannes, vir simplicissimus, qui in agro arabat, occurrit ei dicens: Volo quod me fratrem efficias, quoniam ex multo tempore Deo servire cupio. Gavisus est sanctus, considerata viri simplicitate. Responditque ad placitum: Si vis, inquit, frater, noster socius fieri, da pauperibus si quid habes, et expropriatum recipiam. Solvit protinus boves, et unum offert sancto Francisco. Istum, a[it], bovem demus pauperibus. Dignus enim sum de [rebus] patris mei tantam por-

15. *R* vero 18. *A* Deus *M om.* pura 21. *M* beato 30. ait] *A* autem 31. rebus] *A* bonis

tionem accipere. Subridet sanctus, at non modicum probat simplicitatis affectum. Audientes hoc parentes et parvuli fratres accurrunt cum lacrimis, plus bovem quam hominem sibi auferri dolentes. Quibus sanctus: Animaequiores estote, en reddo vobis bovem, aufero fratrem. Ducit ergo [hominem] secum, et pannis religionis indutum ob gratiam simplicitatis specialem socium facit. Cum igitur in aliquo loco ad meditandum staret sanctus Franciscus, quoscumque faciebat gestus [vel] nutus protinus in se repetebat et transformabat simplex Ioannes. Nam spuente spuebat, tussiente tussiebat, suspiria suspiriis iungens et fletus fletibus socians; levante sancto manus ad caelum, levabat et ille, intuens diligenter ipsum velut exemplar, cunctaque in sese transformans. Advertit hoc sanctus, et quaerit aliquando cur faciat talia. Respondet ille: Omnia, inquit, promisi ego facere quae tu facis; periculosum mihi est aliquid praeterire. Congaudet sanctus purae simplicitati, blande tamen prohibet ne de caetero faciat. Itaque non post multum tempus in ista puritate migravit simplex ad Dominum. Cuius vitam frequenter sanctus imitandam proponens, non fratrem Ioannem, sed sanctum Ioannem iucundissime nominabat. Adverte piae simplicitatis proprium esse maiorum legibus vivere, sanctorum semper inniti exemplis et institutis. Quis dixit humanae sapientiae tanto studio sequi vel requantem in caelis, quanto pia simplicitas sibi conformabatur in terris? Quid demum? Secuta sanctum in vita, praecessit sanctum ad vitam.

6. *A* bovem 8. *M* ergo *et om.* loco 9. *M* beatus 10. *A* et *M om.* tu 20. *M om.* post 26–30. *M om.* Quis – vitam

[*Quomodo unitatem fovebat in filiis, de qua sub enigmate locutus est*]. CXLIV.

191. Assiduum votum vigilque studium semper in eo fuit custodire inter filios vinculum unitatis, ut quos idem spiritus traxerat, idemque genuerat pater, unius matris gremio pacifice foverentur. Uniri volebat maiores minoribus, germano affectu coniungi sapientes simplicibus, longinquos longinquis amoris glutino copulari. Moralem parabolam semel proposuit, instructionem non modicam continentem: Ecce, ait, fiat omnium religiosorum qui in ecclesia sunt unum capitulum generale. Quoniam igitur adsunt litterati et qui sine litteris sunt, scientes et qui sine scientia Deo placere sciunt, uni sapientum unique simplicium sermo indicitur. Deliberat sapiens, nam sapiens est, et cogitat intra se: non est hic ostentandae scientiae locus, ubi sunt perfecti scientia, nec me inter subtilissimos dicentem subtilia reddere decet curiositate notabilem. Simpliciter loqui forsitan fructuosius erit. Illucet statuta dies, congregantur in unum congregationes sanctorum, sitiunt audire sermonem. Procedit sapiens sacco vestitus et cinere adspersus caput, et mirantibus cunctis, facto plus praedicans, abbreviat verba: [Magna, inquit, promisimus, maiora promissa sunt, servemus haec, suspiremus ad illa]. Voluptas brevis, poena perpetua, modica passio, gloria infinita. Multorum vocatio, paucorum electio, omnium retributio. Erumpunt in lacrimas auditorum corda compuncta, vereque sapientem venerantur ut sanctum. Haeccine, ait simplex in corde suo, totum mihi praeripuit sapiens quidquid facere vel dicere statui. Sed novi quid faciam. Scio quosdam versus de psalmis;

13. *M om.* litteris – sine 24–25. *A om.* Magna – ista 30. Haeccine] *R* Aeterne

geram ego sapientis morem, postquam ille simplicis morem gessit. Advenit crastina sessio, surgit simplex, psalmum proponit in themate. Divino igitur afflatus spiritu tam ferventer, subtiliter, dulciter ex inspirato Dei dono perorat, ut omnes repleti stupore vere dicant: Cum simplicibus sermocinatio [eius].

192. Hanc moralem parabolam, quam sic proponebat, sic exponebat vir Dei: Religio, inquit, nostra coetus praegrandis est, et quasi synodus generalis, quae ex omni parte mundi sub una forma vivendi convenit. In hac sapientes quae simplicium sunt ad suum commodum trahunt, cum vident idiotas igneo vigore caelestia quaerere, et indoctos per hominem per Spiritum spiritualia sapere. In hac etiam simplices quae ad sapientes pertinent in suum fructum convertunt, cum ad eadem secum humiliatos vident praeclaros viros, qui possent ubique in saeculo vivere gloriosi. Hinc, ait, relucet beatae huius familiae pulchritudo, cuius multiformis ornatus patrifamilias non modicum placet.

[*Quomodo sanctus radi volebat*]. CXLV.

193. Quando radebatur sanctus Franciscus saepe rasori dicebat: Cave ne mihi magnam coronam facias. Volo enim quod fratres mei simplices partem habeant in capite meo. Volebat denique religionem pauperibus et illitteratis, non solum divitibus et sapientibus esse communen. Apud Deum, inquit, non est acceptatio personarum, et generalis minister religionis, Spiritus Sanctus, aeque super pauperem et simplicem requiescit. Hoc sane verbum voluit in Regula ponere, sed bullatio facta praeclusit.

1. ego] *M om.*; *R* ergo 6. *A* Dei 14. spiritualia] *R* specialia
22. *M om.* Franciscus

[*Qualiter volebat magnos clericos venientes ad Ordinem expropriari*]. CXLVI.

194. Dixit aliquando magnum clericum etiam scientiae quodammodo resignare debere, cum veniret ad Ordinem, ut tali expropriatus possessione nudum se offerret brachiis Crucifixi. Multos, inquit, scientia reddit indociles, rigidum quiddam eorum inflecti non sinens humilibus disciplinis. Quapropter vellem, ait, ut vir litteratus hanc mihi primo precem offerret: Ecce, frater, diu in saeculo vixi, nec Deum meum vere cognovi. Oro conced[i] mihi locum a strepitu mundi semotum, quo recogitem annos meos in dolore, quove dispersiones cordis mei recolligens, animum ad meliora reformem. Qualem, ait, futurum crederetis, qui sic inciperet? Profecto leo excatenatus ad omnia robustus exiret, et beatus succus, quem hausisset initio, continuis in eo profectibus cresceret. Hic tandem vero ministerio verbi daretur certus, quia illud quo bulliret effunderet. Vere pia doctrina! Quid enim tam necessarium redeunti de regione dissimilitudinis, quam longo tempore molitos atque impressos saeculares affectus humilibus exercitiis eli[mi]nare atque detergere? Cito in schola perfectionis perfectionem attingeret, quisquis introiret.

[*Qualiter volebat eos addiscere et qualiter socio praedicationibus intendenti apparuit*]. CXLVII.

195. Dolebat si, virtute neglecta, scientia quaereretur, praesertim si non in ea vocatione quisque persisteret, in qua vocatus a principio fuerit. Fra-

7. *R* quoddam 11. *A* concede 16. succus] *R* fructus 17. *A* auxisset 18. vero] *M* si 19. *M* certum 19–24. *M om.* Vere – introiret 21. *R* mollitos 23. *A* elinare 24. *In cod. A est lacuna inter* quisquis – introiret

tres, ait, mei, qui scientiae curiositate ducuntur, in die retributionis manus invenient vacuas. Vellem eos magis roborari virtutibus, ut, cum tempora tribulationis venirent, secum haberent in angustia Dominum. Nam et ventura est, inquit, tribulatio, qua libri ad nihilum utiles in fenestris proiiciantur et latebris. Non hoc dicebat quod Scripturae studia displicerent, sed quo a superflua cura discendi universos retraheret, et quosque magis charitate bonos, quam curiositate sciolos esse vellet. Praeodorabatur etiam tempora non longe ventura, in quibus occasionem ruinae fore scientiam sciret, spiritus vero fulcimentum spiritualibus intendisse. Fratri laico volenti habere psalterium, et ab eo licentiam postulanti, cinerem pro psalterio obtulit. Quemdam sociorum praedicationibus aliquando intendentem, post mortem in visione apparens, prohibuit, viam[que] simplicitatis incedere iussit. Testis sibi est Deus, tantam post visionem hanc sensisse dulcedinem, ut pluribus diebus rorificum patris alloquium suis videretur auribus praesentialiter instillar[i].

De specialibus devotionibus sancti.

[*De specialibus devotionibus eius et qualiter afficiebatur ad amorem Dei*]. CXLVIII.

196. Speciales devotiones sancti Francisci brevibus pertransire, fortassis nec inutile nec indignum erit. Cum enim vir iste devotus esset in omnibus, utpote qui fruebatur Spiritus unctione, speciali tamen affectu movebatur circa specialia quaedam. Inter alia verba, quorum usus esset in communi sermone,

7. *M* haec 17. *A om.* que 21. *A* instillare 22. *M om.* De-sancti 26. *M* utile 30. *R om.* esset

amorem Dei non sine quadam sui immutatione valebat audire. Subito namque ad auditum amoris Dei excitabatur, afficiebatur, inflammabatur, quasi plectro vocis extrinsecae chorda cordis interior tangeretur. Talem pro eleemosynis censum offerre nobilem prodigalitatem dicebat, et eos, qui minus ipsum quam denarios reputarent, esse stultissimos. Ipse vero propositum, quod mundanis adhuc immixtus fecerat, de non faciendo repulsam ulli pauperi petenti propter amorem Dei, usque ad mortem infallibiliter observavit. Nam petenti semel pauperi propter amorem Dei, [cum] ipse nihil haberet, forficibus clanculo sumptis, tuniculam partiri festinat. Fecisset hoc ipsum, nisi deprehensus a fratribus, alia compensatione fecisset pauperi provideri. Eius, inquit, qui nos multum amavit, multum est amor amandus.

[*De devotione eius ad angelos et quid amore sancti Michaelis faciebat*]. CXLIX.

197. Angelos, qui nobiscum in acie sunt, quive nobiscum ambulant in medio umbrae mortis, maximo venerabatur affectu. Tales ubique socios reverendos esse dicebat, tales nihilominus invocandos custodes. Inoffensos eorum aspectus servare docebat, nec praesumere coram eis quod non coram hominibus fieret. Pro eo quod in conspectu angelorum psallebatur in choro, omnes qui possent in oratorium convenire volebat, et ibidem psallere sapienter. Beatum vero Michaelem, eo quod animarum repraesentandarum habèret officium, saepe dicebat excellentius honorandum. Nam ad honorem sancti Michaelis, inter festum Assumptionis et festum eius, quadragenam

12. *A om.* cum *M om.* ipse 19. quive] *R* qui 20. ambulant] *R* postulant 26. *M* possunt

dierum devotissime ieiunabat. Dicebat enim: Quilibet pro tanti honore principis aliquid laudis, vel muneris specialis Deo deberet offerre.

[*De devotione eius ad Dominam nostram, cui commisit specialiter Ordinem*]. CL.

198. Matrem Iesu indicibili complectebatur amore, eo quod Dominum maiestatis fratrem nobis effecerit. Peculiares illi persolvebat laudes, fundebat preces, offerebat affectus, quot et qualiter humana promere lingua non posset. Sed quod laetificat plurimum, Ordinis advocatam ipsam constituit, suisque alis quos relicturus erat filios usque in finem fovendos et protegendos submisit. Eia, pauperum advocata, imple in nobis tutricis officium usque ad praefinitum tempus a patre.

[*De devotione ad Nativitatem Domini et quomodo volebat tunc omnibus subveniri*]. CLI.

199. Nativitatem pueri Iesu prae aliis solemnitatibus ineffabili alacritate colebat, festum festorum asserens, quo Deus infans parvulus factus ad ubera pependit humana. Infantilium illorum membrorum imagines famelica cogitatione lambebat, et eliquata pueri compassio in cor suum etiam verba dulcedinis faciebat more infantium balbutire. [Eratque sibi hoc nomen quasi mel et favus in ore]. Cum de non comedendis carnibus collatio fieret, quia dies veneris erat, respondit fratri Morico dicens: Peccas, frater, diem veneris vocans quo Puer natus est nobis. Volo, inquit, quod etiam parietes tali die comedant carnes, et, si non possunt, vel de foris liniantur.

3. *R* specialiter 10. *R* possit 19. festorum] *M* sanctorum 24-25. *A om.* Eratque - ore 25-30. *M om.* Cum - liniantur .

200. Volebat hoc die pauperes [et famelicos] a divitibus saturari, [et] annonam et foenum plus solito bobus et asinis indulgeri. Si locutus, [ait], fuero Imperatori, supplicabo constitutum fieri generale, ut omnes qui possunt frumenta et grana per vias proiiciant, ut die tantae solemnitatis abundent aviculae, praecipue sorores alaudae. Paupercula Virgo quanta illo die fuerit circumventa penuria, non sine lacrimis recolebat. Sedenti namque ad prandium die quadam, paupertatem beatae Virginis commemorat quidam frater, et Christi filii eius inopiam replicat. Protinus surgit a mensa, singultus ingeminat dolorosos, et perfusus lacrimis supra nudam humum reliquum panem manducat. Inde hanc virtutem regiam esse dicebat, quae in rege et regina tam praestanter effuls[it]. Nam et consultantibus in conclavi fratribus quae virtus magis amicum redderet Christo, quasi secretum sui cordis aperiens, respondebat: Paupertatem noveri[ti]s fili[i], specialem viam salutis, cuius est fructus multiplex et paucis notissimus.

[*De devotione ad Corpus Domini*]. CLII.

201. Flagrabat erga sacramentum Dominici Corporis fervore omnium medullarum, stupori permaximo [habens] illam caram dignationem et dignantissimam charitatem. Missam vel unicam non audire quotidie, si vacaret, non parvum reputabat contemptum. Saepe communicabat, et tam devote ut alios devotos efficeret. Reverendum enim illud omni reverentia prosequens, membrorum omnium sacrificium offe-

1. *A om.* et famelicos 2. *A om.* et 3. *A om.* ait 13. *R* profusis lacrimis super 15. regiam] *A* reginam 16. *R* praeminentior *A* effulserunt *P, R* effulserit 24. *A* stupore 25. habens] *A* considerans

dierum devotissime ieiunabat. Dicebat enim: Quilibet pro tanti honore principis aliquid laudis, vel muneris specialis Deo deberet offerre.

[*De devotione eius ad Dominam nostram, cui commisit specialiter Ordinem*]. CL.

198. Matrem Iesu indicibili complectebatur amore, eo quod Dominum maiestatis fratrem nobis effecerit. Peculiares illi persolvebat laudes, fundebat preces, offerebat affectus, quot et qualiter humana promere lingua non posset. Sed quod laetificat plurimum, Ordinis advocatam ipsam constituit, suisque alis quos relicturus erat filios usque in finem fovendos et protegendos submisit. Eia, pauperum advocata, imple in nobis tutricis officium usque ad praefinitum tempus a patre.

[*De devotione ad Nativitatem Domini et quomodo volebat tunc omnibus subveniri*]. CLI.

199. Nativitatem pueri Iesu prae aliis solemnitatibus ineffabili alacritate colebat, festum festorum asserens, quo Deus infans parvulus factus ad ubera pependit humana. Infantilium illorum membrorum imagines famelica cogitatione lambebat, et eliquata pueri compassio in cor suum etiam verba dulcedinis faciebat more infantium balbutire. [Eratque sibi hoc nomen quasi mel et favus in ore]. Cum de non comedendis carnibus collatio fieret, quia dies veneris erat, respondit fratri Morico dicens: Peccas, frater, diem veneris vocans quo Puer natus est nobis. Volo, inquit, quod etiam parietes tali die comedant carnes, et, si non possunt, vel de foris liniantur.

3. *R* specialiter 10. *R* possit 19. festorum] *M* sanctorum 24-25. *A om.* Eratque - ore 25-30. *M om.* Cum - liniantur .

200. Volebat hoc die pauperes [et famelicos] a divitibus saturari, [et] annonam et foenum plus solito bobus et asinis indulgeri. Si locutus, [ait], fuero Imperatori, supplicabo constitutum fieri generale, ut omnes qui possunt frumenta et grana per vias proiiciant, ut die tantae solemnitatis abundent aviculae, praecipue sorores alaudae. Paupercula Virgo quanta illo die fuerit circumventa penuria, non sine lacrimis recolebat. Sedenti namque ad prandium die quadam, paupertatem beatae Virginis commemorat quidam frater, et Christi filii eius inopiam replicat. Protinus surgit a mensa, singultus ingeminat dolorosos, et perfusus lacrimis supra nudam humum reliquum panem manducat. Inde hanc virtutem regiam esse dicebat, quae in rege et regina tam praestanter effuls[it]. Nam et consultantibus in conclavi fratribus quae virtus magis amicum redderet Christo, quasi secretum sui cordis aperiens, respondebat: Paupertatem noveri[ti]s fili[i], specialem viam salutis, cuius est fructus multiplex et paucis notissimus.

[*De devotione ad Corpus Domini*]. CLII.

201. Flagrabat erga sacramentum Dominici Corporis fervore omnium medullarum, stupori permaximo [habens] illam caram dignationem et dignantissimam charitatem. Missam vel unicam non audire quotidie, si vacaret, non parvum reputabat contemptum. Saepe communicabat, et tam devote ut alios devotos efficeret. Reverendum enim illud omni reverentia prosequens, membrorum omnium sacrificium offe-

1. *A om.* et famelicos 2. *A om.* et 3. *A om.* ait 13. *R* profusis lacrimis super 15. regiam] *A* reginam 16. *R* praeminenter *A* effulserunt *P, R* effulserit 24. *A* stupore 25. habens] *A* considerans

rebat, et agnum immolatum recipiens, illo igne qui in altari cordis semper ardebat, spiritum immolabat. Diligebat propterea Franciam ut amicam Corporis Domini, atque in ea mori propter sacrorum reverentiam cupiebat. Voluit quandoque mittere fratres per mundum cum pretiosis pixidibus, ut ubicumque indecenter locatum pretium redemptionis adverterent, optimo reconderent loco. Sacerdotalibus manibus, quibus de ipso conficiendo tam divina collata auctoritas est, magnam volebat reverentiam exhiberi. Frequenter dicebat: Si sancto cuiquam de caelo venienti, et pauperculo alicui sacerdoti simul me contingeret obviare, praevenirem honore presbyterum, et ad manus eius deosculandas citius me conferrem. Dicerem enim: Oi! Exspecta, sancte Laurenti, quia manus huius Verbum vitae contrectant, et ultra humanum aliquid possident.

[*De devotione ad sanctorum reliquias*]. CLIII.

202. Divino cultui se devotissimum exhibens Deo dilectus homo, nil quod Dei est relinquebat per incuriam inhonorum. Cum esset apud Montem Casalem, in provincia Massae, praecepit fratribus ut de quadam ecclesia ab omnibus derelicta sacras reliquias ad locum fratrum reverentissime asportarent. Gravabatur pernimium longo iam tempore illas debita devotione fraudatas. Sed cum poscente causa ipsum ire alio oporteret, mandati patris immemores, filii obedientiae meritum neglexerunt. Die vero quadam cum celebrare vellent fratres, remota sindone, ut moris est, de altari, ossa pulcherrima et nimis redo-

1. *R* immaculatum 2. *M om.* semper 9. ipso] *M* Christo 11. *R* cuicumque 15. *M, P om.* Oi *R* exspecta me, sancte 27. alio] *M* alibi

lentia invenerunt. Obstupefacti sunt satis, quae numquam viderant intuentes. Regressus paulo post sanctus Dei, diligenter exquirit si esset quod de reliquiis mandaverat adimpletum. Verum neglectae obedientiae culpam fratres humiliter confitentes, cum poena veniam meruerunt. Et ait sanctus: Benedictus Dominus Deus meus, qui per semetipsum implevit quod vos facere debuistis. Considera diligenter Francisci devotionem, attende beneplacitum Dei circa pulverem nostrum, et obedientiae sanctae magnifica laudem. Nam cuius voci non paruit homo, precibus obedivit Deus.

[*De devotione ad crucem et de quodam occulto sacramento*]. CLIV.

203. Denique quomodo sibi aberat nisi in cruce Domini gloriari, quis promere, quis capere posset? Soli datum est nosse, cui soli datum est experiri. Nimirum etsi sensu quodam illa perciperemus in nobis, nequaquam tantis mirabilibus exprimendis verba suppeterent, rebus quotidianis et vilibus sordidata. Et fortassis ideo in carne debuit aperiri, quia non potuisset sermonibus explicari. Loquatur ergo silentium, ubi deficit verbum, quia et signatum clamat, ubi deficit signum. Hoc solum humanis auribus intimetur, quod nondum [per omnia] claruit, quare sacramentum illud in sancto apparuit; ubi enim

1. satis] *M* fratres 8. *M om.* vos 9. *M* attente 18. *R om.* illa 25 *A om.* per omnia 22–3 *(p. 322). M om.* Loquatur – erunt. *Haec autem habebantur in codice cuius fragmentum Puppii servatur, sed resectio folii sensum parum intelligibilem reddit, quapropter verba quae leguntur hic referimus prout inveniuntur:*

illud in sancto apparuit. S' ali [.....
de prout est creditum de futuro etiam [...

ab eo revelatum est, de futuro trahit rationem et finem. Verus erit, dignusque fide, cui natura, lex et gratia testes erunt.

De pauperibus dominabus.

[*Quomodo volebat fratres conversari cum eis*]. CLV.

204. Spiritualis aedificii memoriam, multo nobiliorem ab illa terrena quam beatus pater post illius materialis ecclesiae reparationem in augmentum civitatis supernae, Spiritu Sancto ductore, illo in loco instituit, non expedit silentio praeterire. Non est credendum quod pro perituro et labenti opere reparando de ligno crucis sibi locutus fuerit Christus, modo utique sic stupendo, qui audientibus timorem incutit et dolorem immittit. Sed, sicut olim praedixerat Spiritus Sanctus, ordo sanctarum virginum ibi debebat institui, qui ad restaurationem caelestis domus, velut vivorum lapidum expolita congeries, erat aliquando transferendus. Verum postquam in loco illo convenire coeperunt virgines Christi, et de diversis mundi partibus aggregari, summam profitentes perfectionem in observantia paupertatis altissimae, ac omnium virtutum decorem, licet pater illis paulatim suam praesentiam corporalem subduxerit, affectum tamen in Spiritu Sancto ad ipsarum curam extendit. Nam, cum per plura summae perfectionis argumenta probatas, sanctus eas cognoverit omnem pro Christo paratas sustinere iacturam et subire laborem, nec a sanctis mandatis velle aliquando de-

Verus erit dignusque fide [.....
et gratia testes erunt.

4–5. *M* dominabus et quomodo 10. *P* constituit 13. qui] *R* quod 14. *M om.* sicut 22. *M* decore *R* illarum 24–25. *A* curam semper extendit 26. omnem] *M* esse; *R* omnium 28. *M* sancti

clinare, promisit eis, et aliis paupertatem in simili conversatione profitentibus [firmiter] suum et fratrum suorum auxilium et consilium perpetuo exhibere. Haec semper, dum vixit, diligenter exsolvit, et fieri semper, cum morti proximus esset, non negligenter mandavit. Unum atque eumdem spiritum, dicens, fratres et dominas illas pauperculas de hoc saeculo eduxisse.

205. Mirantibus quandoque fratribus quod tam sanctas Christi famulas sua praesentia corporali non saepius visitaret, dicebat: Non credatis, carissimi, quod eas perfecte non diligam. Si enim crimen esset eas in Christo fovere, nonne maius fuisset eas Christo iunxisse? Et quidem non eas vocasse nulla fuisset iniuria; non curare vocatas summa est inclementia. Sed exemplum do vobis, ut quemadmodum ego facio ita et vos faciatis. Nolo quod aliquis ad visitandum eas spontaneum se offerat; sed invitos [et] plurimum renitentes iubeo ipsarum servitiis deputari, spirituales dumtaxat viros, digna et longaeva conversatione probatos.

[*Quomodo reprehendit quosdam qui libenter ibant ad monasteria*]. CLVI.

206. Cum enim semel quidam frater, qui duas in monasterio quodam filias perfectae conversationis habebat, quoddam pauperculum munusculum ex parte sancti libenter ad dictum locum se diceret delaturum, increpavit eum sanctus durissime, verba non modo referenda inculcans. Sicque per alium recusantem, sed non obstinatius persistentem, transmisit exenium. Alius frater in hieme causa compassionis ad mona-

1. simili] *R* consimili 2. *A om.* firmiter 4. *R* Hoc 12. crimen] *R* certum (magnum) 18. *A* ut 27. sancti] *R* sua

ab eo revelatum est, de futuro trahit rationem et finem. Verus erit, dignusque fide, cui natura, lex et gratia testes erunt.

De pauperibus dominabus.

[*Quomodo volebat fratres conversari cum eis*]. CLV.

204. Spiritualis aedificii memoriam, multo nobiliorem ab illa terrena quam beatus pater post illius materialis ecclesiae reparationem in augmentum civitatis supernae, Spiritu Sancto ductore, illo in loco instituit, non expedit silentio praeterire. Non est credendum quod pro perituro et labenti opere reparando de ligno crucis sibi locutus fuerit Christus, modo utique sic stupendo, qui audientibus timorem incutit et dolorem immittit. Sed, sicut olim praedixerat Spiritus Sanctus, ordo sanctarum virginum ibi debebat institui, qui ad restaurationem caelestis domus, velut vivorum lapidum expolita congeries, erat aliquando transferendus. Verum postquam in loco illo convenire coeperunt virgines Christi, et de diversis mundi partibus aggregari, summam profitentes perfectionem in observantia paupertatis altissimae, ac omnium virtutum decorem, licet pater illis paulatim suam praesentiam corporalem subduxerit, affectum tamen in Spiritu Sancto ad ipsarum curam extendit. Nam, cum per plura summae perfectionis argumenta probatas, sanctus eas cognoverit omnem pro Christo paratas sustinere iacturam et subire laborem, nec a sanctis mandatis velle aliquando de-

Verus erit dignusque fide [.....
et gratia testes erunt.

4–5. *M* dominabus et quomodo 10. *P* constituit 13. qui] *R* quod 14. *M om.* sicut 22. *M* decore *R* illarum 24–25. *A* curam semper extendit 26. omnem] *M* esse; *R* omnium 28. *M* sancti

clinare, promisit eis, et aliis paupertatem in simili conversatione profitentibus [firmiter] suum et fratrum suorum auxilium et consilium perpetuo exhibere. Haec semper, dum vixit, diligenter exsolvit, et fieri semper, cum morti proximus esset, non negligenter mandavit. Unum atque eumdem spiritum, dicens, fratres et dominas illas pauperculas de hoc saeculo eduxisse.

205. Mirantibus quandoque fratribus quod tam sanctas Christi famulas sua praesentia corporali non saepius visitaret, dicebat: Non credatis, carissimi, quod eas perfecte non diligam. Si enim crimen esset eas in Christo fovere, nonne maius fuisset eas Christo iunxisse? Et quidem non eas vocasse nulla fuisset iniuria; non curare vocatas summa est inclementia. Sed exemplum do vobis, ut quemadmodum ego facio ita et vos faciatis. Nolo quod aliquis ad visitandum eas spontaneum se offerat; sed invitos [et] plurimum renitentes iubeo ipsarum servitiis deputari, spirituales dumtaxat viros, digna et longaeva conversatione probatos.

[*Quomodo reprehendit quosdam qui libenter ibant ad monasteria*]. CLVI.

206. Cum enim semel quidam frater, qui duas in monasterio quodam filias perfectae conversationis habebat, quoddam pauperculum munusculum ex parte sancti libenter ad dictum locum se diceret delaturum, increpavit eum sanctus durissime, verba non modo referenda inculcans. Sicque per alium recusantem, sed non obstinatius persistentem, transmisit exenium. Alius frater in hieme causa compassionis ad mona-

1. simili] *R* consimili 2. *A om.* firmiter 4. *R* Hoc 12. crimen] *R* certum (magnum) 18. *A* ut 27. sancti] *R* sua

sterium quoddam accessit, sed voluntatem sancti sic efficacem de non eundo nescivit. [Postquam factum sancto innotuit] per plura millia[ria] in maxim[o] nivium frigore illum nudum pergere fecit.

[*De praedicatione quam magis exemplo quam verbo fecit*]. CLVII.

207. Frequenti supplicatione vicarii sanctus pater pulsatus, cum apud Sanctum Damianum faceret moram, ut filiabus proponeret verbum Dei, ipsius tandem instantia devictus, concessit. Congregatis autem dominabus ex mor[e] ut verbum Dei audirent, sed non minus ut patrem viderent, levatis ipse in caelum oculis, ubi cor semper habebat, ad Christum coepit orare. Cinerem proinde sibi deferri iubet, de quo circa se in pavimento circulum fecit, reliquum super proprium caput imponens. Exspectantibus [illis] beatum patrem intra cinereum circulum cum silentio persistentem, stupor in earum cordibus non parvus oboritur. Surgit subito sanctus, et illis a[tt]onitis, *Miserere mei Deus*, recitat pro sermone. Quo finito, celeriter foras egreditur. Huius virtute alludii tanta fuerunt famulae Dei contritione repletae, ut lacrimarum educentes profluvia, vix a sui vindicta manus proprias continerent. Opere docuit illas se cinerem reputare, nihilque cordi eius aliud approximare de ipsis, nisi hac reputatione condignum. Haec erat conversatio eius cum feminis sanctis. Haec visitatio illarum perutilis, coacta tamen et rara. Haec voluntas eius pro fratribus omnibus, quos eis ita pro Christo cui servi[un]t servire volebat, ut semper, velut animalia pennata, laqueos coram positos praecaverent.

2–3. *A om.* Postquam – innotuit 3. *A* millia in maximarum 14. *A* mora 16. *A om.* illis 19. *A* admonitis 30. *A, P* serviv:t

De commendatione Regulae fratrum.

[*De commendatione Regulae beati Francisci, et de fratre qui eam portabat secum*]. CLVIII.

208. Communem professionem et Regulam ardentissime zelabatur, et illos qui circa eam zelotes essent singulari benedictione dotavit. Hanc enim suis dicebat librum vitae, spem salutis, medullam evangelii, viam perfectionis, clavem paradisi, pactum aeterni foederis. Hanc volebat haberi ab omnibus, sciri ab omnibus, et ubique in allocutionem taedii et memoriam praestiti iuramenti cum interiori homine fabulari. Docuit eam semper in commonitionem agendae vitae portare prae oculis, quodque plus est, cum ips[a] mori debere. Cuius instituti non immemor quidam laicus frater, quem intra martyrum numerum credimus esse colendum, palmam assecutus est gloriosae victoriae. Nam cum a Saracenis ad martyrium peteretur, summis manibus Regulam tenens, genibus humiliter incurvatis, sic socio dixit: De omnibus, quae contra sanctam istam Regulam feci, frater carissime, ante oculos maiestatis et coram te, culpabilem me proclamo. Successit brevi confessioni gladius, quo martyrio vitam finivit, signisque et prodigiis postmodum claruit. Hic iuvenculus intraverat Ordinem adeo ut ferre vix posset ieiunium regulare, cum tamen loricam ad carnem sic puerulus deferebat. Felix puer, qui feliciter incoepit, ut felicius consumaret.

1. *M om.* De - fratrum 6. *R* erant 8. *R* evangelicam 10. *M om.* sciri ab omnibus *R* alleviationem 12. *R* confabulari 13. *M* portari 14. *A* ipso 23. *M* martyrii 25. *M om.* ferre

[*Visio quaedam ad commendationem Regulae faciens*]. CLIX.

209. Vidit aliquando pater sanctissimus visionem quamdam, caelesti miraculo factam, ad Regulam pertinentem. Tempore quo de Regula confirmanda fiebat inter fratres collatio, sancto de huiusmodi negotio vehementer sollicito talia monstrantur in somnis. Videbatur sibi de terra micas panum subtilissimas collegisse, multisque famelicis fratribus ipsum circumstantibus debere tribuere. Cumque micas tam tenues distribuere formidaret, timens ne inter manus exciderent pulveres tam minuti, vox ei desuper inclamabat: Francisce, unam de micis omnibus hostiam confice, ac manducare volentibus tribue manducandam. Quo illud agente, quicumque non devote reciperent, aut receptum contemnerent donum, mox lepra infecti notabiles apparebant. Recitat mane sanctus haec omnia sociis, dolens se non percipere mysterium visionis. Post modicum vero, cum vigil in oratione persisteret, huius[ce]modi vox caelo sibi delapsa est: Francisce, inquit, micae noctis praeteritae verba evangelica sunt, hostia Regula, lepra iniquitas. Hanc quidem quam iuraverant fidem, non duram vel asperam fratres illorum temporum reputabant, qui erant ad omnia supererogare promptissimi. Neque enim languor vel desidia locum habet, ubi amoris stimulus semper ad maiora perurget.

4. *M* oraculo 20. *A* huiusmodi 21. *M* dilapsa 23 quidem] *M* igitur *et leg.* intraverant

De infirmitatibus sancti Francisci.

[*Quomodo contulit cum quodam fratre de subveniendo corpori*]. CLX.

210. Per labores innumeros et aegritudines validas in semitis Christi vestigia posuit praeco Dei Franciscus, nec pedem retraxit, donec quod perfecte coepit perfectius consummavit. Nam cum lassatus esset et totaliter corpore conquassatus, nunquam a perfectionis suae substitit cursu, nunquam rigorem passus est inflectere disciplinae. Nam et exhausto iam corpori sine conscientiae murmure nequibat vel in modico subvenire. Itaque cum oporteret ipsum etiam nolentem proprii corporis incommoda, quae vires eius excesserant, blandimentis remedialibus delinire, quemdam [fratrem], quem sciebat consilium sibi daturum expediens, benigne die quadam alloquitur: Quid tibi videtur, fili carissime, quod conscientia mea de cura corporis frequenter submurmurat? Timet ne infirmanti nimis indulgeam, et exquisitis ei studeam fomentis succurrere. Non quod ipsum iam aliquid delectet accipere infirmitate longa confectum, a quo totius saporis recessit impulsus.

211. Respondit filius diligenter ad patrem, a Domino sibi dari verbum responsionis agnoscens: Dic mihi, si dignaris, o pater, qua diligentia corpus tuum, dum potuit, tuis obtemperavit mandatis? Qui ait: Testimonium illi perhibeo, fili, quia per omnia obediens fuit, in nullo sibimetipsi pepercit, sed quasi pr[ae]ceps ad cuncta ferebatur imperia. Nullum subterfugit laborem, nullum declinavit incommodum, tantummodo iussa posset perficere. In hoc perfecte

1. *M om.* Francisci 2. *M* et quomodo 6. *M* quae 11. *M om.* nequibat 15. *A om.* fratrem 21. *R* aliquod 21-22. *R* confortum 27. *R om.* fili 28-29. *A* princeps 30-31. *R* dummodo

convenimus ego et ipsum, ut sine aliqua repugnantia Christo Domino serviremus. Et ait frater: Ubi est ergo, pater, liberalitas tua, ubi pietas et summa discretio? Est ne ista fidelium amicorum redhibitio digna, beneficium libenter accipere nec tempore necessario danti pro merito respondere? Quid servi[tii] Domino tuo Christo absque auxilio corporis hactenus impendere potuisti? Nonne, ut ipse fateris, propter hoc se omni periculo dedit? Fateor, fili, ait pater, hoc esse verissimum. Et filius: Est ne hoc rationi conveniens, ut tam fideli amico in tanta necessitate desis, qui se et sua pro te usque ad mortem exposuit? Absit a te, pater, auxilium et baculus afflictorum, absit a te hoc peccatum in Domino. Benedictus et tu, inquit, fili, qui sapienter meis disceptationibus tam salutaria remedia propinasti. Et coepit hilariter loqui ad corpus: Gaude, frater corpus, et parce mihi, quia ecce iam [tua] placita libenter perficio, libenter tuis querulis affectibus subvenire festino. Sed quid iam exstinctum poterat delectare corpusculum? Quid sustentare ex omni parte collaps[u]m? Mortuus erat iam mundo Franciscus, sed Christ[us] vivebat in eo. Crux illi erant mundi delitiae, quia Christi crucem radicatam gerebat in corde. Et ideo stigmata exterius fulgebant in carne, quia intus radix altissima excrescebat in mente.

[*Quid fuerit pro suis infirmitatibus sibi promissum a Domino*]. CLXI.

212. Ita ex omni parte cruciatibus fesso, mirum quod sufficere vires ad tolerantiam poterant. Has vero suas angustias non poenarum censebat nomine,

5. tempore] *R* ipsi 6-7. *A* servire 15. et] *R* es 18. *A om.* ita 21-22. *A* collapsam 23. *R om.* sed *A* Christo 24. *M* indelitiam 25. *M om.* exterius 30. *M* quod ei suff.

sed sororum. Quas multis ex causis provenisse non dubium est. Sane ut clarior fieret ex triumphis, non solum tyrocinio suo difficilia commisit Altissimus, verum iam emeritae militiae viro dabatur materia triumphandi. Habent et in hoc exempla sequentes, dum propter senectutem nihil lentius, propter infirmitatem nihil indulgentius egit. Nec nulla causa fuit perfecta in valle lacrimarum purgatio, qu[o] sic de quadrante novissimo redderet rationem, si quid inhaesisset cremabile, ut tandem purgatissimus raptim ad superos evola[r]et. Potissimam vero tormentorum suorum existimo rationem, quia, ut ipse asserebat de aliis, in sustinendis illis retributio multa.

213. Nam nocte quadàm, cum propter infirmitatum suarum graves et diversas molestias plus solito lassaretur, coepit de intimo cordis compati sibi ipsi. Sed ne spiritus ille promptus carni carnaliter consentiret in aliquo vel ad horam, patientiae scutum orando ad Christum servat immobile. Ora[n]s tandem sic positus in agone, promissionem aeternae vitae a Domino sub hac similitudine reportavit: Si tota terrae moles et machina mundi aurum esset sine pretio pretiosum, et tibi pro hiis quae pateris duris molestiis, omni dolore sublato, daretur in praemium thesaurus gloriae tantae, cui praedicti auri comparatio nulla esset, vel etiam nominari non digna, nonne gauderes, libenter sustinens quae sustines ad momentum? Gauderem utique, ait sanctus, et supra modum gauderem. Exsulta igitur, dixit illi Dominus, quia regni mei est arrha infirmitas tua, et per p[ati]entiae meritum securus et certus eiusdem regni hereditatem exspecta. Sed quanta putas exsulta-

4. iam] *A* etiam 5-7. *M om.* Habent - egit 7. *R* ulla 8. *A* quae 11. *A* evolasset 12. ut ipse] *M* idem 15. molestias] *M* angustias 19 *A* Oras 25. *R* praedicta 27. *R* gaudens lib. sustineres 30-31. *A* poenitentiae 31. *M om.* eiusdem regni

tione gavisum hominem tam felici promissione beatum? Quanta non solum patientia, verum etiam charitate, illum credis corporis molestias amplexatum? Novit ipse modo perfecte, quia indicibile tunc dicere sibi fuit. Retulit tamen sociis pauca ut potuit. Laudes de creaturis tunc quasdam composuit, et eas utcumque ad Creatorem laudandum accendit.

De transitu sancti patris.

[*Quomodo hortatus est fratres et benedixit in fine*]. CLXII.

214. In fine hominis, ait sapiens, denudatio operum illius; quod in sancto isto gloriose cernimus esse completum. Qui mandatorum Dei viam mentis alacritate percurrens, per omnium virtutum gradus ad summa pervenit, et velut ductile opus, sub multiplicis tribulationis malleo ad perfectionem adductus, omnis consummationis vidit finem. Tunc enim magis eius mirifica opera colluxerunt, et divinum fuisse omne quod vixit, veritatis inditio fulsit, cum vitae mortalis calcatis illecebris, liber evasit ad superos. Nam mundo vivere duxit opprobrium, dilexit suos in finem, mortem cantando suscepit. Cum [enim] ad dies iam propinquaret extremos, quibus finibili luce subtracta lux perpetua succedebat, virtutis exemplo monstravit quod nihil commune illi erat cum mundo. Confectus namque infirmitate illa tam gravi, quae omni languori conclusit, super nudam humum se [nudum] fecit deponi, ut hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luctaretur cum nudo. Triumphum revera exspe-

2. *R* Quantum 8. *M om.* De - patris 12. *M* glorioso 15. *M* venit 23. *A* igitur 27. *R* languore 28 *A om.* nudum 30. *R* luctaret

ctabat intrepidus, et consertis manibus iustitiae complectebatur coronam. Positus sic in terra, saccina veste deposita, faciem solito levavit ad caelum, et intendens illi gloriae totus, manu sinistra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtexit. Et ait ad fratres: Ego quod meum est feci; quod vestrum est Christus edoceat.

215. Videntes haec filii producunt rivulos lacrimarum, et de intimis longa trahentes suspiria, nimio dolori compatiendo succumbunt. Interea sopitis utcumque singultibus, guardianus eius, qui votum sancti divina verius inspiratione cognovit, festinus surrexit et acceptam cum femoralibus tunicam, saccinamque cappellulam, dixit ad patrem: Tunicam istam et femoralia cum cappellula, obedientiae sanctae mandato, a me tibi accommodatam cognoveris. Sed ut scias te nihil proprietatis in illis habere, dandi haec alicui omnem tibi aufero potestatem. Gaudet sanctus et iubilat prae laetitia cordis, quoniam fidem tenuisse dominae paupertati usque in finem se videt. Fecerat enim haec omnia paupertatis zelo, ut nec habitum quidem proprium in fine vellet habere, sed quasi ab altero commodatum. Cappellulam vero saccinam porta[ba]t in capite, ut cicatrices contegeret pro sanitate oculorum susceptas, cui satis necessarium erat pileum cuiusvis pretiosae lanae suavitate lenissimum.

216. Levat post haec sanctus palmas ad caelum, et Christum suum magnificat, quod iam exoneratus omnibus liber vadit ad [ips]um. Verum ut ostenderet se Dei sui Christi verum imitatorem in omnibus, fratres et filios, quos dilexerat a principio, in finem dilexit eos. Fecit enim fratres omnes assistentes ibidem ad se vocari, et verbis consolatoriis

8. *R* hoc 11. votum sancti] *R* veram causam 13. *R* accepit
24. *A* portavit 30. *A* Christum

eos pro sua morte demulcens, paterno affectu ad divinum est hortatus amorem. De patientia et paupertate servanda sermonem protraxit, caeteris institutis sanctum evangelium anteponens. Circumsedentibus vero omnibus fratribus, extendit super eos dexteram suam, et incipiens a vicario suo capitibus singulorum imposuit, benedixitque in illis qui erant ibi, etiam omnibus fratribus qui ubique conversabantur in mundo, et qui venturi erant post ipsos usque in finem saeculi saeculorum. Nullus sibi hanc benedictionem usurpet, quam pro absentibus in praesentibus promulgavit; ut alibi scripta est aliquid insonuit speciale, sed potius ad officium detorquendum.

[*De morte eius et quid fecerit ante mortem*]. CLXIII.

217. Cum itaque amarissime lacrimarentur fratres et inconsolabiliter deplorarent, iussit pater sanctus panem sibi afferri. Quem benedixit et fregit, et particulam unicuique ad manducandum porrexit. Recordabatur illius sacratissimae coenae, quam Dominus cum suis discipulis ultimam celebravit. In illius enim veneranda memoria, ostendens quem ad fratres habebat amoris affectum, fecit hoc totum. Proinde paucos dies, qui usque ad transitum eius restabant, expendit in laudem, socios suos valde dilectos secum Christum laudare instituens. Invitabat

1. *M, R om.* eos 7. *M post* imposuit *addit:* Valete, inquit, filii omnes, in timore Dei, et permanete in ipso semper. Et quoniam futura tentatio et tribulatio appropinquat, felices qui perseverabunt in hiis quae coeperunt. Ego enim ad Deum propero, cuius gratiae vos omnes commendo. Benedixque... 8. *M om.* etiam 10–13. *M om.* Nullus – detorquendum est scripta est] *R* tempore enim 18. *M post* porrexit *addit:* Codicem totum Evangeliorum apportari praecipiens, evangelium secundum Ioannem ab eo loco qui incipit: Ante diem festum Paschae etc., sibi legi imposcit. Recordabatur... 25. *M* laudari, *et post* instituens *addit:* Ipse vero prout potuit in hunc psalmum erupit: Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum etc. Invitabat...

[etiam] omnes creaturas ad laudem Dei, et per verba quaedam quae olim composuerat, ipse eas ad divinum hortabatur amorem. Nam et mortem ipsam, cunctis terribilem et exosam, hortabatur ad laudem, eique laetus occurrens, ad suum invitabat hospitium: Bene veniat, inquit, soror mea mors. Ad medicum autem: Audacter, frater medice, [proximam] pronostica mortem, quae mihi erit ianua vitae. Ad fratres vero: Cum me videritis ad extrema perduci, sicut me nudius tertius nudum vidistis, sic me super humum exponite, et per tam longum spatium iam defunctum sic iacere sinatis, quod unius miliarii tractum suaviter quis perficere posset. Venit igitur hora, et cunctis in eum Christi completis mysteriis, feliciter volavit ad Deum.

[*Quomodo quidam frater vidit animam sancti patris in transitu ipsius.*

Unus frater ex discipulis eius, famae non modicum celebris, vidit animam sanctissimi patris quasi stellam, lunae immensitatem habentem et solis claritatem, praetendentem super aquas multas, a candida subvect[a]m nubecula, recto tramite in caelum conscendere. Factus est propterea concursus populorum multorum, laudantium et glorificantium nomen Dei. Catervatim tota civitas Assisii et omnis accelerat regio videre magnalia Dei, quae Dominus ostenderat in servo suo. Lamentabantur filii tanto patre orbati, et pium cordis affectum lacrimis et suspiriis ostendebant. Verumtamen miraculi novitas planctum vertit in iubilum et luctum in iubilationem. Cernebant corpus beati patris Christi stigmatibus decoratum, in medio videlicet manuum et pedum ipsius, non clavorum quidem puncturas, sed ipsos clavos ex eius carne compositos, immo carni eidem innatos, ferri retenta nigredine, ac dextrum latus sanguine rubricatum. Caro eius, naturaliter nigra prius,

1. *A om.* etiam 2. *M om.* quaedam 7. *A om.* proximam 13. *R* possit. Venit ergo 16-4 *(p. 334). A om. Cf. sup. p. 116-118, n. 110, 112.* 21. *M* subvectum

candore nimio renitescens beatae resurrectionis praemia promittebat. Membra denique ipsius ductilia et mollia sunt effecta, non rigida ut mortuorum solent, conversa in similitudinem puerilis aetatis].

[*De visione quam vidit frater Augustinus in morte*]. CLXIV.

218. Minister fratrum in Terra Laboris tunc erat frater Augustinus, qui in hora ultima positus, cum diu iam pridem amisisset loquelam, audientibus qui adstabant, de subito clamavit et dixit: Exspecta me, pater, exspecta. Ecce iam venio tecum. Quaerentibus fratribus et admirantibus multum cui sic loqueretur, audacter respondit: Nonne videtis, inquit, patrem nostrum Franciscum, qui vadit ad caelum? Et statim s[ancta] illius anima carne soluta patrem est secuta sanctissimum.

[*Quomodo sanctus pater apparuit cuidam fratri post transitum*]. CLXV.

219. Alteri fratri vitae laudabilis, tunc temporis orationi suspenso, nocte illa et hora, gloriosus pater purpurea dalmatica vestitus apparuit, quem turba hominum innumera sequebatur. A qua se plurimi sequestrantes dixerunt ad fratrem: Nonne hic est Christus, o frater? Et ille dicebat: Ipse est. Alii vero iterum perquirebant dicentes: Nonne hic est sanctus Franciscus? Frater ipsum esse similiter respondebat. Videbatur revera fratri et omnium co-

10. *M om.* de 15. *A om.* sancta 22. *M* sequebantur – *(p. 335). M om.* dixerunt – futurus, *et leg.* inter plura quae cum – tre dixerunt, asseruerunt vestitum dalmatica esse beatum Franci- – m, ut se monstrabat. Pervenit...

mitantium turbae, quod Christi et beati Francisci una persona foret. Quod a sane intelligentibus nequaquam temerarium iudicatur, cum qui adhaeret Deo, unus spiritus fit cum ipso, et ipse Deus omnia in omnibus sit futurus. Pervenit tandem beatus pater cum illa turba mirabili ad amoenissima loca, quae aquis irrigata praeliquidis omnium vireba[n]t graminum venustate, et florum decore vernantia, arborum omni delitioso genere replebantur. Erat ibi palatium magnitudinis mirae ac pulchritudinis singularis, quod alacriter intrans novus accola caeli, cum in eo fratres plurimos reperisset, supra mensam splendidissime praeparatam et variis refertam deliciis, coepit cum suis delectabiliter epulari.

[*Visio episcopi Assisinatis de transitu sancti patris*]. CLXVI.

220. Episcopus Assisinas ad ecclesiam Sancti Michaelis, tunc temporis, causa peregrinationis perrexerat. Cui, cum inde rediens Beneventi hospitatus fuisset, beatus pater Franciscus, nocte sui transitus, per visionem apparuit. Dixitque ad eum: Ecce, pater, mundum relinquens ad Christum vado. Mane surgens episcopus sociis narravit quae vidit, et accito notario, diem transitus notavit et horam. Multumque inde tristis effectus, irrigatus lacrimis, dolebat se patrem amisisse praecipuum. Sicque ad terram suam reversus, et cuncta per ordinem referens super dona sua Deo gratias inexplebiles [eg]it.

4. fit] *R* sit 6. *M om.* pater 7. *R* perliquidis *A* virebat 9. *R* omnium 19. *M* veniens 22. *M* linquens 24. *R om.* transitus 28. dona] *R* dicta *A* fecit

[*De canonizatione et translatione sancti Francisci.*

In nomine Domini Iesu. Amen. Anno incarnationis eiusdem M°CC°XXVI°, IIII° nonas Octobris, die quo praedixerat, expletis XX annis ex quo perfectissime adhaesit Christo, apostolorum vitam et vestigia sequens apostolicus vir Franciscus, vitae mortalis compedibus absolutus, feliciter migravit ad Christum, et sepultus apud civitatem Assisii tot et tantis mirabilibus ac variis coepit ubique miraculis coruscare, ut brevi in tempore, magnam partem orbis ad novi saeculi admirationem adduceret. Cum iam in diversis partibus nova miraculorum luce inclaresceret, et undique qui se ipsius beneficio a suis cladibus liberatos gaudebant concurrerent, dominus Papa Gregorius, cum esset Perusii cum Cardinalibus universis et aliis ecclesiarum praelatis, super canonizationem eius coepit habere tractatum. Concordantes igitur pariter, idipsum dixerunt omnes. Legunt et approbant miracula quae per servum suum Dominus fuerat operatus, summisque praeconiis vitam beati patris et conversationem extollunt. Convocantur primum ad tantam solemnitatem principes terrae, et omnis frequentia praelatorum, cum infinita populi multitudine, constituta die, cum beato Papa Assisii civitatem ingreditur, ut ibi ob maiorem reverentiam sancti, canonizatio celebretur eiusdem. Venientibus autem cunctis ad locum, tam solemni occursui praeparatum, praedicat primitus populo universo Papa Gregorius, et affectu mellifluo nuntiat magnalia Dei. Sanctum quoque patrem Franciscum nobilissimo sermone collaudat et conversationis eius annuntians puritatem lacrimis madidatur. Igitur sermone finito, protensis ad caelum manibus, voce altisona clamavit papa Gregorius...] (*caetera desiderantur propter avulsionem unius folii*).

Oratio sociorum sancti ad eumdem. CLXVII.

221. Ecce, beate pater noster, simplicitatis studia conata sunt magnifica tua facta utcumque laudare, ac de innumeris sanctitatis tuae virtutibus vel pauca,

[illegible] *A om.* 31–19 (*p. 338*). *M om. totum capitulum quod forsan* [illegible] *in folio avulso a codice.*

pro tua gloria, referre in medium. Scimus tuis insignibus nostra verba multum ademisse splendoris, dum ad tantae perfectionis promenda magnalia imparia sunt inventa. Petimus a te et a legentibus affectum pensari ut studium, gaudentes mirabilium morum apicibus humanos [c]alamos superari. Quis enim, sanctorum egregie, spiritus tui ardorem vel in se ipso formare, vel imprimere posset in aliis, et affectus illos ineffabiles, qui ex te inintermiss[e] fluebant in Deum, concipere quis valeret? Sed scripsimus haec tua dulci memoria delectati, quam, donec vivimus, aliis eructare vel balbutiendo conamur. Cibaris iam ex adipe frumenti, quondam famelice; iam torrente voluptatis potaris, hactenus sitibunde. Non sic te inebriatum credimus ab ubertate domus Dei, ut tuorum oblitus sis filiorum, cum et ille quem potas nostri sit memor. Trahe nos igitur ad te, digne pater, ut in odorem unguentorum tuorum curramus, quos utique cernis desidia tepidos, pigritia languidos, negligentia semivivos. Sequitur te grex pusillus iam nutanti vestigio; tuae perfectionis radios infirmorum luminum acies reverberata non sustinet. Innova dies nos[tros] sicut a principio, perfectorum speculum et exemplar. Nec patiaris vita dissimiles eadem tibi professione conformes.

222. Ecce iam prosternimus humilitatis precamina coram clementia maiestatis aeternae pro Christi famulo, Ministro nostro, successore tuae sanctae humilitatis, et verae paupertatis aemulatore, qui ovium tuarum sollicitam gerit curam, affectu dulci pro charitate Christi tui; quem sic promovere, te, sancte, petimus, et amplecti, ut tuis semper ipsis adhaerens vestigiis, laudem et gloriam quam assecutus es, perpetuo consequatur.

6. *A* thalamos 9. *A* inintermissa 23. *A* nos 31. *R om.* te, sancte,

223. Supplicamus etiam toto cordis affectu, benignissime pater, pro illo filio tuo, qui nunc et olim devotus tua scripsit praeconia. Hoc ipse opusculum, etsi non digne pro meritis, pie tamen pro viribus colligens, una nobiscum tibi offert et dedicat. Dignanter illum ab omni malo conserva et libera, merita sancta in illo adaugens, et sanctorum consortio precibus tuis ipsum perpetuo iungens.

224. Recordare universitatis filiorum tuorum, pater, qui inexplicabilibus vexati periculis, quantum a remotis tua vestigia insequantur, tu, sanctissime, perfecte cognoscis. Da vires, ut resistant. Purifica eos, ut nitescant. Laetifica, ut fruescant. Infundi super eos spiritum gratiae et precum impetra, pro vera humilitate habenda quam habuisti, pro servanda paupertate quam tenuisti, pro merenda charitate qua Christum crucifixum semper amasti. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

8. *R om.* et sanctorum – iungens

TRACTATUS DE MIRACULIS

B. FRANCISCI

TABULA COLLATORUM CODICUM

Codices manuscripti.

M Massiliensis.
FA Fragmentum Assisiense.

Codices typis editi.

AB Analecta Bollandiana (*seu editio codicis Massiliensis*).
N Neoburgensis (cuius fragmentum editum est in Analectis Bollandianis).

Alia opera collata.

SB Sancti Bonaventurae Legenda S. Francisci. Miracula ap. Opera omnia, t. VIII. Ad Claras Aquas, 1898.
CG Chronica XXIV Generalium. Analecta Franciscana, t. III. Ad Claras Aquas, 1897.

Incipiunt Miracula beati Francisci.

Quod ortus religionis suae mirabilis fuit. I.

1. In primo narrationis ordine, quo sanctissimi patris nostri Francisci miracula scribenda suscepimus, illud ante omnia solemne miraculum decrevimus adnotare quo mundus admonitus, quo excitatus, quo territus. Hoc siquidem fuit ortus religionis, fecunditas sterilis, partus multimodae gentis. Cogitabat veterem mundum, vitiorum scabredine sordescentem, ab apostolicis torpentes vestigiis ordines, nocteque peccatorum in suo cursu medium iter agente, silentium sacris disciplinis impositum, cum ecce repente in terram prosiliit novus homo, subitoque novo exercitu apparente, miratae sunt gentes a signis apostolicae novitatis. Mox in lucem producitur sepulta quondam perfectio Ecclesiae primitivae, cuius legebat mundus magnalia, nec videbat exempla. Cur proinde non dicantur primi novissimi, cum iam corda patrum in filios et filiorum in patres mirabiliter sint conversa? An contemnenda duorum ordinum tam celebris et famosa legatio, nec alicuius magni de proximo eventuri praesagium? Ab apostolorum tempore nunquam tam insignis, nunquam tam mirabilis monitio mundi. Miranda deinde fecunditas sterilis. Sterilis, inquam, et sicca paupercula ista religio, a qua procul abest omnis humiditas terrenorum. Sterilis sane, quae nec metit, nec in horrea congregat, nec praegnantem in via Domini peram portat. Et tamen contra spem in spem credidit sanctus iste ut heres

17. *AB* Cum

esset mundi, non considerans corpus suum emortuum nec sterilem vulvam Sarae, quin divina potentia gentem ex ea gigneret Hebraeorum. Qui non refe[r]tis cellariis, non exuberantibus apothecis, non possessionibus gubernatur amplissimis, sed eadem paupertate qua digna redditur caelo, mirabiliter nutritur in mundo. O infirmum Dei fortius hominibus, quod et cruci nostrae gloriam applicat et paupertati copiam subministrat! Vidimus denique vineam istam brevissimo tempore dilatatam, a mari usque ad mare propaginosos palmites extendisse. Undique concurrerunt gentes, profusae sunt turmae et ad mirabilis huius templi structuram egregiam quasi subito vivi lapides adunati. Nec modo multiplicatam in filiis brevi tempore cernimus, sed clarificatam, dum multos iam ex hiis quos genuit, martyrii palmam noverimus assecutos et pro totius sanctitatis confessione perfecta plures sanctorum cathalogo veneremur adscriptos. Sed iam ad horum omnium caput, de quo nunc intendimus, sermo vertatur.

De miraculo stigmatum et modus apparitionis seraph ei apparentis. II.

2. Novus homo Franciscus novo et stupendo miraculo claruit, cum singulari privilegio, retroactis saeculis non concesso, insignitus apparuit, sacris videlicet stigmatibus decoratus, et configuratus in corpore mortis huius corpori Crucifixi. De quo quidquid humana lingua dicatur, minus erit a laude condigna. Non est quaerenda ratio, quia mirabile, nec petendum exemplum, quoniam singulare. Totum viri Dei studium, tam publicum quam privatum, circa

3. *M* refectis 11–12. *AB* concurrere

crucem Domini versabatur; et a primaevo temporis quo Crucifixo coeperat militare, diversa circa eum crucis mysteria praefulserunt. Cum enim in principio suae conversionis vitae huius illecebris valefacere decrevisset, orantem eum Christus de ligno crucis alloquitur, et ab ipsius ore imaginis vox ista dilabitur: Francisce, inquit, vade, repara domum meam, quae, ut cernis, tota destruitur. Ex tunc profundo charactere impressa fuit cordi eius memoria dominicae passionis, et alta in sese conversione reducta, liquefieri coepit anima eius, ut dilectus locutus est. Nonne etiam in ipsa se cruce recludens, habitum poenitentiae sumpsit, crucis imaginem praeferentem? Qui habitus licet pro eo quod magis esset aemulus paupertatis, magis suo proposito conveniret, plus tamen in eo sanctus crucis mysterium comprobavit, quatenus ut mens eius intro Dominum crucifixum induerat, sic totum corpus eius crucem Christi foris indueret, et in quo signo Deus potestates aereas debellaverat, in eodem suus exercitus Deo militaret.

3. Nonne frater Silvester de primis fratribus unus, vir consummatae per omnia disciplinae, vidit ex ipsius ore crucem auream prodeuntem quae brachiorum extensione universum orbem mirabiliter consignabat? Scriptum est et fideli relatione probatum, qualiter frater ille Monaldus, vita, moribus et exercitiis clarus, cum beatus Antonius de crucis titulo praedicaret, vidit beatum Franciscum corporeo intuitu crucifixum. Nonne mos erat et primis filiis pia sanctione statutum, ut ubicumque crucis similitudinem cernerent, honorem ei debitae reverentiae consecrarent? Familiare sibi signum thau, prae caeteris signis, quo solo et missivas cartulas consignabat et cellarum parietes ubilibet depingebat. Nam et vir ille Dei Pacificus, inspector caelestium visionum, magnum

19. *AB* Dominus 34. *AB* Domini

signum thau carneis oculis super frontem beati patris inspexit, quod varie depictum fulgore aureo renitebat. Quantum igitur et humana suadibili ratione et catholica acceptione dignum, ut qui sic mirando crucis erat amore praeventus, mirando etiam fieret crucis honore mirificus! Propterea nihil de eo verius quam quod de crucis stigmatibus praedicatur.

4. *Modus apparitionis seraph.* — Modus autem apparitionis hic fuit. Duobus annis antequam spiritum redderet caelo, in eremitorio quod Alverna dicitur et est in provincia Thusciae, ubi devotae contemplationis secessibus iam iam totus caelesti gloriae intendebat, vidit in visione seraph in cruce positum, sex alas habentem, supra se extensum, manibus et pedibus cruci affixum. Duae alae supra caput elevabantur, duae ad volandum extendebantur, duae vero totum velabant corpus. Haec videns vehementer obstupuit, sed quod sibi vellet haec visio dum advertere nescit, mixtum moerore gaudium cor eius incurrit. Laetabatur in gratioso aspectu, quo a seraph conspici se videbat, sed crucis affixio terrebat eumdem. Sollicita mente revolvit quid posset hoc oraculum designare, et ad concipiendum aliquem intellectum spiritus eius anxius reddebatur. Verum dum extra se circuiens ab inventione defluit intellectus, protinus in seipso sibi ipsi manifestat sensus. Statim enim coeperunt in manibus eius et pedibus apparere signa clavorum, quemadmodum paulo ante virum supra se viderat in aere crucifixum. Manus et pedes eius in ipso medio clavis confixae videbantur, clavorum capitibus in interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus, et eorum acuminibus exsistentibus ex adverso. Erantque clavorum capita in manibus et pedibus rotunda et nigra, ipsorum vero acumina oblonga et repercussa, quae de

9. *AB* huiusmodi

ipsa carne surgentia carnem reliquam excedebant. Dextrum quoque latus, quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod saepe cum sanguinem emittebat, tunica et femoralia respergebantur sanguine sacro. Nam et angelicae puritatis homo Dei Rufinus, cum semel filiali affectu scalperet sanctum patrem, manu illapsa plagam illam sensibiliter contrectavit. Ad cuius tactum sanctus Dei non modicum doluit, et manum a se repellens, ut ei Dominus parceret, acclamavit.

5. Tandem cum interiectu duorum annorum felici fine vallem miseriae beata patria commutaret, perlato ad aures hominum rei huius eximiae tam stupendo praeconio, factus est concursus populorum multorum laudantium et glorificantium nomen Dei. Catervatim tota civitas Assisii ruit, et omnis accelerat regio, novum illud sitientes videre spectaculum, quod noviter Deus posuerat in hoc mundo. Miraculi novitas planctum vertebat in iubilum, et corporeum visum in stuporem et ecstasim rapiebat. Cernebant beatum corpus Christi stigmatibus decoratum, in manibus videlicet et pedibus non clavorum puncturas, sed ipsos clavos ex eius carne virtute divina mirifice fabrefactos, imo carni eidem innatos, qui dum a parte qualibet premerentur, protinus quasi nervi continui ad partem oppositam resultabant. Latus quoque videbatur sanguine rubricatum. Vidimus ista qui ista dicimus, manibus contrectavimus quod manibus exaramus, lacrimosis oculis delinivimus quod labiis confitemur, tactisque sacrosanctis quod semel iuravimus omni tempore protestamur. Plures nobiscum fratres, dum viveret sanctus, id aspexerunt, in morte vero ultra quam quinquaginta cum innumeris saecularibus venerati sunt. Nulli sit ambiguitati locus, nulli sempiterne huius largitio bonitatis dubia videa-

15. *AB* Domini

tur. Atque utinam illo amore seraphico multa membra capiti cohaererent Christo, quo et in bello simili armatura invenirentur cŏndigna, et in regno ad similem ordinem subvehenda! Quis hoc sanae mentis nisi ad Christi gloriam diceret pertinere? Sed iam poena inflicta incredulis satisfaciat indevotis et ipsos devotos efficiat certiores.

6. Apud Potentiam, regni Apuliae civitatem, erat clericus quidam, Rogerius nomine, vir honorabilis et maioris ecclesiae canonicus. Hic cum longa foret infirmitate quassatus, die quadam ecclesiam pro sanitate oraturus intravit, in qua erat imago beati Francisci depicta, gloriosa stigmata repraesentans. Et accedens coram imagine, supplex ad orandum tota devotione prosternitur. Verum oculos figens in stigmatibus sancti, cogitationes per inania trahit, et reptim subintrantem dubitationis aculeum rationis studio non repellit. Nam illudente sibi hoste antiquo, dilacerato corde coepit dicere apud se: Esset hoc verum, ut tali claruisset iste sanctus miraculo, an suorum pia fuit illusio? Simulata, inquit, fuit inventio, et fortassis a fratribus inventa deceptio. Sensum hoc humanum excederet, et ab omni rationis iudicio procul esset. O dementiam hominis! Tanto propterea, insipiens, divinum illud venerari debebas humilius, quanto et a te minus poterat comprehendi. Scire tuum erat, si ratione vigebas, quoniam facillimum Deo est novis semper mundum innovare miraculis, semper ad suam gloriam operari in nobis, quae non est in aliis operatus. Quid plura? Cogitanti frivola durum a Deo vulnus infligitur, ut discat ex hiis quae patitur non blasphemare. Subito in palma manus sinistrae percutitur, quia sinister erat, sonum audiens quasi cum spiculum prosilit de balista. Moxque tam vulnere saucius quam sonitu stupefactus, chirothecam de manu trahit, quia chirothecatus erat. Cumque nulla fuisset prius in palma percussio, con-

spexit in medio manus plagam quasi sagittae ictum, ex qua tanta vis procedebat ardoris, ut totus sibi videretur in ardore deficere. Mirabile dictu! Nullum in chirotheca vestigium apparebat, ut latenti plagae cordis latentis poena vulneris responderet.

7. Clamat exinde per duos dies, et rugit dolore saevissimo stimulatus, et increduli cordis velamen explicat universis. Credere se veraciter in sancto Francisco stigmata sacra fuisse fatetur, et iurat contestans omnis dubitationis abscessisse phantasmata. Orat suppliciter sanctum Dei per sacra sibi stigmata subveniri, et multas preces multo impinguat sacrificio lacrimarum. Mirum certe! incredulitate proiecta, sanationem mentis sanatio sequitur corporalis. Omnis quiescit dolor, frigescit ardor, nullum remanet vestigium percussurae. Fit homo humilis Deo, devotus sancto, et fratrum ordini perpetua familiaritate subiectus. Huius rei tam solemne miraculum iuramentis firmatum fuit, et episcopi loci maxime roboratum. Per omnia mirabilis Dei benedicta potentia, quae in Potentia civitate magnifica demonstravit.

8. Moris est Roman[a]rum nobilium matronarum, sive sint viduae sive nuptae, maxime quibus generositatis privilegium divitiae servant et Christus suum infundit amorem, in propriis domibus seorsum habere camerulas aut diversorium aliquod orationibus aptum, in quo aliquam depictam habent iconam, et illius sancti imaginem quem specialiter venerantur. Quaedam igitur domina, morum claritate ac parentum gloria nobilis, sanctum Franciscum in suum elegerat advocatum. Cuius imaginem depictam habebat in secreto cubiculo, ubi Patrem in abscondito exorabat. Die quadam cum orationi devote incumberet, atque intentissimis oculis signa sacra perquireret nec aliquatenus reperiret, cum dolore coepit

22. *M, AB* Romanorum

vehementer mirari. Sed non mirum si in pictura non erat, quod pictor omiserat. Per plures dies portat illud in corde suo, et nulli dicit mulier, frequenter imaginem cernens et semper dolens. Et ecce subito die quadam signa illa mirifica in manibus apparuerunt, velut in aliis imaginibus poni solent, virtute divina supplente quod humana fuerat arte neglectum.

9. Tremefacta mulier et nimium admirata, confestim ad se filiam vocat, quae matrem sancto proposito sequebatur, et ei quod factum fuerat indicans, diligenter perquirit si absque stigmatibus usque nunc imaginem viderit. Affirmat puella et iurat sic olim sine stigmatibus fuisse, et nunc vere cum stigmatibus apparere. Verum quia mens humana semetipsam frequenter impellit ut cadat, et revocat in dubium veritatem, subintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia, ne forte sic fuisset imago a principio consignata. At Dei virtus, ne primum contemnatur miraculum, addit secundum. Continuo namque disparentibus illis signis, nudata privilegiis imago remansit, ut per sequens signum probatio fieret praecedentis. Vidi maritatam hanc virtutibus plenam; vidi, fateor, sub saeculari veste animum Christo Deo consecratum.

10. In tantum ab ipso nativitatis exordio sensualibus rudimentis et grossis phantasmatibus humana ratio irretitur, ut imaginatione fluctivaga quidquid credendum est cogatur quandoque in dubium revocare. Propter quod non modo sanctorum gesta mirifica difficile credimus, sed plerumque in rebus salutis multos patitur obices ipsa fides. Frater enim quidam ordine minor, officio praedicator, vita solemnis, cui firmiter erat de sanctis stigmatibus persuasum, dum vel consueta sequitur, vel extra miratur, incipit de sancti miraculo dubitationis scrupulo titillari. Videres pugnam in suo animo constitutam, defendente ratione veritatis partem, ingerente semper contrariúm phantasia. Ponit ratio multis admini-

culis coadiuta sic esse ut dicitur, et cum caetera deficerent inductiva, creditae a sancta Ecclesia innititur veritati. Coniurant ex opposito umbrae sensuales adversus miraculum, quod et toti videatur naturae contrarium, et omnibus saeculis inauditum. Quodam sero fatigatus hac lucta, cubiculum intrat, debilem secum perferens rationem, rigidam magis proterviam phantasiae. Apparuit dormienti sanctus Franciscus pedibus lutulentis, humiliter durus et patienter iratus. Et quae sunt, ait, ista in te conflictationum certamina? Quae dubitationum sordes? Vide manus meas et pedes meos. Cumque ille manus videret confixas, lutulentorum pedum stigmata non videbat. Remove, inquit, lutum a pedibus meis, et cognosce loca clavorum. Apprehendens ille sancti pedes, lutum sibi videtur abstergere, locaque clavorum manibus contrectare. Continuo ut evigilat frater, lacrimis irrigatur, et priores affectus quodammodo lutulentos publica confessione detergit.

11. Ne non magnae alicuius fuisse virtutis sacra illa stigmata invictissimi Christi militis, praeter illud specialis praerogativae signaculum et supremi amoris privilegium quod totus mundus admirari non desinit, reputentur, quantum sint illa signa arma potentia Deo, per unum quod accidit in Hispania, in regno Castellae videlicet, evidentioris potest novitate miraculi comprehendi. Duo siquidem viri erant ab invicem diu inimicissima contentione iurgantes, quorum nulla amaritudini quies, nulla fervidarum iniuriarum esse poterat sempiterna sedatio, nec vel ad horam concepti doloris remedium quidem, nisi manu alterius alter morte crudelissima moreretur. Loricatus igitur uterque cum pluribus adverso frequentes ponebat insidias, cum non posset scelus in publicum exerceri. Accidit sero quodam, iam profundo ex-

25. *AB* Domini 30. vel] *AB* ullum

sistente crepusculo, virum quemdam vitae satis honestae, famaeque laudabilis, transire per viam in qua pro morte alteri inferenda alterius insidiae latitabant. Cumque hic ad orandum, sicut solitus erat, post horam completorii ad ecclesiam fratrum festinus accederet, quoniam beato Francisco tota erat devotione substratus, insurrexerunt filii tenebrarum in filium lucis, quem fore credebant emulum illum suum dudum ad internecionem quaesitum. Quem ex omni parte letaliter gladiantes, seminecem reliquerunt. Sed ultimo crudelissimus hostis in illius gutture gladium profunde infixit, nec valens illum retrahere, in vulnere dereliquit.

12. Accuritur undique, et usque ad caelum clamoribus datis, innocentis mortem tota deplorat vicinia. Et quia vitalis spiritus adhuc erat in homine, consilium invaluit medicorum ne cultellus de gutture traheretur. Forte confessionis gratia id agebant, ut posset saltem vel signo aliquo confiteri. Nocte igitur tota usque ad matutinalem horam, ad sanguinem extergendum et vulnera colligenda medici laborantes, propter ictus multiplices et profundos, a cura, cum nihil proficerent, destiterunt. Stabant fratres minores cum medicis circa lectum, nimio dolore completi, amici exitum praestolantes. Et ecce campana fratrum pulsavit ad matutinum. Audiens uxor illius campanam, gemebunda currit ad lectum: Mi [domine], inquit, surge velociter, vade ad matutinum, quoniam tua campana te vocat. Statim qui mori credebatur, ingeminato pectoris murmure, stridula utcumque verba balbutiens nitebatur emittere. Et manum elevans contra infixum gutturi gladium, innuere alicui ut illum extraheret videbatur. Mirabile certe! Gladius a loco subito avolans, videntibus omnibus, usque ad ostium domus, quasi manu iactatus viri robustis-

27. *M* Mi cl' *In cod. N* domine

simi, prosilivit. Erexit se homo et perfecta sanitate incolumis, quasi a somno surgeret, mirabilia Domini enarravit.

13. Tantus namque stupor corda omnium apprehendit, ut quasi sine mente omnes effecti, quae fiebant phantastico visu crederent se videre. Ad haec ille qui factus fuerat sanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane fore quod cernitis, quoniam sanctus Franciscus, cui semper devotus fui, modo a loco recessit, et me integre ab omni plaga curavit. Stigmata illa sua sacratissima meis plagis singulis superposuit, illorum suavitate cuncta vulnera delinivit; illorum contactu, ut cernitis, confracta omnia mirifice solidavit. Dum enim murmurantis pectoris audiebatis impulsus, tunc caeteris plagis cum omni suavitate sanatis, videbatur pater sanctissimus dimisso in gutture gladio velle discedere. Cui manu debili innuebam, quia non valebam loqui, ut gladium extraheret, mortis imminentis singulare periculum. Quem statim apprehendens, ut omnes vidistis, valida manu proiecit. Sicque ut prius stigmatibus sacris vulneratum guttur demulcens et liniens, ita perfecte sanavit, ut eadem appareat caro et quae fuit incisa et quae semper mansit intacta. Quis igitur ad ista non stupeat, quis quod de stigmatibus praedicatur aliud quam totum fuisse divinum confingat?

6. *AB* hoc

De dominio quod habuit super creaturis insensibilibus. Et primo de igne. III.

14. Tempore infirmitatis oculorum, coacto viro Dei ut mederi sibi pateretur, vocatur ad locum chirurgicus. Veniens igitur ferreum instrumentum ad cocturas faciendas defert, iubetque igni submitti, donec igniatur et ipsum. At beatus pater, corpus iam horrore concussum confortans, sic alloquitur ignem: Frater mi, ignis, caeteris rebus aemulandi decoris, virtuosum, pulchrum et utilem te creavit Altissimus. Esto mihi in hac hora propitius, esto curialis, quia olim te dilexi in Domino. Precor magnum Dominum qui te creavit, ut tuum modo calorem temperet, quo suaviter urentem valeam sustinere. Oratione finita, crucis signo ignem consignat, et deinceps intrepidus perstat. Sumitur in manibus torrens et candidum ferrum, fugiunt fratres humanitate victi; laetus et alacer ferro se subiicit sanctus. Profundatur crepitans ferrum in tenera carne, et ab aure ad supercilium tractum coctura protrahitur. Quantum irrogaverit ignis ille dolorem, eius, qui melius novit, sancti verba testantur. Nam reversis qui fugerant fratribus, subridens dixit pater: Pusillanimes et modici cordis, quare fugistis? In veritate dico vobis, nec ignis ardorem sensi, nec ullum carnis dolorem. Et conversus ad medicum: Si non est, inquit, caro bene decocta, imprime iterum. Expertus medicus dissimiles casus in simili facto, divinum hoc miraculum extulit, dicens: Dico vobis, fratres, vidi mirabilia hodie. Forte ad innocentiam primam redierat, cui, cum volebat, mansuebantur immitia.

15. Volens quandoque beatus Franciscus ad quemdam eremum pergere, ut ibidem liberius contemplationi vacaret, quia debilis erat non modicum, a quodam paupere viro ad equitandum obtinuit asi-

num. Cumque diebus aestivis virum Dei sequendo montana conscenderet rusticus, asperioris et longioris viae itinere fatigatus, antequam perveniret ad locum, ardore sitis deficit et lassatur. Clamat post sanctum instanter, et ut sui misereatur exorat. Mori se asserit, nisi alicuius poculi beneficio recreetur. Sanctus Dei, qui afflictis semper erat compatiens, absque mora prosilivit de asino, et fixis in terra genibus, palmas tetendit ad caelum, orare non cessans donec se intellexit auditum. Festina, inquit ad rusticum, et illic aquam vivam invenies, quam tibi hac hora misericorditer Christus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quae servis suis tam facile se inclinat! Bibit rusticus aquam de petra orantis virtute, et poculum hausit de saxo durissimo. Aquae decursus ibidem ante non fuit, nec, ut est diligenter quaesitum, deinceps potuit inveniri.

16. Galianum castrum est populosum et nobile in Valvensi dioecesi, in quo erat mulier quaedam Maria nomine, quae per difficiles huius saeculi vias ad Deum conversa sancto Francisco omni se subiecerat famulatu. Haec cum in monte quodam omni aquarum ariditate damnato, una dierum accessisset, acera virentia purgatura, oblita secum aquam deferre, fervente nimium aestu, sitis deficere coepit ardoribus. Quae cum iam operari nil posset, quasi exanimis in humo iacens, patronum suum sanctum Franciscum coepit animo invocare. Sic igitur fatigata paululum obdormivit. Et ecce sanctus Franciscus adveniens eam vocavit ex nomine: Surge, inquit, et bibe aquam, quae tibi divino munere et pluribus exhibetur. Oscitavit mulier ad hanc vocem, et somno repressa quievit. Adhuc semel vocata, gravata nimium humo relabitur. Tertio vero sancti mandato non modicum confortata surrexit. Et accipiens [f]ilicem quae

35. *M*, *AB* silicem quae] *AB* qui

iuxta se stabat, erasit eam de terra. Cuius radicem cum totam madidam inspexisset, digito et parvulo ligno coepit fodere circumquaque. Subito fossa repleta est aqua et parva stillula crevit in fontem. Bibit mulier et satiata oculos lavit, quibus longa aegritudine obumbratis nihil clare poterat intueri. Illuminati sunt oculi eius, et omni rugosa vetustate abolita, quasi nova sunt luce perfusi. Festinat ad domum mulier, et tam stupendum miraculum ad gloriam sancti Francisci denuntiat universis. Exit fama de miraculo, et usque ad alias regiones replet omnium aures. Currunt undique multi variis detenti languoribus, et praemissa in confessione animarum salute, ibidem a suis cladibus liberantur. Nam coeci recipiunt lumen, claudis redditur gressus, subtiliantur et turgidi, et variis aegritudinibus varia medicamina exhibentur. Perseverat usque hodie fons ibi perspicuus, et in honore sancti Francisci ibidem oratorium est constructum.

17. Tempore quo apud eremum Sancti Urbani aegritudine gravissima laborabat, cum vinum ore languido postularet, nihil de vino quod sibi daretur respondetur adesse. Iubet sibi aquam afferri, et allatam crucis signaculo benedixit. Mox in alterum usum transiens elementum, saporem proprium exuit, induit peregrinum. Vinum efficitur optimum quod fuerat aqua pura, et quod paupertas non potuit, sanctitas propinavit. Ad eius gustum tanta facilitate convaluit homo Dei, ut mirae sanationis mira illa conversio causa foret, et mirae conversionis mira sanatio testis esset.

18. In provincia Reatina pestis invaluerat valde gravis, quae boves omnes sic crudeliter consumebat, ut bos in ea vix aliquis remaneret. Viro cuidam timenti Deum nocte per visionem innotuit ut ad

1. *M* exrasit

eremum fratrum festinanter accederet, et loturam manuum vel pedum beati Francisci, qui tunc temporis morabatur ibidem, accipiens omnes de ea boves aspergeret. Mane surgens homo ille, proprii commodi satis anxius, venit ad locum, et ignorante sancto per fratres alios dictam loturam subripuit, quam super omnes boves iuxta mandatum ad se factum aspersit. Cessavit ab illa hora Dei gratia pestilens morbus, nec ultra in terra illa praevaluit.

19. Per diversas regiones populorum multorum fervens devotio sancto Francisco panes et res comestibiles ad benedicendum saepius offerebat. Quibus longo tempore divino munere sine corruptione aliqua reservatis, ad eorum gustum corpora morbida sanabantur. Nam et probatum est pervalidas tonitruorum et grandinum tempestates horum virtute repelli. Revera nonnullorum experientia protestatur qualiter per chordam, qua cingebatur ipse, et petiolas ab eius vestimentis dissutas, fugabantur morbi, fugiebant febres, et diu cupita redibat salus. Cum enim die Nativitatis Domini de ipso Bethleemitico puero praesepii memoriam celebraret, et universa olim circa puerum Iesum facta colludia mystice iteraret, inter plura magnalia quae ibidem a Deo sunt ostensa fenum de praesepio illo sublatum, quam multis fuit ad remedium sanitatis, maxime cum difficultate parientibus feminis, et contagiosis animalibus universis. Hiis de creaturis insensibilibus praelibatis, pauca de sensibilium obedientia inferamus.

De dominio quod habuit super sensibilibus creaturis. IV.

20. Nitebantur ipse creaturae amoris vicem rependere sancto Francisco et gratitudine sua pro me-

ritis respondere. Quodam tempore, cum transitum faceret per vallem Spoletanam prope Bevanium, ad quemdam locum applicuit, in quo diversi generis avium maxima multitudo convenerat. Quas cum sanctus Dei vidisset, ob praecipuum Creatoris amorem quo omnes creaturas amabat, alacriter cucurrit ad locum, et eas velut rationis participes more solito salutavit. Cumque aves non surgerent, usque ad eas accessit, et inter eas vadens vel veniens, cum tunica sua capita eorum tangebat et corpora. Interim gaudio et admiratione repletus, ut verbum Dei audirent sollicite admonuit, dicens: Fratres mei volucres, multum laudare debetis Creatorem vestrum et ipsum diligere semper, qui plumis vos induit et pennas tribuit ad volandum. Nam inter creaturas omnes liberas vos fecit, et aeris vobis contulit puritatem. Non seminatis neque metitis, et sine vestra sollicitudine vos gubernat. Ad haec aviculae, suo modo plurimum gestientes, coeperunt extendere colla, protendere alas, aperire ora, et in illum attente respicere. Non sunt motae de loco, donec signo crucis facto, ipsis licentiam et benedictionem dedit. Reversus ad fratres, quod olim non praedicaverat avibus coepit se negligentiae incusare. Ab illo ergo die, aves et bestias et etiam insensibiles creaturas ad laudem et Creatoris amorem sollicitus hortabatur.

21. Ad quoddam castrum, nomine Alvianum, semel praedicaturus accessit. Congregato populo et indicto silentio, propter hirundines nidificantes in eodem loco multumque perstrepentes, penitus audiri non poterat. Audientibus omnibus, locutus est eis dicens: Sorores meae hirundines, iam tempus est ut loquar et ego, quia vos usque modo satis dixistis. Audite verbum Dei, tenentes silentium, donec sermo

17 *AB* nec

Domini compleatur. At illae tanquam rationis capaces subito tacuerunt, nec motae sunt de loco, donec fuit omnis praedicatio consummata. Omnes qui viderunt stupore repleti glorificaverunt Deum.

22. In civitate Parmensi scolaris quidam hirundinis tam importuna garrulitate infestabatur, ut in loco sibi ad meditandum necessario penitus esse non posset. Qui aliquantulum motus dicere coepit: Haec hirundo una de illis fuit, quae, ut legitur, sanctum Franciscum praedicare aliquando, donec ei silentium imponeret, non permisit. Et conversus ad hirundinem, ait: In nomine sancti Francisci praecipio tibi ut a me te capi permittas. Quae incontinenti in ipsius manibus a[d]volavit. Stupefactus scolaris pristinae libertati eam restituit, et eius garritum de caetero non audivit.

23. Per lacum Reatinum beatus Franciscus ad eremum de Graecio tendens, in quadam navicula residebat. Cui piscator quidam unam aviculam obtulit fluvialem, ut de ipsa iucundaretur in Domino. Quam beatus pater gaudenter suscipiens, apertis manibus, ut libere abiret illam cum mansuetudine invitavit. Quae cum ire nollet, sed velut in nidulo in illius se manibus reclinaret, sanctus, erectis in caelum oculis, diu in oratione permansit. Et quasi aliunde post longam moram ad se reversus, dulciter praecepit aviculae ut absque timore pristinae libertati se redderet. Suscepta itaque cum benedictione licentia, gestu corporis quoddam praetendens gaudium libere avolavit.

24. In eodem lacu alia vice navicula vectus, cum pervenisset ad portum, oblatus est ei piscis magnus et vivus. Quem more suo fraterno nomine vocans, ipsum reposuit iuxta navem. Piscis vero coram sancto in aqua ludebat, de quo plurimum iucundatus

14. *M* avolavit

Christum Dominum collaudabat. Non enim piscis discessit a loco, donec mandatum illi esset a sancto.

25. Cum beatus Franciscus, aspectum et colloquium hominum more solito fugiens, in quadam eremo commaneret, falco in loco illo nidificans magno se illi amicitiae foedere copulavit. Nam semper horam nocturno tempore, in qua sanctus ad divina obsequia surgere solitus erat, cantu suo praeveniebat et sono. Quod sancto gratissimum erat, eo quod tanta sollicitudine, quam circa eum gerebat, omnem ab eo desidiae moram excuteret. Cum vero sanctus aliqua infirmitate plus solito gravaretur, parcebat falco, nec tam tempestivas indicebat vigilias. Siquidem velut instructus a Deo, circa diluculum vocis suae campanam levi tactu pulsabat. Creatoris praecipuum amatorem non mirum si venerantur reliquae creaturae.

26. Nobilis quidam de comitatu Senensi beato Francisco infirmanti fascianum unum transmisit. Qui cum alacriter illum susciperet, non appetitu edendi, sed more quo in talibus laetari solebat ob Creatoris amorem, dixit ad fascianum: Laudatus sit Creator noster, frater fasciane. Et ait ad fratres: Tentemus iam nunc si frater fascianus velit nobiscum morari, an ad loca solita et magis sibi congrua pergere. Et portans eum quidam frater de sancti mandato, longe illum in vinea posuit. Qui statim concito gressu ad cellam reversus est patris. Iterum eum longius poni praecepit, qui pernicitate maxim[a] ad cellae ostium rediit, et quasi vim faciens, sub tunicis fratrum, qui erant in ostio, introivit. Iussit proinde illum sanctus diligenter nutriri, amplexans illum et dulcibus verbis demulcens. Videns haec medicus quidam, sancto Dei satis devotus, petiit illum a fratribus, nolens eum comedere, sed illum ob re-

29. *M* maxime 33. *AB* hoc

verentiam sancti nutrire. Quid plura? Detulit eum secum ad domum. Sed iniuriam passus disiunctus fascianus a sancto, donec sine eius praesentia fuit, manducare penitus noluit. Obstupefactus est medicus, et ad sanctum statim fascianum reportans, quae acciderant per ordinem cuncta narravit. Mox ut in terra positus patrem suum fascianus inspexit, proiecta tristitia, manducare cum gaudio coepit.

27. Iuxta cellulam sancti Dei apud Portiunculam, super ficum cicada residens consueta frequenter suavitate canebat. Ad quam quandoque beatus pater manum extendens, ad se benigne vocavit dicens: Soror mea cicada, veni ad me. Quae, velut rationis compos, statim super manum eius ascendit. Et ait ad eam: Canta, soror cicada, et Dominum Creatorem tuo iubilo lauda. Quae sine mora obediens canere coepit, et tamdiu canere non cessavit, donec vir Dei, eius cantibus suam laudem interserens, ut ad solitum revolaret locum ei mandavit. In quo per octo dies continue quasi ligata permansit. Sanctus vero cum descendebat de cella, eam semper manibus tangens cantare iubebat, cuius iussionibus parere semper erat sollicita. Et ait sanctus ad socios suos: Demus iam licentiam sorori nostrae cicadae, quae satis hucusque sua laude laetos nos fecit, ne caro nostra vane pro huiusmodi glorietur. Et statim ab eo licentiata recessit, nec ultra ibidem apparuit. Cernentes haec omnia fratres perplurimum admirati sunt.

28. In vase quodam terreo, vir sanctus in quodam paupere loco morans, bibebat; in quo post eius discessum apes arte mirabili favorum cellulas fabricant, divinam contemplationem quam ibi hauserat mirabiliter indicantes.

29. Vivus et integer apud Graecium sancto Francisco fuit oblatus lepusculus. Qui liber iterum depositus, cum posset quo vellet effugere, vocante se sancto in sinum illius propero cursu saltavit. Quem

sanctus benigne suscipiens, et ne se iterum capi permitteret dulciter monens, benedictione data redire illum iussit ad silvam.

30. Simile quiddam de quodam cuniculo contigit, quod est valde indomesticum animal, cum in Perusini lacus insula morabatur vir sanctus.

31. Iter faciens aliquando vir Dei de Senis ad vallem Spoletanam, pervenit ad quemdam campum, in quo non parvus grex ovium pascebatur. Quas cum benigne, ut erat solitus, salutasset, cucurrerunt omnes ad eum, levantes capita sua et magnis balatibus salutationis rependentes applausum. Vicarius eius attentiori considerationis oculo quod oves fecerant adnotavit, et cum aliis sociis tardiori vestigio sequens, dixit ad reliquos: Num vidistis quid oves fecerunt sancto patri? Revera, inquit, magnus est iste, quem bruta venerantur ut patrem: ratione carentia Creatoris sui recognoscunt amicum.

32. Alaudae, aves amicae meridianae lucis et crepusculorum tenebras horrescentes, eo sero quo sanctus Franciscus de mundo transivit ad Christum, cum iam esset noctis secuturae crepusculum, venerunt super tectum domus, et diu cum magno rotantes strepitu, an gaudium an tristitiam suo modo cantando mo[n]straverint, ignoramus. Flebilis iubilus et iubilans fletus resonabat ab eis, sive quod filiorum plangerent orbitatem, sive quod patrem innuerent aeternae gloriae propinquantem. Custodes civitatis, qui sollicitis vigiliis custodiebant locum, pleni stupore ad admirationem caeteros invitarunt.

25. *M* mostraverint

Qualiter desideriis sancti Francisci presto fuit semper divina clementia V.

33. Non solum creatura viro isti serviebat ad nutum, sed Creatoris ubique providentia condescendebat ad placitum. Praeoccupabat eius vota paterna illa clementia, et velut in se iactato praeventu sollicitudinis occurrebat. Simul erant rerum defectus et suppletio, simul desiderium et proventus.

Sexto suae conversionis anno, desiderio martyrii flagrans, ad partes Syriae voluit transfretare. Qui cum navem quamdam ut illuc tenderet intravisset, ventis contrariis flantibus, in partibus Sclavoniae cum caeteris navigantibus se invenit. Videns autem a tanto desiderio se fraudatum, facto modico temporis intervallo, naut[a]s quosdam Anconam tendentes, ut eum secum transveherent, exoravit. Verum hoc agere pertinacius recusantibus propter defectum expensarum, sanctus Dei, confidens plurimum de Domini bonitate, navem latenter cum socio introivit. Adfuit subito divina providentia quidam a nemine cognitus, secum necessaria victus ferens. Qui quemdam Deum timentem de navi ad se vocavit, et ait ad eum: Tolle tecum haec omnia, et pauperibus hiis, in navi latitantibus, necessitatis tempore fideliter exhibebis. Sicque factum est, ut cum tempestate nimia exorta, per multos dies laborantes in remigando cibaria omnia consumpsissent, sola pauperis Francisci cibaria superessent. Quae in tantum divina gratia et virtute multiplicata sunt, ut cum adhuc plurium dierum forent navigationis itinera, ex sui copia usque ad portum Anconae, omnium necessitatibus subvenirent. Videntes itaque se nautae per servum Dei Franciscum maris pericula evasisse, et

15. *M* nautos

per eum accepisse quod ei negaverant, gratias egerunt omnipotenti Deo, qui semper in servis suis mirabilem et amabilem se ostendit.

34. De Hispania regrediens sanctus Franciscus, cum non potuisset iuxta votum Marrochium proficisci, aegritudinem incurrit gravissimam. Nam egestate cum languore afflictus et hospitio hospitis rusticitate pulsus per triduum loquelam amisit. Viribus tandem utcumque resumptis, per viam gradiens fratri Bernardo dixit se, si haberet, de una avicula comesturum. Et ecce per campum quidam eques accurrit, avem portans peroptimam; qui beato Francisco dixit: Serve Dei, suscipe diligenter quod tibi clementia divina transmittit. Suscepit cum gaudio munus; et Christum sui habere curam intelligens, ipsum per omnia benedixit.

35. Cum in palatio episcopi Reatini iaceret infirmus, tunicula vetusta contectus pauperum pater, dixit semel uni de sociis, quem suum constituerat guardianum: Vellem, frater, si posses, ut pannum mihi pro una tunica invenires. Revolvit in mente sua frater haec audiens, quomodo pannum tam necessarium tamque humiliter postulatum acquirat. In crastino autem, summo diluculo, procedit ad portam iturus in villam pro panno; et ecce homo quidam iuxta ostium volens loqui illi. Qui dixit ad fratrem: Amore Domini, frater, accipe a me pannum pro sex tunicis, et una quidem tibi retenta, reliquas pro anima mea distribue, sicut placet. Exhilaratus frater redit ad beatum Franciscum, et caelitus factam oblationem denuntiat. Cui pater: Accipe tunicas, quia in hoc missus est, ut meae necessitati taliter subveniret. Gratias, inquit, illi, qui solum de nobis videtur esse sollicitus.

36. Commorantem beatum virum in eremitorio

22. *AB* hoc

quodam medicus pro cura oculorum quotidie visitabat. Quodam vero die dixit sanctus ad suos: Invitate medicum et date illi optime manducare. Respondit ei guardianus: Pater, cum rubore dicimus, verecundamur ipsum invitare, tantum nunc pauperes sumus. Respondit sanctus dicens: Modicae fidei, quid vultis ut iterum dicam? Medicus qui adstabat dixit: Et ego, fratres charissimi, penuriam vestram delitias reputabo. Festinant fratres, et omnem cellarii copiam mensae imponunt, panis scilicet modicum, vinique non multum. Et ut la[u]tius ederent, parum leguminis coquina transmittit. Interim mensa Domini servorum mensae compatitur, pulsatur hostium, accurrit frater. Et ecce mulier quaedam canistrum offert plenum pulchro pane, piscibus et pastillis gambarorum refertum, melle et uvis desuper cumulatum. Exsultat pauperum mensa hiis visis, et vilibus in crastinum reservatis, pretiosa hodie sumuntur in cibum. Medicus vero suspirando locutus est dicens: Nec vos, fratres, sicut debetis, nec nos saeculares huius cognoscimus sanctitatem. Satiati denique fuissent, nisi plus eos miraculum quam ferculum satiasset. Sic paternus ille oculus nequaquam despicit suos, quin potius maiori defectu mendicos maiori providentia nutrit.

De domina Iacoba de Septem Soliis. VI.

37. Iacoba de Septem Soliis, claritate et sanctitate pari in urbe Romana, privilegium amoris praecipui meruerat apud sanctum. Non mihi ad huius laudem repetendum genus illustre, familiae dignitas, amplae divitiae, non denique mira virtutum eius perfectio, longaeva continentia vidualis. Cum itaque

11. *M* latius 31–32. *AB* profectio

sanctus infirmitate illa decumberet, quae omni languore concluso, felicem cursum exitu beatissimo consummavit, paucis ante mortem diebus voluit mittere pro domina Iacoba Romam, ut si eum quem tam ardenter dilexerat exsulem, iam ad patriam redeuntem cernere vellet, festina sollicitudine properaret. Scribitur littera, quaeritur nuntius pernicitate vigens, et inventus ad iter succingitur. Confestim ad portam sonus auditur equorum, militum strepitus, celebritas comitivae. Procedens unus sociorum ad ostium, ille qui nuntium instruebat, quam absentem quaerebat praesentem invenit. Totus in admiratione factus, citissime currit ad sanctum, et non se capiens prae gaudio, dixit: Bona tibi, pater, nova denuntio. Cui protinus sanctus anticipa festinatione respondens: Benedictus, inquit, Deus, qui dominam Iacobam fratrem nostrum direxit ad nos. Aperite, ait, portas, et intrantem eam conducite, quia non est pro fratre Iacoba decretum de mulieribus observandum.

38. Fit inter nobiles hospites exsultatio magna, et inter blanditias spiritus profusio lacrimarum. Et ut nil desit miraculo, invenitur mulier sancta portasse quidquid ad patris portandum exsequias facta prius littera continebat. Nam cinerei coloris pannum, quo recedentis corpusculum tegeretur, cereos quoque plurimos, sindonem pro facie, pulvillum pro capite, et ferculum quoddam quod sanctus appetierat detulit, et omnia quae viri huius optaverat spiritus, suggesserat Deus. Prosequar certae huius peregrinationis eventum, ne sine consolatione dimittam nobilem peregrinam. Exspectat gentium multitudo, praesertim urbis populosa devotio, in brevi futurum sancti de morte natalem. Sed romanae devotionis adventu sanctus fortior factus, plusculum auspicatur fore victurus. Unde et domina illa licentiare decrevit reliquam comitivam, sola ipsa cum filiis et paucis scutiferis remansura. Cui sanctus: Noli, inquit, sed ego sab-

bato recedam, tu die dominica cum omnibus remeabis. Sicque factum est; hora condicta triumphantem introivit Ecclesiam, qui in militanti fortiter militarat. Transeo populorum concursus, iubilantium voces, campanarum solemnia, profluvia lacrimarum; transeo filiorum fletus, carorum singultus, suspiria sociorum. Ad illud veniam quod peregrinam, patris solatio destitutam, valeat consolari.

39. Seorsum igitur illa, tota madida lacrimis, clanculo ducitur, et proiecto inter brachia amici corpore: Haeccine, ait vicarius, quem dilexisti vivum teneas et defunctum. Calidioribus illa super corpus lacrimis irrigata, flebiles voces et singultus ingeminat, et languidos iterans amplexus et oscula, solvit velamen ut videat revelatum. Quid plura? Contemplatur pretiosum illud vas, in quo et thesaurus latuerat pretiosus, quinque margaritis ornatum. Cernit illas quas sola Omnipotentis manus toto orbe mirandas fecerat caelaturas, atque insuetis plena laetitiis in amico mortuo reviviscit. Illico non dissimulandum consulit, nec aliquatenus obtegendum inauditum miraculum, sed provido nimis consilio cunctis oculo ad oculum demonstrandum. Certatim proinde omnes ad spectaculum currunt, quodque non fecerat Deus taliter omni nationi in veritate comperiunt, in stupore mirantur. Suspendo stilum, nolens balbutire quod explicare non possem. Iohannes Frigia Pennates tunc puer, postea Romanorum proconsul et sacri palatii comes, quod illo tempore cum matre suis oculis vidit et manibus attrectavit libere hoc ipsum iurat, dubiis omnibus confitetur. Redeat iam peregrina in patriam, praerogativa gratiae consolata, et nos post sancti mortem ad alia transeamus.

1. dominica] *AB* dicta

De mortuis suscitatis per merita beati Francisci. VII.

40. Mortuos aggredior confessoris Christi meritis suscitatos, attentos quaerens audientes pariter et legentes. Omittam in eorum recitatione circumstantias multas, aemulus brevitatis, et solemnitatibus admirantium tacitis, res solum mirabiles adnotabo. In castro Montis Marani prope Beneventum, mulier quaedam stirpe nobilis, virtute nobilior, sancto Francisco peculiari devotione inhaeserat, et digno serviebat reverentiae famulatu. Infirmitate gravata et tandem ad extremum perducta, viam universae carnis intravit. Mortua circa solis occasum, differtur in crastinum sepultura, ut carorum numerosa societas conveniret. Conveniunt clerici nocte ad exsequias et vigilias cum psalteriis decantandas, circumstat utriusque sexus orantium multitudo. Et ecce subito, cunctis cernentibus, erigit se mulier super lectum, et unum de adstantibus sacerdotem et patrinum suum vocat, dicens: Volo confiteri, pater; audi peccatum meum. Ego enim mortua sum, et duro eram carcere mancipanda, quoniam peccatum, quod tibi pandam, necdum ipsa confessa fueram. Sed orante, inquit, pro me sancto Francisco, cui devotissima semper fui, redire ad corpus nunc indultum est mihi, ut illo revelato peccato veniam merear. Et ecce vobis videntibus, postquam illud tibi detexero, ad promissam requiem properabo. Trementer ergo sacerdoti trementi confessa, absolutione recepta, quiete se in lecto collegit et in Domino feliciter obdormivit. Quis igitur dignis laudibus Christi pietatem extollat? Quis confessionis virtutem et sancti merita dignis praeconiis valeat praedicare?

16. *AB* decantandis

41. Ut confessionis admirabile Dei donum, totis ab omnibus amplexandum visceribus ostendatur, et quia, quod singularis meriti sanctus iste semper fuerit apud Christum dignissime praedicetur, referendum certe, quoniam dum in mundo viveret et mire p[a]tuit et post mortem Christus suus de ipso clarius demonstravit. Cum enim beatus pater Franciscus praedicaturus semel accederet ad Celanum, miles quidam supplici devotione, omni cum instantia, secum ad prandium invitavit. Qui multum renitens et renuens, coactione tandem vincitur importuna. Venit igitur hora prandii, et mensa splendide praeparatur. Exsultat devotus hospes, et universa familia pauperum hospitum iucundatur ingressu. Stabat beatus Franciscus oculos levans ad caelum, et invitantem se hospitem clanculo vocat. Ecce, inquit, frater hospes, tuis victus precibus ut manducarem domum tuam intravi. Meis cito monitis acquiesce, quoniam tu non hic sed alibi manducabis. Confitere peccata tua omni devotione contritus, nec in te remaneat quidquam quod vera confessione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie vicem, quoniam tanta devotione suos pauperes suscepisti. Acquievit extemplo vir ille sermonibus sanctis, et vocato sancti Francisci socio, qui sacerdos erat, universa ei peccata vera confessione detexit. Disposuit domui suae, et verbum sancti complendum indubius exspectabat. Intraverunt tandem ad mensam, et omnibus incipientibus manducare, post crucis signum pectori iam impressum, manum et ipse tremebundus extendit ad panem. Sed antequam ad se manum extentam retraheret, inclinato capite spiritum exalavit. O quam amanda confessio peccatorum! Ecce ut confiteri possit mortuus suscitatur, et ne vivus perire valeat in aeternum, confessionis beneficio liberatur.

6. *M*, *AB* potuit 21. *AB* quidquid

42. Cuiusdam urbis Romae notarii puerulus vix septennis matrem euntem ad ecclesiam Sancti Marci causa praedicationis, puerili more sequi desiderans, dum a matre repellitur et pro repulsa spiritu anxiatur, per fenestram palatii, nescio quo diabolico instinctu, obruitur, et ultima quassatione collisus, communem omnibus mortis transitum experitur. Mater, quae nondum longe discesserat, ad sonitum corruentis praecipitium pignoris suspicata, dum celeri cursu domum revertitur, filium exanimem contemplatur. Protinus sibi ipsi ultrices iniicit manus, vicinia properat ad lamentum, medici vocantur ad mortuum. Sed numquid mortuum suscitabunt? Cesserat tempus pronosticis et dietis, et de foro Dei factus iudicari a medicis poterat, iuvari non poterat. Calore igitur et vita, sensu, motu et virtute privatus, mortuus a medicis iudicatur. Frater Rao de ordine Minorum, in omni Roma notissimus praedicator, illuc se ad praedicandum conferens, propinquavit ad puerum, et fide plenus ait ad patrem: Credisne sanctum Dei Franciscum posse filium tuum a mortuis suscitare, propter amorem quem semper habuit in Filium Dei, Dominum Iesum Christum? Respondit pater: Credo firmiter et confiteor. Ero servus eius perpetuus et locum sanctum eius solemniter visitabo. Prostravit se frater ille cum socio in oratione, ac omnes ad orandum commonuit. Quo facto, coepit puer aliquantulum oscitare, levare brachia et sese erigere. Accurrit mater et filium amplexatur, pater non se capit prae gaudio, et omnis populus admiratione repletus altissima voce Christum magnificat et sanctum eius. Statim coram omnibus ambulavit puer et optime vitae redditus est.

43. Cum fratres de Nuceria peterent quoddam plaustrum a quodam viro Petro nomine, quo aliquantulum indigebant, stulte respondit eis dicens: Ego potius excoriarem duos ex vobis cum sancto Francisco.

quam accommodarem vobis plaustrum. Poenituit statim hominem verbum tantae blasphemiae protulisse, et percutiens os suum, misericordiam precabatur. Timebat enim ne ultio sequeretur, sicut et fuit protinus subsecuta. Nocte vidit in somnis domum suam plenam viris et mulieribus, choreas cum magna iubilatione ducentibus. Infirmatus est statim filius eius, nomine Gapharus, et pauco spatio lapso spiritum exhalavit. Versae sunt choreae, quas viderat, in funereos luctus, et iubilatio in lamentum. Recordatus est blasphemiae quam in sancto Francisco spiraverat, et poena docuit quam gravis fuerit culpa. Volutabatur per humum, et sanctum Franciscum invocare penitus non cessabat, et dicebat: Ego sum qui peccavi, me flagellare debuisti. Redde, sancte, iam poenitenti, quem abstulisti impie blasphemanti. Tibi me reddo, tuis me obsequiis semper expono. Nam et primogenita cuncta semper offeram tibi. Mira res. Ad haec verba surrexit puer, et planctum prohibens causam retulit suae mortis. Cum mortuus essem, inquit, venit beatus Franciscus, et duxit me per viam obscuram et longam valde. Deinde posuit me in quodam viridario tam amoeno, tam delectabili, quod totus mundus ei comparari non posset. Reduxit me postea per eamdem viam et dixit mihi: Revertere ad patrem tuum et matrem tuam. Nolo enim te hic amplius detinere. Et ecce, sicut ei placuit, sum reversus.

44. In civitate Capuae, dum puer quidam circa ripam Vulturni fluminis cum pluribus iocaretur, incautus de ipsa ora fluminis cecidit in profundum. Quem fluminis impetus celeriter vorans, sub sabulo mortuum sepelivit. Proclamantibus pueris qui cum eo alluserant circa flumen, viri multi et mulieres ad locum velociter accesserunt, et de casu pueri edocti, flebiliter proclamabant: Sancte Francisce, redde puerum patri et avo, servitiis desudantibus tuis. Re-

vera pater et avus pueri in quadam ecclesia in honore beati Francisci constructa pro posse suo deservierant. Cumque universus populus suppliciter et devote merita beati Francisci invocaret, natator quidam procul adstans, clamoribus auditis, accessit. Et comperto post longam horam puerum in flumine cecidisse, invocato Christi nomine et beati Francisci meritis, depositis vestibus se nudum iactavit in flumen. Qui cum locum ubi puer ceciderat penitus ignoraret, ripas et fundum fluminis huc et illuc coepit sollicite perscrutari. Tandem voluntate divina locum invenit, in quo limus in modum sepulcri pueri cadaver obtexerat. Quem effodiens et extra reportans, dolens defunctum inspexit. Sane licet populus qui adstabat videret mortuum iuvenem, flens et eiulans nihilominus proclamabat: Sancte Francisce, redde puerum patri suo. Beatus Franciscus, sicut ex effectu apparuit, devotione populi et precibus provocatus, puerum mortuum continuo suscitavit. Qui, cum omnibus laetantibus pariter et mirantibus surrexisset, portari se ad ecclesiam beati Francisci suppliciter postulavit, cuius se iuraverat gratia suscitatum.

45. In civitate Suessa, in vico qui Ad Columnas dicitur, animarum perditor et corporum interfector diabolus quamdam domum diruit et subvertit. Nam cum multos pueros, qui circa eamdem domum puerilibus lusibus alludebant, perimere niteretur, unum tantum absorbuit iuvenem, quem ruens domus subito interfecit. Viri et mulieres, ruentis domus sonitu excitati, undique cucurrerunt, et elevantes hinc inde ligna, miserae matri mortuum filium reddiderunt. Quae faciem crinesque dilanians, amarissimis repleta singultibus, lacrimarum rivulos educens, sicut poterat acclamabat: Sancte Francisce, sancte Francisce, redde mihi filium meum. Non solum autem ista, sed et omnes qui aderant, tam viri quam mu-

lieres, amare flebant, dicentes: Sancte Francisce, redde filium miserae matri. Mater post horam a tam gravi dolore respirans, in se reversa, tale votum emisit: O sancte Francisce, redde mihi miserrimae meum dilectum filium, et ego cingam altare tuum filo argenteo, novaque sindone illud operiam, et candelis totam tuam ecclesiam circumcingam. Sicque ponentes cadaver in lecto, cum nox esset, ad sepeliendum eum diem crastinum exspectabant. Circa vero mediam noctem coepit iuvenis oscitare, et calescentibus membris, antequam illucesceret dies, totus revixit et in laudis verba prorupit. Populus universus et clerus, sanum eum et incolumem intuentes, beato Francisco gratias persolverunt.

46. In castro Pomar[i]co, in montanis Apuliae posito, patri et matri unica erat filia, in tenera aetate tenere praedilecta. Et quoniam successionem non sperabant aliam affuturam, illa totius amoris materia, illa omnis causa sollicitudinis erat eis. Infirmata namque ad mortem, puellae pater et mater se mortuos reputabant. Diebus igitur et noctibus, sollicitis nimis vigiliis circa puellae custodiam insistentes, mane quodam illam mortuam invenerunt. Forte subreptione somni vel vigiliarum labore aliqua negligentia intervenit. Orbata sic mater dulci prole, speque prolis amissa, videtur et ipsa mori. Conveniunt parentes et convicini ad flebile nimis funus, et tumulare properant exanime corpus. Iacet mater infelix ineffabilibus completa doloribus, et absorpta suprema tristitia de hiis quae fiunt nihil advertit. Interim sanctus Franciscus, uno tantum socio comitatus, visitat desolatam, et placitis affatur colloquiis. Noli flere, inquit, nam lucernae tuae penitus iam exstinctae, lumen ecce restituam. Surgit extemplo mulier, et quae sibi dixerat sanctus Franciscus om-

15. *M* Pomarco

nibus manifestans non permisit exstinctum corpus alibi deportari. Et conversa mater ad filiam, invocans sancti nomen, eam vivam et incolumem allevavit. Stuporem qui videntium corda replevit et parentum gaudium inexpertum alteri relinquimus exprimendum.

47. In Sicilia quidam iuvenis, Gerlandinus nomine, de Ragusia oriundus, vindemiarum tempore ad vineas cum parentibus exiit. Qui cum in vase vinario, ut utres compleret, sub torculari se immitteret, repente praegrandes lapides, motis in se lignorum struibus, cum quibus uvarum vinacia premebantur, caput eius funebri percussione quassarunt. Festinat pater ad filium et desperans obrutum non adiuvat, sed eum sub onere sicut corruit sic relinquit. Accurrunt expeditius vinitores, magni clamoris vocem lugubrem audientes, et patrem miserum miserantes, filium extrahunt a ruina. Et ponentes seorsum exanime corpus involvunt, ac de sui humatione solliciti solum exsistunt. Pater vero ipsius Iesu pedibus obnixe provolvitur, ut filium suum unicum per sancti Francisci merita, cuius tunc dies celebris imminebat, sibi reddere dignaretur. Ingeminat preces, vovet officia pietatis, et sancti viri ossa se promittit celerrime visitare. Interea sero mater occurrit, rabida nimis mortuum ruit in filium, et lugens ipsa caeteros movet ad luctum. Continuo puer exsurgens plangentes obiurgat, et sancti Francisci suffragiis vitae se redditum allaetatur. Porro qui confluxerant homines voces laudum efferunt in excelsis, qui per sanctum suum a fune funeris mortuum liberavit.

48. Quemdam alium mortuum in Alamannia suscitavit; de quo dominus Papa Gregorius, tempore translationis beati Francisci, fratres omnes qui ad translationem et capitulum convenerant, per apostolicas litteras certos reddidit et gaudentes. Miraculi huius seriem quia ignoravi non scripsi, cre-

dens papale testimonium omnis assertionis excellere instrumentum. Sed iam ad reliquos transeamus, quos ab ipsa fauce mortis eduxit.

De hiis quos a fauce mortis ad vitam reduxit. VIII.

49. Romae civis quidam nobilis, Rodulphus nomine, turrim habebat non modicae altitudinis, et in turri ex more custodem. Nocte quadam in summitate turris custos profunde dormiens, cum iaceret super struem lignorum in ipsa muri crepidine positorum, soluta mox troclea sive fracta deorsum, cum ipsis lignis alto preacipitio fulguratus, in tectum palatii corruit, et de ipso palatio super terram. Gravi somno tota familia excitatur, et inimicitias suspicatus, miles surgit, armatus progreditur. Eductum ensem super hominem prostratum vibrat, volens percutere dormientem, quem non recognoscebat custodem. At uxor militis pavens ne forte frater suus esset, cum quo vir eius inimicabatur ad mortem, prohibuit ne feriret, super prostratum se prosternens et pia tutela defendens. Mirabilis soporis absorptio! Nunquam ad casum iteratae ruinae, nunquam ad clamosum strepitum evigilat dormiens. Pulsatus tandem sollicita manu vigil efficitur, et quasi dulci quiete privatus, dixit ad dominum suum: Quae vobis causa ut me nunc exturbetis a somno? Nunquam tam suaviter iacui, nam inter brachia beati Francisci dulcissime dormiebam. Cum vero de casu proprio edoceretur ab aliis, et in imo se videret, qui in alto iacuerat, stupet esse factum quod fieri non perceperat Mox coram omnibus poenitentiam se facturum promittit, et a domino suo recepta licentia, peregrinationis iter arripuit. Domina vero pulchrum sacerdo-

32. *AB* Dominus

tale vestimentum fratribus in castro suo morantibus extra urbem transmittit, ob sancti reverentiam et honorem. Magnum hospitalitatis meritum Scripturae praedicant, exemplo confirmant. Receperat enim hospitio praedictus dominus illa nocte fratres Minores duos, ob reverentiam sancti Francisci, qui etiam cum reliquis ad casum praedicti famuli cucurrerunt.

50. In castro Pophis, quod in Campania positum est, sacerdos quidam, Thomas nomine, ad reparandum molendinum ecclesiae suae accessit cum pluribus. Sub molendino autem gurges erat profundus, et canalis prominens copioso meabatur influxu. Cum igitur sacerdos incautus deambulans secus extrema canalis, subito casu decidit in canalem. Moxque impetu celeri cavilloso ligno retruditur, cuius impulsu volvitur molendinum. Consertus iacebat in ligno, non valens aliquatenus se movere. Super os eius, quia supinus erat, aquarum impetus influebat, quo et auditus miserabiliter obtundebatur et visus. Cor tantum ei, non lingua remanserat, quo sanctum Franciscum flebiliter invocabat. Per magnum spatium sic illo iacente ac recurrentibus sociis de vita eius iam penitus desperatis: Violenter, inquit molendinarius, revolvamus in contrarium molendinum, ut sic a se cadaver excutiat. Obnitentes igitur contrario molam revolvunt et eiectum in aquam inspiciunt palpitantem. Dum sic semivivus adhuc per gurgitem volutatur sacerdos, adest quidam frater Minor, alba indutus tunica et funе succinctus, magnaque cum suavitate per brachium arreptum extra flumen educit, dicens: Ego sum Franciscus, quem invocasti. Ille vero sic liberatus nimis obstupuit, et coepit huc atque illuc currere dicens: Frater, frater. Et circumstantes: Ubi est ille? Qua via discessit? Viri autem illi tremefacti ceciderunt proni in terram, glorificantes Deum et sanctum eius.

51. In provincia Capitanatae, pueri quidam de burgo Celani ad herbas metendas exierant sociatim. Erat in campestribus illis vetus puteus, herbis in summo ore virentibus obumbratus, qui aquarum altitudinem per passus quatuor continebat. Semotim igitur discurrentibus pueris, unus ex improviso decurrit in puteum. Verum dum terrestre naufragium patitur, caeleste suffragium deprecatur. Sancte Francisce, inquit dum labitur, adiuva me. Caeteri huc et illuc se vertentes, dum puer alius non comparet, clamore, circuitu et lacrimis requirebant. Tandem ad os putei venientes, herbarum vestigio se tunc erigentium cognoscunt intro puerum fore lapsum. Festinant gementes ad burgum, assumunt hominum turbam, redeunt ad omnium iudicio desperatum. Demittitur unus per funem in puteum, et ecce puerum respicit aquarum superficie residentem, nihil passum penitus laesionis. Extractus vero de puteo puer, dixit omnibus qui convenerant: Quando subito cecidi, beati Francisci patrocinium invocavi, qui corruenti mihi statim praesentialiter adfuit, et manum porrigens leniter apprehendit, nec unquam deseruit, donec una vobiscum de puteo me eduxit.

52. Cessatum erat a cura cuiusdam puellae de Ancona, letali aegritudine fatigatae. Iam iamque ad eius transitum quaeque funerea parabantur. Adest ei beatus Franciscus iam in ultimo spiritu constitutae. dicens ei: Confide, filia, quia mei gratia es penitus liberata. Et hanc quam tibi restituo sanitatem, nemini dixeris usque sero. Cum sero factum esset, erexit se subito super lectum, stupentibus et fugientibus qui adstabant. Credebant exspirantis corpus invasisse daemonium, et recedente iam anima pravum accedere successorem. Audet mater accurrere propius, et contra daemonium, quod putabat, coniurationes multiplicans, nititur eam in lectulo reclinare. Cui filia: Ne, quaeso, mater, putes esse

daemonium, quoniam hora tertia beatus Franciscus me ab omni morbo sanavit, praecipiens mihi ut nulli hoc dicerem usque modo. Fit nomen Francisci causa stupendae laetitiae, quibus daemonium fuerat causa fugae. Cogunt ipsa hora puellam de gallina comedere, sed renuens illa, quia maior erat quadragesima, respuit manducare. Nolite, inquit, timere. Nonne videtis sanctum Franciscum albis indutum? Ecce mandat mihi ut carnes non comedam, quia quadragesima est, et funeream tunicam mulieri tali, quae sedet in carcere, praecipit exhiberi. Videte nunc, videte et aspicite recedentem.

53. Apud Neptunum tres mulieres erant in domo, quarum una devota fratribus nostris et sancto Francisco devotissima erat. Vento concussa domus subruitur, duas opprimit, interficit, sepelit. Adest protinus tacite invocatus beatus Franciscus, et devotam suam in nullo laedi permittit. Murus enim cui mulier cohaerebat, ad eius mensuram sanus remansit, cui trabes ex alto corruens se taliter coaptavit, ut omne pondus ruentis excidii sustineret. Homines ad ruinae sonitum concurrentes pro duabus interemptis lacrimas, pro viva fratrum amica sancto Francisco gratias persolverunt.

54. Apud Cornetum, Viterbiensis dioecesis non ignobile sed praepotens castrum, cum in loco fratrum campana quantitatis non modicae funderetur, et multi convenissent fratrum amici tali operi auxilium impensuri, peracta iam fusione, cum exsultatione magna convivari coeperunt. Et ecce puerulus quidam octennis, Bartholomaeus nomine, cuius pater et patruus fusioni devotissime insudarant, exenium quoddam convivantibus apportavit. Subito ventus vehementissimus irruens, concussa domo, ipsum domus ostium, quod magnae molis erat atque mensurae, in ipsum puerulum turbine tanto proiecit, ut quem immane pondus subtus oppresserat, crederetur

funebri collisione quassatus. Sic enim totaliter iacebat sub pondere tumulatus, ut ex eo nihil exterius appareret. Fusioni confusio et luctus moerentium succedit epulis convivantium. Avolant omnes a mensa, et patruus cum reliquis, sanctum Franciscum advocans, currit ad tabulam. Pater vero, qui rigescentibus membris se movere non poterat prae dolore, votis et voce sancto Francisco filium offerebat. Levatur funestum pondus desuper puerum, et ecce quem credebant mortuum, quasi suscitatus a somno, laetus apparuit, nullius signum afferens laesionis. Successit confusioni refusio gaudiorum, et interruptis epulis exsultatio magna nimis. Testatus est ipse mihi, nullum vitae sensum remansisse in eo, donec sub pondere iacuit. Igitur cum quatuordecim esset annorum factus est frater Minor, homo postea litteratus et facundus in Ordine praedicator.

55. Puerulus de eodem castro fibulam argenteam, quam ei pater in manu posuerat, deglutivit, quae sibi sic omnes meatus gutturis interclusit, ut non posset modo aliquo respirare. Flebat pater amarissime, homicidam filii se reputans, et per terram volutabatur ut amens. Disce[r]ptis crinibus, totam se dilaniabat mater, miserabilem plorans eventum. Omnes amici tanti doloris participes efficiuntur, sanum iuvenem repentina morte sic rapi. Invocat pater sancti Francisci merita, votum spondet ut filium liberet. Et ecce subito proiecit puer de ore fibulam, sancti Francisci nomen cum omnibus benedicens.

56. Quidam de castro Ceperani, nomine Nicolaus, [in] manus inimicorum crudelium incidit die quadam. Qui ferali rabie dum vulnera vulneribus superaddunt, usque adeo super miserum saevire non cessant, donec vel exstinctum crederent vel penitus exstinguendum. Denique semivivo relicto, cruore madentes

23. *M* disceptis 31. *M om.* in

abscedunt. Clamaverat autem praedictus Nicolaus, cum primos exciperet ictus, altissima voce: Adiuva me, sancte Francisce; succurre mihi, sancte Francisce. Quam vocem plures a remotis audierant, et tamen auxilium ferre non poterant. Reportatus domum totus suo sanguine volutatus, clamat se mortem non incurrere, nec sentire dolores, quoniam sanctus Franciscus sibi succurrerat [et ut poenitentiam] ageret a Deo impetrarat. Sic revera lotus a sanguine, cito contra humanam spem exstitit liberatus.

57. Homines de Lentino lapidem praegrandem absciderunt de monte, qui superponendus erat altari cuiusdam ecclesiae beati Francisci, iam in proximo consecrandae. Cum autem fere quadraginta homines lapidem vehiculo superponere niterentur, repetitis saepius viribus, super quemdam hominem lapis cecidit et ipsum in modum sepulcri obtexit. Sed cum mente confusi quid facerent ignorarent, maior pars hominum desperata discessit. Viri decem qui remanserant lugubri voce invocabant sanctum Franciscum, ne in suo servitio sic desperate mori hominem pateretur. Semivivus sepultus iacebat homo et vitalis spiritus qui inerat ad sancti Francisci suspirabat auxilium. Resumpto tandem corde, viri illi lapidem tanta facilitate deponunt, ut nullus dubitaret manum adfuisse Francisci. Surrexit homo incolumis, et plene revixit qui quasi mortuus fuerat, lumen recuperat oculorum, qui prius habuerat obscuratum, ut sic omnibus daretur intelligi quid in desperatis rebus opera valent Francisci.

58. Apud Sanctum Severinum in Marchia simile accidit memoria dignum. Cum lapis maximus de Constantinopoli ductus pro fonte sancti Francisci apud Assisium construendo, rapido cursu multorum

8. *M om.* et ut poenitentiam; *A B suppleverunt ex S B* 9. *A B* impetraverat

viribus traheretur, cecidit quidam sub ipso, qui non solum credebatur defunctus, sed totaliter comminutus. Cui statim, ut sibi visum fuit et veritas prodidit, adstitit sanctus Franciscus, et lapidem sublevando, absque aliqua laesione proiecit. Sicque factum est ut quod visu fuit horribile, fieret omnibus admirabile.

59. Bartholomaeus, Gaietanus civis, cum ad constructionem cuiusdam ecclesiae beati Francisci nimium desudaret, et quamdam trabem vellet aedificio applicare, non bene locata trabe[s] cecidit et cervicem eius graviter conquassavit. Nimio namque cruore manante, tenui spiritu palpitans, a quodam fratre viaticum postulavit. Quod frater invenire ex instanti non valens, quia mori subito credebatur, beati Augustini verbum illi protulit dicens: Crede, et manducasti. Sequenti igitur nocte, beatus Franciscus cum undecim fratribus illi apparuit, et inter ubera portans agniculum ad lectum eius accessit, vocavitque eum ex nomine [dicens]: Noli timere, Bartholomaee, non praevalebit adversum te inimicus, qui te pro meo servitio voluit impedire, quia ecce sanus exsurges. Hic est agnus quem tibi dari petebas, quem et propter bonum desiderium suscepisti. Nam et frater utile consilium tibi dedit. Et sic per vulnera manum ducens, ad opus quod coeperat eum redire praecepit. Qui valde mane consurgens, et hiis qui eum seminecem reliquerant incolumis et sanus apparens, admirationem intulit et stuporem. Putabant revera omnes propter insperatam salutem phantasma videre non hominem, non carnem sed spiritum intueri. Verum quia de construendis aedificiis ad sancti

10. *M* trabe 12. *M correctio* manente 15. protulit dicens] *FA* dixit 17-18. inter - agniculum] *FA* secum in brachio portans agnum 18. *FA* illum 19. *M om.* dicens 20-21. qui - voluit] *FA* volens te pro meo servitio 21. *M* exsurgens 26-28. et hiis - apparens] *FA* incolumis et sanus hiis qui eum seminecem reliquerant apparuit *et om.* admirationem - stuporem 30. *FA om.* non carnem *et reliqua.*

huius honorem mentio facta est, unum ponere hic miraculum satis mirabile dignum duxi.

60. Cum duo de Minoribus fratribus, quodam tempore pro fabricanda ecclesia in honore sancti patris Francisci in castro Praescriptii, dioecesis Sipontinae, fatigationem non modicam assumpsissent, nec suppeterent necessaria pro aedificio faciendo, nocte quadam cum ad reddendas laudes surrexissent a somno, cadentium lapidum sonum atque collusionem audire coeperunt. Et cum se ad invicem hortarentur ut accederent ad videndum, exeuntes foras, cernunt hominum maximam turmam qui certatim lapides congregabant. Ibant omnes cum silentio et redibant, universi albis vestibus candidati. Coadunatorum lapidum magna congeries ostendit rem non fuisse phantasticam, cum usque ad complementum operis indefectibiliter successissent. Nam et hominum in carne viventium patrantium talia omnis fuit ablata suspicio, cum undique diligenter quaesito, nullus inventus fuerit qui talia cogitasset.

61. Filius cuiusdam nobilis, in castro Sancti Geminiani, valido languore detentus, omni ulterius desperata salute, ad extremum usque perductus est. Rivus sanguinis ab oculis emanabat, sicut ex vena brachii assolet ebullire. Caeterisque propinquae mortis veris indiciis in reliquo corpore apparentibus, visus est emigrasse. Congregatis ex more ad planctum parentibus et amicis, ordinato funere, de sola agitur sepultura. Interea pater, lugentium turba circumdatus, cuiusdam prius auditae recordatus est visionis. Et currens veloci gressu ad ecclesiam Sancti Francisci, quae in eodem castro constructa erat, cingulo suspenso ad guttur, cum omni humilitate coram altari se prostravit in terram. Sicque vota vovens et multiplicans preces, suspiriis et gemitibus meruit apud Christum sanctum Franciscum habere patronum. Reversus statim pater ad filium et sani-

tati restitutum inveniens, luctum in gaudium commutavit.

62. In Sicilia, de vico Platiae cuiusdam iuvenis anima ecclesiasticis debitis commendata, per sancti patris suffragium, dum ei a quodam suo avunculo voveretur, ab ipso mortis introitu revocatur.

63. In eodem burgo, cum quidam iuvenis, Alexander dictus, super altam rupem cum sociis funem traheret, rupta fune de rupe praecipitatus, mortuus, ut putabatur, effertur. Quem cum pater ipsius, lacrimis et singultibus plenus, sancto Christi Francisco voveret, sanum et incolumem eum recepit.

64. Eiusdem oppidi mulier, ethicis passionibus laborans, ad extremum perducta, commendationis animae beneficio fungitur; sed a circumstantibus pater sanctissimus invocatur, et continuo restituitur sanitati.

65. Apud Rete, dioecesis Cusentinae, contigit duos pueros castri eiusdem in scholis morantes rixari, et alterum ab altero in pectore vulnerari tam graviter, quod stomacho valde laeso cibus indigestus per vulnus exir[et], et nullum posset idem puer nutrimentum tenere. Nam neque digerebatur cibus, neque aliquo receptaculo tenebatur, sed per dictum vulnus indigestus exibat. Nullo autem sibi medico suffragari valente, parentes una cum ipso, ad monitionem cuiusdam fratris, ei qui vulnus intulerat pepercerunt, et beato Francisco voverunt quod si puerum vulneratum letaliter et a medicis desperatum a fauce mortis eriperet, eum ad suam ecclesiam mitterent, et ipsam candela in circuitu cingerent. Facto autem voto, puer ita totaliter et mirifice liberatus est, quod iudicatum fuit a medicis de Salerno non minus miraculum, quam si esset a mortuis suscitatus.

66. Ad Montem Traphanum dum pro suis ne-

22. *M* exiri

gotiis insimul duo accedunt, alter eorum usque ad mortis exitum infirmatur. Ad cuius solatium medici advocati concurrunt, sed ad eius sanitatem nihil proficiunt. Socius autem incolumis sancto Francisco huiusmodi vota vovet, ut, si aeger eius meritis suscipiat sanitatem, festum ipsius annuum in missarum solemniis observaret. Emissis itaque votis in domum regrediens, infirmum, quem sine voce et sensu reliquerat et debitum dissolutionis putaverat iam subiisse, pristinae saluti reperit restitutum.

67. Puer quidam de civitate Tuderti, per octo dies quasi mortuus in lecto iacens, ore penitus intercluso et lumine oculorum sublato, cute vultus, manuum et pedum ad modum olla[e] totaliter denigrata, de sua salute ab omnibus desperatus, ad votum matris suae mirabili velocitate convaluit. Qui, licet infantulus loqui nesciret, a beato se liberatum Francisco tamen balbutiendo dicebat.

68. Iuvenis quidam, cum in quodam loco altissimo moraretur, ex eodem loco corruens, loquelam et omnia membrorum officia perdidit, tribus quoque diebus non manducans, neque bibens, neque aliquid sentiens, mortuus credebatur. Mater vero ipsius, nullorum medicorum requirens suffragium, a beato Francisco eius postulat sanitatem. Et sic voto facto, vivum eum recipiens et incolumem, laudare coepit omnipotentiam Creatoris.

69. Puer unus de Aretio, Gualterius nomine, continuis febribus laborans et duplici apostemate cruciatus, ab omnibus medicis desperatur. Qui, voto parentum beato Francisco exhibito, concupitae restitutus est sanitati.

14. *M* olla

De hydropicis et paralyticis. IX.

70. In Fanensi civitate, quidam hydropisis morbo detentus per beatum Franciscum ab eadem infirmitate plene meruit liberari.

71. Mulier quaedam de civitate Eugubina, paralytica in lecto iacens, cum pro sua liberatione beati Francisci nomen tertio invocaret, ab infirmitate sua dimissa est et sanata.

72. Puella quaedam de Arpino, Soranae dioecesis, a morbo paralytico ita tenebatur obsessa quod dissoluta in membris et per nervos contorta, omnibusque humanis actibus privata, potius videbatur vexari a daemonio quam humano spiritu vegetari. Tanta namque ipsius morbi oppressa fuerat laesione, quod videbatur omnino ad prima cunabula rediisse. Tandem mater eius, divinitus inspirata, ipsam ad ecclesiam beati Francisci, iuxta Vicum Album positam, portavit in cunis; et fusis ibidem lacrimis et precibus multiplicatis, ab omni infirmitatis periculo liberata, priori aetati reddita est et saluti.

73. In eodem castro iuvenis quidam cum paralysi esset detentus, ita quod ei clauserat oris ostium et oculos fecerat indirectos, a matre ad iam dictam ecclesiam portat[us] est. Cumque modo aliquo iuvenis ille se movere non posset, matre pro ipso suppliciter exorante, priusquam veniret ad propria, redditus est pristinae sanitati.

74. In Podio Bonizi puella quaedam, nomine Ubertina, cum caduco morbo tam graviter quam incurabiliter laboraret, parentes ipsius, iam de humano remedio desperantes, beati Francisci obnixe suffragia flagitarunt. Pari proinde consensu voventes beatissimi patris per annos singulos vigiliam ieiunare

11–12. *FA* omnibus 24. *M* portata 33. *FA om.* patris

et in die solemnitatis ipsius aliquot pascere pauperes, si filiam suam a tam insolenti aegritudine relevaret. Emisso voto, puella plene liberata convaluit, noxii morbi post haec nullam sentiens laesionem.

75. Petrus Mancanella, Gaietanus civis, per paralysis morbum brachium perdidit atque manum, os retortum gerens usque ad aurem. Qui cum se consiliis exponeret medicorum, visum amisit pariter et auditum. Tandem beato Francisco suppliciter se devovit, et sic ab omni dicta infirmitate beatissimi viri meritis exstitit liberatus.

76. Civis quidam de Tuderto in tantum artetica gravabatur, quod propter vehementiam passionis quiescere penitus non valebat. Tandem cum ad nihilum redigi videretur, nullo iam medicorum remedio sublevatus, coram quodam sacerdote ad beatum Franciscum clamavit, et emisso voto, sanitatem pristinam impetravit.

77. Quidam, nomine Bontadosus, cum in pedibus tam gravem sustineret dolorem, quod penitus se movere non posset, cibo perdito atque somno, a muliere quadam suasum est ei ut beato Francisco suppliciter se voveret. Qui nimio dolore correptus, cum eum non esse sanctum se credere diceret, muliere nihilominus pertinacius suggerente, vovit se in hunc modum: Voveo me, inquit, sancto Francisco et ipsum credo esse sanctum, si me infra trium dierum terminum ab hac aegritudine liberabit. Qui mox ipso mirante surrexit, reversa quae abierat sospitate.

78. Mulier quaedam per annos plures in lecto infirmitatis suae decubans, cum se aliquo modo movere non posset, a beato Francisco sanata implevit officia vitae suae.

79. Iuvenis quidam in civitate Narnii per decem annos gravissima est infirmitate detentus, ita totus

20. *AB* grave 28. *FA* liberaverit

tumidus factus quod nulla potuit medicina curari. Quem mater sancto Francisco devovit, et statim ab eo suscepit commodum sanitatis.

80. In eadem civitate mulier quaedam per octo annos manum habuit desiccatam, nil cum ea operis facere valens. Cui beatus Franciscus in visione apparuit, et manum eius extendens, in laborando reliquae adaequavit.

De naufragis liberatis. X.

81. In magno maris periculo positi quidam nautae, cum per milliaria decem a portu Barelitano distarent, ingravescente nimium tempestate, iam de vita dubii ancoras submiserunt. Verum spiritu procellarum mari ferventius tumescente, fractis funibus et relictis ancoris, incerto et inaequali cursu per aequora vagabantur. Tandem nutu divino mari placato, ad resumendas ancoras, quarum sarta superius enatabant, toto se conamine paraverunt. Tentant proinde totis viribus laborare pro ancoris extrahendis. Omnium sanctorum invocato subsidio et multis iam sudoribus liquescentes, nec unam per totam diem resumere potuerunt. Aderat nauta quidam, Perfectus nomine, nullo bono perfectus, contemptor omnium quae Dei sunt; qui mente adversa cum derisione dixit ad socios: Sanctorum omnium invocastis auxilium et, ut videtis, nullus est qui succurrat. Invocemus istum Franciscum, qui novellus est sanctus, ut cum suo capucio in mari se mergat et ancoras perditas reddat. Quamdam auri unciam demus ecclesiae suae, quae de novo construitur in Ortona, si ipsum senserimus adiutorem. Consenserunt irrisori caeteri cum timore, et irrisorem obiurgantes firmaverunt votum. Statim in momento, sine aliquo adminiculo nataverunt ancorae

super aquas, quasi ferri natura versa foret in ligneam levitatem.

82. Peregrinus quidam, invalidus corpore nec mente sanus propter phrenesim quam fuerat passus, cum uxore navi residens, de ultramarinis partibus veniebat. Qui cum, necdum perfecte liber a morbo, sitis anxiaretur ardoribus, deficiente iam aqua, coepit alta voce clamare: Ite fidenter, haurite poculum mihi, quia beatus Franciscus vasculum meum aqua replevit. Mirum certe! Invenerunt vas aqua repletum, quod vacuum et inane dimiserant. Alia vero die post haec, cum tempestate suborta operiretur navis fluctibus et procellis quateretur pervalidis, ita ut iam naufragari timerent, coepit idem infirmus subito clamore vociferari per navem: Surgite omnes, inquit, et beato Francisco venienti occurrite. Ecce ad salvandum nos adest. Sicque cum voce magna et lacrimis in faciem procidens adoravit. Statim ad sancti visionem omnem sospitatem resumpsit infirmus, et maris fuit tranquillitas subsecuta.

83. Frater Iacobus Reatinus, cum in navicula residens vellet fluvium transvadare, sociis primo positis super ripam, postremo se ad exitum praeparabat. Sed modica illa navis, rate per infortunium revoluta, rectore natante, frater submersus est in profundum. Invocabant fratres extra positi affectuosis vocibus beatum Franciscum, et ut filio succurreret lacrimosis precibus compellebant. Submersus etiam frater, de ventre gurgitis nimis immensi, cum ore non posset, corde clamabat, ut poterat. Et ecce, auxiliante sibi patris praesentia, per profundum sicut per aridam ambulabat, et demersam naviculam capiens, cum ea pervenit ad littus. Mirabile dictu! Vestimenta eius madidata non sunt, nec aquae gutta proximavit ad tunicam.

11. *AB* hoc

84. Per lacum Reatinum viri duo et totidem feminae cum uno puero navigantes, in alteram partem casu vergente navicula et subito aqua repleta, propinquare videbantur ad mortem. Clamantibus omnibus et de morte iam certis, clamavit et illarum mulier una confidentia magna valde: Sancte Francisce, ait, qui mihi vivens in carne familiaritatis beneficium indulsisti, confer nunc de caelo suffragium perituris. Adfuit extemplo vocatus sanctus, et plenam aqua naviculam cum omni salute devexit ad portum. Ensem quemdam secum in navem portaverant, qui miraculose supernatans inter undas naviculam sequebatur.

85. Quidam nautae Anconitani, procellosa tempestate iactati, submersionis periculum iam videbant. Cumque sic desperati de vita sanctum Franciscum suppliciter invocarent, lumen in mari magnum apparuit et cum ipso lumine tranquillitas concessa divinitus. Pro voto nobile quoddam pallium obtulerunt et liberatori suo gratiarum innumeras actiones.

86. Frater Bonaventura nomine, cum duobus viris per lacum quemdam navigans, confracta ex parte navicula, propter aquae influentis impetum submersi sunt. Qui cum de profundo lacu sanctum invocarent Franciscum, subito aqua plena navicula cum eis devenit ad portum. Sic et quidam frater de Esculo, submersus in flumine, sancti Francisci meritis exstitit liberatus.

87. Quidam Pisanus, de parrochia Sanctorum Cosmae et Damiani, sua confessione confirmavit quod, cum esset cum multis in quadam navi in mari, tempestate magna navis illa impulsa, cuidam monti appropinquabat frangenda. Quod videntes nautae, pontem quemdam de antennis et tabulis compegerunt, et ibi se cum aliis qui erant in navi tanquam in quodam

11. *AB* quamdam 12. *AB* quae

refugio susceperunt. Sed Pisanus praedictus, non bene se regens in ponte praedicto, vehementi unda percussus in mare iactatur. Et quia natare nesciebat, nec ab aliis iuvari valebat, profundum maris desperabiliter petiit. Cumque, loqui non valens, corde se beato Francisco devotius commendaret, subito de profundo maris quasi manu quadam levatur, et ad pontem reductus iam dictum, a naufragio cum aliis liberatur. Navis autem monti collisa penitus est confracta.

De carceratis et vinctis. XI.

88. In Romania Graecum cuiusdam domini servientem contigit de furto fallaciter accusari. Quem dominus terrae in arcto carcere mandat includi et graviter vinculari, postmodum definitiva sententia pede truncandum. Laborat apud dominum uxor pro innocentis liberatione sollicita; sed non acquiescit precibus viri obstinata duritia. Recurrit domina supplex ad sanctum Franciscum et eius pietati voto commendat insontem. Protinus adest miserorum adiutor, et virum in carcere positum dum manibus apprehendit, solvit vincula, carcerem frangit, innocentem foras educit: Ego sum, ait ille, cui domina tua te devote commisit. Cumque ille timore corriperetur magno et pro descensu altissimae rupis voraginem circuiret, subito nesciens qualiter se in plano invenit; mox reversus ad dominam suam miraculi retulit veritatem. Statim illa ceream fecit pro voto imaginem, quam coram sancti pictura suspendit omnibus intuendam. Turbatus propterea vir iniquus, dum uxorem manu percutit, morbo ipse percussus graviter infirmatur, a quo liberari nullatenus potuit, donec culpam confessus sanctum Dei Franciscum devotis laudibus extulit.

89. In Massa Sancti Petri cuidam militi debebat pecuniae quantitatem pauperculus quidam. Cumque prae inopia facultas non suppeteret persolvendi, captus est debitor a milite repente. Misereri sibi orat suppliciter, et dilationem quaerens amore sancti Francisci, precibus intermissis, credebat ut famosum sanctum revereretur miles. Spernit superbus miles preces oblatas, et sancti amorem velut inane quid inaniter vilipendit. Nam cervicose respondens: Tali te, ait, loco recludam, et tali retrudam carcere, ubi nec Franciscus nec aliquis poterit te iuvare. Tentavit quod dixit. Carcerem adinvenit obscurum, in quo hominem vinculatum coniecit. Paulo post adfuit sanctus Franciscus, et fracto carcere ruptisque compedibus, illaesum hominem reduxit ad propria. Portat denique homo ille vincula supradicta ad ecclesiam beati Francisci apud Assisium, ut in quibus expertus fuerat patris clementiam, in eis potestatem mirificam demonstraret. Sic fortitudo Francisci, militem praedata superbum, captivum qui se sibi subiecerat liberavit a malo.

90. Quinque officiales cuiusdam magni principis, per suspicionem capti, non solum duris vinculis innectuntur, sed arctiori mancipantur custodiae carcerali. Qui cum beatum Franciscum audirent ubique coruscare miraculis, ei se devotissime commiserunt. Apparuit igitur nocte quadam uni eorum sanctus Franciscus, et liberationis beneficium repromisit. Exhilaratus ille qui viderat visionem, repromissam gratiam indicat concaptivis. Lacrimantur et gaudent licet in tenebris, vota vovent et preces multiplicant. Coepit statim unus eorum quodam osse tutissimae turris murum impetere, cui tenax commixtio tanta facilitate cedebat, ac si cinerea compago fuisset. Perfosso iam muro tentat exire; et vinculis comminutis, unus post unum liber egreditur. Praecipitium restabat immen-

11. *AB* alius

sum, si volebant evadere; sed dux eorum audax Franciscus dedit audaciam descendendi. Igitur incolumes recedentes abierunt securi, magnis praeconiis huius sancti magnalia praedicantes.

91. Albertus de Aretio, cum in vinculis arctissimis teneretur pro debitis iniuste ab eo petitis, suam innocentiam sancto Francisco humiliter commendavit. Ordinem fratrum plurimum diligebat, et sanctum inter sanctos speciali venerabatur affectu. Dixerat autem creditor suus voce blasphema, quod nec Deus nec Franciscus posset eum de suis manibus liberare. Factum est itaque in vigilia sancti Francisci, cum vinctus ille nihil comedisset, [sed ob sancti amorem victum suum cuidam tribuisset egeno,] nocte veniente, apparuit ei vigilanti sanctus Franciscus. Ad cuius ingressum vincula de pedibus et catenae de manibus ceciderunt. Sponte aperta sunt ostia et prosilierunt tabulae de solario, et liber abscessit homo ad propria rediens. Implevit ex tunc votum, ieiunans vigiliam sancti Francisci, et cereo, quem annuatim offert, annuatim unam unciam superaddidit.

92. Iuvenis quidam de contrata Civitatis Castelli, de incendio accusatus, cum in carcere duro compeditus iaceret, suam causam humiliter sancto Francisco commisit. Qui cum nocte quadam et vinculis et custodibus iaceret adstrictus, vocem audivit dicentem sibi: Surge velociter et perge quo vis, quia tua vincula sunt soluta. Perfecit absque mora mandatum; et e carcere foras eductus, versus Assisium iter arripuit, liberatori suo laudis sacrificium oblaturus.

93. Residente in sede beati Petri domino Gregorio Papa Nono, haereticorum persecutio in diversis partibus necessario exorta est. In qua quidam Petrus nomine, de civitate Alifia, de haeresi accusatus,

13. *A B* victus 13-14. *M om.* sed - egeno, *suppl. ex SB* 31. *FA et om.* beati

Romae captus est inter eos. Hunc dominus Papa Gregorius ad custodiendum tradidit Episcopo Tiburtino. Quem sub poena sui episcopatus accipiens, cum compedibus alligavit. Verum quia simplicitas eius innocentiam praetendebat, mitiori custodiae datus erat. Quidam nobiles civitatis, ut fertur, poenam, a domino Papa indictam, Episcopum incurrere cupientes, propter inveteratum odium contra eum, latenter dicto Petro fugiendi consilium porrexerunt. Quibus ipse assentiens, nocte quadam evadens, longe cito fugit. Quo comperto, Episcopus graviter tulit; et poenam pavidus exspectans, non minus inimicorum impletum desiderium doluit. Diligenter proinde curam adhibuit, et circumquaque missis exploratoribus, illum miserum reinveniens, velut ingratum custodiae arctissimae de caetero mancipavit. Carcerem fecit parari obscurum, muris fortibus circumdatum. Intus vero tabulis grossis eum fecit compingi et clavis ferreis colligari. In compedibus ferreis multarum librarum pondere gravibus illum misit, victum ei praebens in pondere et poculum in mensura.

Iam omni spe liberationis sibi de caetero interclusa, quia Deus innocentiam perire non patitur, pietate sua Deus illi cito succurrit. Coepit homo ille beatum Franciscum ad sui miserendum multis fletibus et precibus invocare, eo quod audierat solemnitatis eius vigiliam iam adesse. Fidem magnam habebat homo ille in sancto Francisco, quoniam, ut aiebat, haereticos audierat contra ipsum nimium oblatrasse. Instante iam nocte suae festivitatis, circa crepusculum, beatus Franciscus in carcerem miseratus descendit, et illum suo nomine vocans, ut cito surgeret imperavit. Qui timore perterritus, quisnam esset interrogans, beatum Franciscum adesse au-

4. cum] *FA* eum 7. *FA* in dictum 10. *FA* longius 13. *FA* Diligentem 24. *FA* Dominus 30–31. *FA* circa diei crepusculum

divit. At ille consurgens, custodem advocans, dixit: Nimio terrore perturbor, quoniam adest quidam, qui me surgere iubet et sanctum Franciscum se esse dicit. Custos autem illi respondit: Iace, miser, in pace et dormi. Insanis enim, quia non bene hodie manducasti. Verum cum sanctus Dei adhuc illi ut surgeret imperaret, adveniente iam meridie, vincula pedum suorum confracta super terram conspexit velociter cecidisse. Et conversus ad carcerem, videbat tabulas clavis ultro prosilientibus aperiri, et apertum iter sibi ad exeundum praeberi. Solutus ille, obstupefactus fugere nesciebat, sed ad ianuam clamans custodes omnes perterruit. Qui cum eum liberatum a vinculis Episcopo nuntiassent, putans illum fugisse Episcopus, nondum audito miraculo, de loco in quo sedebat, timore percussus, quia infirmus fuerat, cecidit. Sed cum rei ordinem intelligeret, ad carcerem devotus accessit; et manifeste Dei virtutem cognoscens, ibidem Dominum adoravit. Vincula denique coram domino Papa et Cardinalibus delata fuerunt. Qui videntes quod factum fuerat, plurimum admirati benedixerunt Deum.

94. Guidaloctus de Sancto Geminiano falso accusatus fuit quod veneno inter[e]merat quemdam virum, et quod iterum de veneno eodem filium eiusdem viri et universam familiam eius proposuerat enecare. Captus proinde a potestate terrae, gravissimis vinculis aggravatus, in quamdam ruinosam turrim deiectus est. Excogitante igitur potestate qualibus poenis ipsum faceret interire, ut crimen obiectum eliceret per tormenta, equuleo volubili tandem illum suspendi praecepit. Sicque aggravans super eum multa pondera ferri, ad defectum usque perduxit. Pluries eum iussit deponi et ite-

2. *FA* timore 8. *FA* respexit 16. *FA* perculsus 18. *FA* Domini 21–22. *FA* videntes et q. f. f. audientes admirantes 24. *M* interimerat

rum elevari, ut poena poenae succedens citius ad confessionem criminis illum adduceret. Sed spiritu innocentiae laetabatur in vultu, nullam moestitiam praetendens in poenis. Deinde accensus est ignis sub ipso non modicus, nec propterea capillus eius laesus est, cum capite dependeret ad terram. Tandem bullienti oleo superfusus, quia innocens erat et se a principio commiserat beato Francisco, ridens haec omnia superavit. Nocte enim illa, cum mane ad puniendum deberet adduci, sancti Francisci praesentia exstitit visitatus, et immenso fulgore luminis circumdatus, usque mane, repletus gaudio et fiducia multa, in illa claritate permansit. Benedictus Deus, qui non sinit innocentes perire et in diluvio aquarum multarum in se sperantibus praesto est.

De liberatis a periculo partus et de non servantibus eius festum. XII.

95. Comitissa quaedam in Sclavonia, sicut nobilitate illustris, sic et aemula probitatis, erga sanctum Franciscum devotione flagrabat, erga fratres vero sedula pietate. Tempore partus duris pervasa doloribus, tanta fuit angustia circumventa, ut prolis futurae ortus praesens videretur matris occasus. Non videbatur infantem eniti posse ad vitam, nisi exspiraret e vita, nec tali nisu parere sed perire. Subvenit cordi eius Francisci fama, virtus et gloria; excitatur fides, devotio inflammatur. Convertit se ad auxilium efficax, ad fidum amicum, ad devotorum solatium, refugium afflictorum: Sancte Francisce, inquit, pietati tuae supplicant omnia viscera mea, et mente voveo quod explicare non possum. Mira celeritas pietatis! Finis dicendi finis fuit dolendi, parturiendi meta, pariendi principium. Statim

enim omni cessante pressura, partum edidit cum salute. Non fuit immemor voti, non propositi refuga. Ecclesiam quamdam pulcherrimam construi fecit, et constructam ad sancti huius honorem fratribus assignavit.

96. In partibus Romanis Beatrix quaedam nomine, vicina partui, cum per dies quatuor fetum in ventre portaret exstinctum, multis infelix actitabatur angustiis et exitialibus doloribus urgebatur. Mortuus fetus matrem cogebat ad mortem, et nondum partum abortivum publicum matris periculum pariebat. Tentat medicorum auxilium, experimentum fallax, sed omne humanum remedium laborabat in vanum. Sic de primis maledictionibus copiosius aliquid declinabat in miseram, ut sepulcrum facta conceptus sepulcrum pro certo proximum exspectaret. Fratribus tandem Minoribus per internuntios tota se devotione committit, et suppliciter aliquid de sancti Francisci reliquiis fide plena deposcit. Contigit nutu divino aliquantulum inveniri de chorda, qua fuerat sanctus quandoque praecinctus. Moxque ut super dolentem posita chorda fuit, omnis facillime solutus est dolor, mortis causa mortuus fetus emissus, pristina sanitas restituta.

97. Cuiusdam de Carvio nobilis viri uxor, nomine Iuliana, pro filiorum morte annos trahebat lugubres et eventus plorabat continue infelices. Filios quos pepererat omnes terra receperat, et novellos surculos festina fuerat secuta securis. Cum igitur quatuor mensium conceptum haberet in utero, plus moerori quam gaudio indulgebat, timens ne falsa de ortu laetitia sequenti frustraretur moestitia de occasu. Ecce autem nocte quadam dormienti sibi mulier quaedam apparebat in somnis, formosum puerulum gestans in manibus, illumque laetissime sibi offerens, dicebat eidem: Accipe, domina, puerum istum, quem sanctus Franciscus tibi tramsmittit. At

illa, quasi nolens recipere quem statim perdere oporteret, recusabat dicens: Quare puerum istum volo, quem statim ut caeteros mori scio? Cui illa: Tolle, ait, quia quem tibi mittit sanctus Franciscus vita vivet. Talia cum inter se iam tertio replicassent, oblatum puerum domina suscepit in manibus. Evigilat statim a somno et viro suo recitat visionem. Exhilaratur uterque gaudio magno, et pro suscipienda prole multiplicant vota sua. Impletur denique tempus pariendi, et peperit femina masculum, qui vitalibus florens aetatibus, mortuorum funera compensavit.

98. Apud Viterbium partui propinqua mulier, morti propinquior, visceralibus tormentata doloribus et tota calamitosa infortuniis mulierum. Consuluntur medici, mulieres edoctae vocantur; sed nihil proficientibus, desperatio sola restabat. Invocat afflicta beatum Franciscum, et inter alia festum eius celebraturam se, quamdiu vixerit, pollicetur. Liberata confestim mulier partum cum gaudio terminat. Sed assecuta quod voluit, obliviscitur quod promisit. Ad lavandum enim pannos die sancti Francisci vadit, hesterni voti non immemor sed contemptrix. Statim vero dolor insolitus irruit super eam, et poena commonita domum revertitur. Sed cessante dolore, quia de illis erat quae per horam decies immutantur, dum cernit vicinas operibus datas, aemula temeritate peiora quam prius operari praesumit. Subito brachium dextrum ad laborem extensum revocare non potest, sed inflexibile tenet et aridum. Studet cum reliquo illud erigere, sed simili maledictione illud arescit. Cibatur iam infelix a filio, nec per se ad reliqua potest assurgere. Stupens vir eius, et causam percunctatus eventus, accipit fidem mentitam sancto Francisco causam esse tormenti. Sed timore cor-

30. *A B om.* et

reptis viro cum femina et sine dilatione reintegrantibus votum, misertus est sanctus, quia misericors semper fuit, et membra poenitenti restituit, quae abstulerat contemnenti. Sic poena peccatum vulgante, exemplum fit mulier omnibus qui vota non servant, et timor hiis qui sanctorum festa violare praesumunt.

99. In civitate Tiburtina cuiusdam iudicis uxor, cum sex filias peperisset, nimio furore turbata, decrevit a viro ulterius abstinere, nolens culturae insistere, cuius fructus penitus displiceret. Horrebat mulier semper parere feminas, et virilis sexus desiderio fatigata Dei quoque placitum arguebat. Non est aegre ferendum iudicium, quod omnipotentis Dei legibus fertur in homines. Itaque cum indignatione per annum se a viro proprio separavit. Paulo post poenitentia ducta, viro suo reconciliari praecipitur, suasa a confessore ut a beato Francisco filium postularet, cui postmodum Francisci nomen imponeret, cuius eum meritis suscepisset. Concepit non multo post mulier illa et geminos ei parere dedit, qui pro uno solo fuerat exoratus. Horum unus Franciscus, alter vero Blasius est vocatus.

100. In civitate Cenomanensi nobilissima quaedam ignobilem habebat famulam, quam in festo sancti Francisci ad opus servile cogebat. At illa mente nobilior propter diei reverentiam facere recusabat. Sed praevaluit timor humanus divino timori, et ad mandatum, licet invita, puella se subiicit. Extendit manus ad colum, et digiti fusum accipiunt. Sed statim manus rigent doloribus, et immensis ardoribus digiti cruciantur. Publicatur culpa per poenam, dum doloris acerbitas silentium non admittit. Currit ad filios sancti Francisci famula, revelat offensam, poenam ostendit, veniam postulat. Processionaliter itaque fratres ad ecclesiam vadunt, et pro illius salute sancti Francisci clementiam deprecantur. Inco-

lumis illa statim efficitur, filiis precantibus patrem; sed adhaeret manibus vestigium combusturae.

101. In Campania maiori simile quiddam evenit. Mulier quaedam, in vigilia beati Francisci, cum a convicinis mulieribus foret saepius increpata, quod propter festum tantum non quiesceret a labore, pervicacissime opus suum protraxit ad vesperum, laborare non cessans. Sed post opus repente debilitatis manibus et nullis iam aptis officiis, stupore ac dolore corripitur. Protinus surgit, et reverendum festum quod contempserat solemne denuntians, in manu sacerdotis solemniter vovit festum sancti reverenter se perpetuo custodire. Quae, voto emisso, ad quamdam ecclesiam in honore sancti Francisci constructam adducitur, et in ea pristinam multis fletibus recuperat sanitatem.

102. In villa Oleti mulier quaedam, cum a vicina moneretur ut festum excoleret sancti Francisci nec in eo aliquid operaretur, nimium procaciter respondit, dicens: Si de qualibet arte unus sanctus exsisteret, dierum numerum numerus sanctorum excederet. Quo verbo stulto prolato, ultione divina protinus insanivit, et per dies multos ratione et memoria caruit, donec, precibus aliquorum ad beatum Franciscum fusis, illius insania conquievit.

103. In castro Pillei, de provincia Campaniae, in festo sancti Francisci mulier quaedam laboritium suum sollicite exercebat. Sed a quadam nobili de hoc graviter redarguta, cum ab omnibus veneratione divina coleretur: Parum, inquit, restat ut compleam opus meum; videat Dominus, si offendo. Statim in filia, quae prope sedebat, cernit grave iudicium. Obliquabatur os puellae usque ad aures, et oculi, velut exire compulsi, miserabiliter torquebantur. Accurrunt undique mulieres, et matris impietati pro innocenti filia maledicunt. Illico prosternit se humi dolore completa, festivum spondens annuatim ducere

diem, et in eo pascere pauperes ob reverentiam sancti huius. Quievit sine mora vexatio filiae, postquam mater, quae peccaverat, compuncta est de offensa.

104. Matthaeus de Tolentino filiam habebat nomine Franciscam. Qui pro eo quod se fratres ad locum alium transferebant, non modicum conturbatus, filiam suam, Francisci nomine spoliatam, Matthiam instituit appellari. Verum spoliata nomine spoliata fuit protinus sanitate. Nam quia res in patris contemptum et filiorum odium agebatur, infirmata est gravissime filia et ad mortis perducta periculum. Itaque cum acerbo dolore super filiae transitum torqueretur, increpatus ab uxore de odio servorum Dei et nominis sancti contemptu, festina devotione primum recurrit ad nomen, et revestivit filiam quo primo eam titulo spoliarat. Tandem ad locum fratrum cum paternis gemitibus delata puella pristinam recepit cum nomine sanitatem.

105. Mulier quaedam de Pisis, nesciens se esse praegnantem, cum fundaretur in ea civitate ecclesia Sancti Francisci, tota die laboribus insudavit ibidem. Cui sanctus Franciscus, cum duobus fratribus cereos coram eo portantibus, nocte apparuit dicens: Ecce, filia, concepisti et paries filium. Gaudebis de ipso, si meum sibi dederis nomen. Venit ergo tempus pariendi et peperit filium. Henricus, ait socrus, pro tali consanguineo nostro vocabitur. Nequaquam, ait mater, sed vocabitur Franciscus. Derisit socrus nobile nomen, quasi rusticum foret. Paucis igitur elapsis diebus, cum esset puerulus baptizandus, elanguit usque ad mortem. Contristata est domus et versum est eis gaudium in moerorem. Nocte vero matre prae angustia vigilante, venit sanctus Franciscus cum duobus fratribus sicut primo, et quasi

27. *A B* socerus 29. *A B* socerus

turbatus inquit ad feminam: Nonne tibi dixi: quia non gaudebis de filio, nisi meum sibi nomen imponas? At illa clamare coepit et iurare nullum sibi aliud imposituram nomen. Tandem et sanatus et baptizatus puer, Francisci fuit nomine decoratus, cui data est gratia ne ploraret, sed innocenter puerilia iura transiret.

106. Mulier quaedam in Tuscia, de partibus Aretinis, cum per septem dies partus discrimina sustineret, et iam in nigredinem versa foret, ab omnibus desperata, votum fecit sancto Francisco et eius coepit moriens auxilium invocare. Voto emisso, celeriter obdormivit. Apparuitque ei sanctus Franciscus et eam suo nomine Adelasiam vocans, utrum suam cognoscat faciem, sciscitatur ab ea. Qua respondente: Vere ego te, pater, agnosco; subintulit sanctus: Scis dicere: *Salve regina misericordiae*? Respondente: Scio, pater; Incipe, ait sanctus, et antequam compleas, paries cum salute. Haec dicens sanctus voce magna clamavit, clamando discessit. Ad quam vocem evigilat mulier et cum timore coepit dicere: *Salve regina.* Cumque illos misericordes oculos precaretur, statim, necdum completa, pulchrum infantem peperit cum gaudio et salute.

107. In Sicilia mulier quaedam cum beati Francisci diem solemnem adesse cognosceret, a servili opere abstinere non curans, coram se vas pistorium praeparavit. In quo cum farinam poneret et eam exsertis brachiis coacervaret, mox [farina] conspersa cruore comparuit. Mulier hoc stupida cernens, convicinas clamare coepit. Quae quanto magis illuc ad spectaculum confluunt, eo in massa ipsa venae sanguinis plus accrescunt. Poenitet mulierem fecisse quod fecerat, et votum vovet ut in festo eius

26. *M* adesse conspiceret vel cognosceret *FA om.* conspiceret vel
29. exsertis] *FA* extensis *M om.* farina

diem, et in eo pascere pauperes ob reverentiam sancti huius. Quievit sine mora vexatio filiae, postquam mater, quae peccaverat, compuncta est de offensa.

104. Matthaeus de Tolentino filiam habebat nomine Franciscam. Qui pro eo quod se fratres ad locum alium transferebant, non modicum conturbatus, filiam suam, Francisci nomine spoliatam, Matthiam instituit appellari. Verum spoliata nomine spoliata fuit protinus sanitate. Nam quia res in patris contemptum et filiorum odium agebatur, infirmata est gravissime filia et ad mortis perducta periculum. Itaque cum acerbo dolore super filiae transitum torqueretur, increpatus ab uxore de odio servorum Dei et nominis sancti contemptu, festina devotione primum recurrit ad nomen, et revestivit filiam quo primo eam titulo spoliarat. Tandem ad locum fratrum cum paternis gemitibus delata puella pristinam recepit cum nomine sanitatem.

105. Mulier quaedam de Pisis, nesciens se esse praegnantem, cum fundaretur in ea civitate ecclesia Sancti Francisci, tota die laboribus insudavit ibidem. Cui sanctus Franciscus, cum duobus fratribus cereos coram eo portantibus, nocte apparuit dicens: Ecce, filia, concepisti et paries filium. Gaudebis de ipso, si meum sibi dederis nomen. Venit ergo tempus pariendi et peperit filium. Henricus, ait socrus, pro tali consanguineo nostro vocabitur. Nequaquam, ait mater, sed vocabitur Franciscus. Derisit socrus nobile nomen, quasi rusticum foret. Paucis igitur elapsis diebus, cum esset puerulus baptizandus, elanguit usque ad mortem. Contristata est domus et versum est eis gaudium in moerorem. Nocte vero matre prae angustia vigilante, venit sanctus Franciscus cum duobus fratribus sicut primo, et quasi

27. *A B* socerus 29. *A B* socerus

turbatus inquit ad feminam: Nonne tibi dixi: quia non gaudebis de filio, nisi meum sibi nomen imponas? At illa clamare coepit et iurare nullum sibi aliud imposituram nomen. Tandem et sanatus et baptizatus puer, Francisci fuit nomine decoratus, cui data est gratia ne ploraret, sed innocenter puerilia iura transiret.

106. Mulier quaedam in Tuscia, de partibus Aretinis, cum per septem dies partus discrimina sustineret, et iam in nigredinem versa foret, ab omnibus desperata, votum fecit sancto Francisco et eius coepit moriens auxilium invocare. Voto emisso, celeriter obdormivit. Apparuitque ei sanctus Franciscus et eam suo nomine Adelasiam vocans, utrum suam cognoscat faciem, sciscitatur ab ea. Qua respondente: Vere ego te, pater, agnosco; subintulit sanctus: Scis dicere: *Salve regina misericordiae*? Respondente: Scio, pater; Incipe, ait sanctus, et antequam compleas, paries cum salute. Haec dicens sanctus voce magna clamavit, clamando discessit. Ad quam vocem evigilat mulier et cum timore coepit dicere: *Salve regina.* Cumque illos misericordes oculos precaretur, statim, necdum completa, pulchrum infantem peperit cum gaudio et salute.

107. In Sicilia mulier quaedam cum beati Francisci diem solemnem adesse cognosceret, a servili opere abstinere non curans, coram se vas pistorium praeparavit. In quo cum farinam poneret et eam exsertis brachiis coacervaret, mox [farina] conspersa cruore comparuit. Mulier hoc stupida cernens, convicinas clamare coepit. Quae quanto magis illuc ad spectaculum confluunt, eo in massa ipsa venae sanguinis plus accrescunt. Poenitet mulierem fecisse quod fecerat, et votum vovet ut in festo eius

26. *M* adesse conspiceret vel cognosceret *FA om.* conspiceret vel
29. exsertis] *FA* extensis *M om.* farina

[de caetero] servile opus facere non praesumat. Promissione itaque sic firmata, cruentatio sanguinis recessit a massa.

108. Sancto adhuc in carne vivente, cum mulier quaedam in partibus Aretii gravida esset, et veniente tempore partus, incredibili occupata pressura, in pariendo diebus plurimis laboraret, accidit beatum Franciscum tunc temporis ad eremum quemdam, propter infirmitatem corporis equo deductum, transire. Exspectantibus omnibus ut per locum illum haberet transitum in quo mulier torquebatur, iam ipso in eremo commorante, frater quidam cum equo, cui sanctus insederat, per illam villulam repedavit. Verum incolae loci, sanctum Franciscum non esse percipientes, contristati nimis coeperunt quaerere inter se si posset res aliqua inveniri quam manu propria servus Domini attrectasset. Et invenientes freni habenas, quas manu tenuerat ipse, frenum ab equi ore velociter extraxerunt. Cuius habenas mulier supra se positas sentiens, omni remoto periculo, cum gaudio peperit et salute.

De ruptis et reparatis. XIII.

109. Frater Iacobus de Yseo, vir in Ordine nostro satis celeber et famosus, de seipso testimonium dicens ad gloriam patris nostri, pro sanitatis beneficio agit gratias sancto Dei. Hic, cum puer esset tenellus in domo paterna, fracturam incurrit corporis valde gravem, defluentibus quae sunt abdita corporis et quae in arcanis natura locaverat ad loca non sua, cum durae molestia laesionis. Dolebant pater et sui qui noverant causam, et cum saepe medicorum

1. *M om.* de caetero

iuvamenta tentarent, in nullo proficere videbantur. Coepit tandem iuvenis, divino afflatus spiritu, de salute animae cogitare, et Deum studiosa mente requirere, qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. Itaque Ordinem sancti Francisci devotus intravit, nulli tamen qua urgebatur infirmitatem detexit. Verum aliquantisper moram in Ordine faciente, cum ad notitiam fratrum iuvenis pervenisset infirmitas, moti fratres voluerunt eum licet dolentes remittere ad parentes. Sed pueri constantia tanta fuit, ut coactionem vinceret importunam. Curam proinde habuerunt fratres de iuvene, donec, gratia confortatus et probis moribus redolens bonum virum, curam animarum inter eos suscepit et laudabiliter regularem exercuit disciplinam. Factum est autem cum corpus beati Francisci transferretur ad locum, adfuit tunc dictus frater translationis gaudiis cum multitudine caeterorum. Et appropinquans tumbae, in qua corpus quiescebat patris sanctissimi, pro iam inveterata infirmitate coepit orare diutius. Subito miro modo ad loca debita partibus revocatis, sanatum se sentiens, succinctorium deposuit et ex tunc ab omni dolore praeterito penitus liber fuit.

110. Pisanus quidam, cum secreta ventris ad pudenda loca cuncta emitteret, peracerbo dolore et monstruoso pudore contra seipsum rem diabolicam cogitavit. Nam in ultimo desperationis gurgite devolutus, disposuit seipsum, ut ultra non viveret, laqueo enecare. Interdum tamen, cum nondum exstinctae conscientiae pungeretur aculeo, coepit sancti Francisci nomen memoriae suae imprimere et ore licet debiliter invocare. Continuo totius maledicti propositi celerem conversionem obtinuit, et enormis plagae curationem subito impetravit.

111. Filius cuiusdam de castro Cisternae in Maritima enormiter genitalium fractura gravatus, nullo artificio retinere poterat intestina. Nam lumbare, quod

solet talibus obviare fracturis, novas et multiplices fracturas effecit. Cruciabantur infelices parentes, et horrendum huius mali spectaculum convicinis et notis flendi materiam ministrabat. Tentatis omnibus remediorum curis et nihil proficientibus unquam, sancto Francisco mater et pater filium devoverunt. Portantes ergo illum die sancti Francisci ad ecclesiam suo honore constructam apud Velletrum, proiecerunt illum coram imagine sancti, et vota voventes cum reliqua populi multitudine multas pro eo lacrimas obtulerunt. Cum igitur evangelium cantaretur, et illud proferretur quod absconsa sapientibus parvulis revelantur, subito lumbare confringitur, remedia non proficientia dissolvuntur. Confestim cicatrix obducitur et omnis optata sanitas reparatur. Fit ibi clamor magnus laudantium Dominum et venerantium sanctum eius.

112. Apud Cicanum, castrum Campaniae, cum Nicolaus capellanus matutinali hora ecclesiam introiret, repentino casu tam miserabiliter corruit, quod ad pudenda loca intestina omnia defluxerunt. Accurrunt clerici et caeteri convicini, et elevantes eum, ad lectulum reportarunt. Per octo dies sic immobilis iacuit, ut nec ad requisita naturae surgere posset. Vocatis medicis et artis sue productis auxiliis, augetur dolor, nec sanatur sed exageratur infirmitas. Locum indebitum quem repleverant abominabilia monstra cum tanto viri dolore tenebant, quod per octo dierum numerum miser homo non poterat manducare. Desperatus iam vir et adiudicatus morti, ad beati Francisci se convertit auxilia. Erat ei filia quaedam religiosa et timens Deum, quam pro se hortatur sancti Francisci suffragium implorare. Exit ad modicum foras filia benedicta, et orationi incumbens, lacrimis plena, pro patre orat ad patrem. Magna orationis virtus! Statim vocat eam pater adhuc orantem, et nuntiat ei gaudium insperatae

salutis. Ad debitam sedem cuncta redierant, et melioris dispositionis se fore quam ante casum fuerit sentiebat. Vovet igitur se beatum Franciscum semper habere patronum, et annuatim festivum ducere diem eius.

113. In castro Spelli homo quidam per duos annos rupturam adeo graviter passus est, quod per inferiores partes tota videbatur ventris congeries efluxisse. Non enim per magnum temporis spatium fluxa reducere poterat, nec ad locum proprium medicorum studio revocare. Propter quod desperatus a medicis, ad divinum auxilium se convertit. Cum igitur devote beati Francisci merita invocaret, mira celeritate fracta prius et consolidata persensit, et deformia reformata.

114. Iuvenis quidam nomine Iohannes, in episcopatu Sorano, dissipatione intestinorum ita laesus erat, ut nullis medicorum medicaminibus adiuvari posset. Accidit die quadam uxorem ire ad quamdam ecclesiam beati Francisci. Cui oranti pro viri salute quidam de fratribus simplici spiritu dixit: Vade, dic viro tuo ut voveat se beato Francisco, et ruptionis locum crucis signaculo signet. Quae cum rediret, haec retulit viro suo. Qui beato Francisco se vovens, laesionis locum signavit et intestina ad propria loca illico redierunt. Miratus est vir in subitatione insperatae salutis, et utrum esset vera sanitas, quae sibi subito sic arrisit, coepit per multa exercitia experiri. Eidem vero febre acuta laboranti beatus Franciscus in somnis apparuit, ipsumque vocans ex nomine dixit: Noli timere, Iohannes, quia sanaberis ab infirmitate tua. Huius miraculi maxima fides fuit,

8-9. tota - effluxisse] *FA* intestina omnia defluebant 10. fluxa] *FA* ea intus 10-12. ad locum - medicis] *FA* locare. Propterea recurrit ad medicos et desperatus ab eis 12-13. Cum igitur] *FA* Qui cum 13-15. mira - reformata] *FA* statim mirabiliter sanatus eos qui eum noverant ad stuporem perduxit 16. Iohannes] *FA* Ionathas 19. *FA* uxorem suam ire 24. *A B* hoc 31. *FA* Ionathas

quod cuidam viro religioso, Roberto nomine, beatus Franciscus apparuit; a quo cum interrogaretur quis esset, respondit: Ego sum Franciscus, qui quemdam amicum meum sanaturus adveni.

115. In Sicilia quemdam nomine Petrum, pudendorum suorum ruptionem subitam patientem, cum se promitteret sua limina visitare, mirifice liberavit.

De caecis et surdis et mutis. XIV.

116. In conventu fratrum de Neapoli, cum quidam frater, Robertus nomine, caecus annis plurimis exstitisset, crevit in oculis eius caro superflua, motum et usum impediens palpebrarum. Cum igitur fratres forenses, ad diversas mundi partes tendentes, ibidem plurimi convenissent, beatus pater Franciscus, obedentiae sanctae speculum et exemplar, ut eos miraculi novitate hortaretur ad iter, praedictum fratrem ipsis praesentibus tali modo sanavit. Iacebat nocte quadam frater Robertus aeger ad mortem, iamque sibi fuerat anima commendata, cum ecce adstitit ei beatus pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis, videlicet sancto Antonio, fratre Augustino et fratre Iacobo de Assisio, qui sicut eum perfecte fuerant secuti, dum viverent, ita et ipsnm alacriter comitabantur, post mortem. Accipiens cultellum sanctus Franciscus, carnem superfluam resecavit, lumen restituit pristinum, a mortis eum fauce reduxit. Dixitque illi: Fili Roberte, gratia, quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas nationes euntibus quod ego praecedam eos et ipsorum dirigam gressus. Vadant, inquit, gaudenter et iniunctam obedientiam alacri animo exsequantur. Gaudeant obedientiae filii, praecipue qui solum proprium relinquentes, terrestris patriae sunt obliti, quia ducem habent tndustrium et sollicitum praecessorem.

117. In Zancato, quod est castrum iuxta Anagniam, miles quidam Girardus nomine lumen ex toto perdiderat oculorum. Accidit ut duos fratres Minores, ab exteris partibus venientes, ad domum eius diverterent gratia hospitandi. Suscepti itaque honorifice a familia tota et cum omni benignitate tractati, de hospitis caecitate nihil advertunt. Recesserunt postmodum ad locum fratrum per milliaria sex distantem, in quo per dies octo morati sunt. Nocte igitur quadam beatus Franciscus uni fratrum illorum in somnis apparuit dicens: Surge, festina cum socio ad domum hospitis vestri, qui me honoravit in vobis, et propter me vobis tot impendit obsequia pietatis. Rependite gratiam susceptionis iucundae et honorem reddite honoranti. Caecus est enim et non videt, et hoc sua, quae nondum confessus est, meruere peccata. Exspectant eum tenebrae mortis aeternae et cruciatus interminabiles praestolantur. Ad hoc enim ipsum ligant non adhuc reiecta delicta. Disparente patre, filius surgit attonitus et mandatum cum socio festinus adimplet. Revertuntur ad hospitem ambo pariter fratres, narrat alteri quae viderat cuncta per ordinem. Stupet vir ille non modicum, universa quae audit vera esse confirmans. Compungitur ad fletum, confitetur libens, correctionem promittit. Interiori homine taliter renovato, statim exteriorum lumen recipit oculorum. Miraculi huius magnitudo circumquaque diffusa omnes audientes ad hospitalitatis gratiam animavit.

118. Apud Thebas in Romania mulier caeca, vigiliam sancti Francisci in pane tantum et aqua ieiunans, ad ecclesiam fratrum summo mane festivitatis a viro suo perducta est. Quae, dum missa celebraretur, in elevatione corporis Christi oculos

22. *AB* narrant 23. *AB* viderant 24 *AB* audivit 27. *AB* exterior

aperuit, clare vidit, devotissime adoravit. In ipsa vero adoratione voce magna proclamans: Gratias, inquit, Deo et sancto eius, quia video corpus Christi. Omnibus qui aderant in voce exsultationis conversis, post sacrorum expletionem reversa est mulier in domum suam, propria luce duce. Christus lumen fuit Francisco dum viveret, cui, sicut tunc omne suum mirificum deputavit, sic et nunc eius corpori omnem gloriam dari cupit.

119. In Campania puer quidam quatuordecim annorum, de castro Pophis, subita vexatus angustia, sinistrum oculum amisit ex toto. Passionis acerbitas sic de loco suo propulit oculum, quod per octo dies extra per quamdam carunculam debilem longitudine digiti unius dependens, pene aridus est effectus. Sed cum sola superesset abscisio, et a medentibus foret penitus desperatus, pater eius ad auxilium beati Francisci tota se mente convertit. Non defuit ille, indefessus miserorum adiutor, precibus supplicantis. Oculum aridum mirabili virtute suo loco restituit, et cum virore pristino lucis optatae radiis illustravit.

120. In eadem provincia, apud Castrum, lignum immensum ex alto proruit, et cuiusdam sacerdotis caput gravissime quassans, sinistrum eius oculum excaecavit. Qui humi deiectus, coepit alta voce sanctum Franciscum luctuose clamare, dicens: Succurre, pater sanctissime, ut ad festum tuum ire valeam, sicut fratribus tuis ire promisi. Erat enim vigilia sancti. Qui statim exsurgens, peroptime liberatus, in vocem prorupit laudis et gaudii, et circumstantes omnes, qui eius miserabantur eventum, in stuporem convertit et iubilum. Ivit ad festum, narrans omnibus quam in se fuerat expertus sancti clementiam et virtutem. Discant igitur omnes eum devote colere, quem sciunt se colentibus tam facile subvenire.

121. Vivente adhuc beato Francisco, mulier quaedam de Narnio, oculorum caecitate percussa, signo

crucis per eumdem virum Dei super oculos suos facto, statim lumen perditum miraculose recepit.

122. Vir quidam de Monte Gargano, Petrus Romanus nomine, dum in vinea sua laborans lignum quoddam ferro succideret, proprium percussit oculum et per medium sic divisit, ut pupilla partita exterius dependeret. Cumque in tam desperato periculo desperaret posse sibi per hominem subveniri, nihil se comesturum in festo sancti Francisci, si ei succurreret, repromisit. Statim in loco debito viri oculum sanctus Dei restituit, divisum reiunxit, lumine pristino decoravit.

123. Filius cuiusdam nobilis viri a nativitate caecus meritis beati Francisci lumen accepit optatum. Qui, nomen ab eventu sortitus, Illuminatus est dictus. Assumpsit postea, cum in aetate esset, Ordinem sancti Francisci, et tandem sanctum initium fine sanctiori conclusit.

124. Bevanium, quoddam nobile castrum, in valle Spoletana positum est. In hoc habitabat mulier quaedam sancta cum virgine filia sanctiori et nepte valde devota Christo. Harum vero hospitium sanctus Franciscus hospitatu suo pluries honorabat. Nam et filium habuerat haec in Ordine, consummatae perfectionis virum. Verumtamen una istarum, neptis scilicet, privata erat exteriorum lumine oculorum, cum tamen interiores eius, quibus Deus videtur, mira conspicuitate clarescerent. Rogatus sanctus Franciscus quandoque ut illius langorem commiserans illarum etiam labores attenderet, caecae oculos sputo suo in nomine Trinitatis tribus vicibus delinivit, et lumen ei restituit concupitum.

125. Apud Castrum Plebis iuvenis quidam mendicus surdus erat et mutus a nativitate sua. Qui linguam adeo curtam et brevem habebat, quod mul-

24. *AB* hoc

toties exquisita a pluribus praecisa penitus videretur. Vir quidam, Marcus nomine, ipsum propter Deum suscepit hospitio. Qui eum sibi benefacere cernens, coepit cum ipso assiduus demorari. Nocte quadam praedicto viro cum uxore sua coenante et adstante puero coram eis, dixit uxori: Hoc ego maximum miraculum reputarem, si beatus Franciscus huic auditum redderet et loquelam. Et adiecit: Voveo Deo, quod si hoc sanctus Franciscus dignabitur operari, propter amorem suum huic puero expensas conferam, donec vivet. Mirum certe! Subito lingua crevit et locutus est, dicens: Vivit sanctus Franciscus, quem superius stantem video et loquelam mihi praebuit et auditum. Quid ergo iam populo dicam? Nutritius eius respondit: Laudabis Deum, et salvabit homines multos. Homines terrae illius, qui eum noverant primo, admiratione maxima sunt repleti.

126. Mulier quaedam, in Apuliae partibus, diu loquelam perdiderat et respirationis liberae facultatem. Cui, cum de nocte dormiret, apparuit Virgo Maria, dicens: Si vis fieri sana, perge ad ecclesiam Sancti Francisci apud Venusium, et ibi optatam recipies sanitatem. Surrexit mulier et, cum respirare non posset nec loqui, parentibus innuebat velle se Venusium properare. Assensere parentes et cum ea gradiuntur ad locum. Intrans autem mulier ecclesiam Sancti Francisci, dum pleno corde suffragia poscit, statim, massa carnis evomita, cunctis cernentibus mirifice liberatur.

127. In Aretina dioecesi mulier quaedam per septem annos muta exsistens, continuis desideriis divinas interpellabat aures, ut ei Deus linguam resolvere dignaretur. Et ecce dormienti sibi duo fratres rubea veste circumdati adstiterunt, et ut se sancto Francisco voveret, dulciter monuerunt. Quorum

15. *AB* Laudabit 34. *AB* rubra

monitis libenter obtemperans, corde vovit, quia loqui nequibat, moxque excitata simul vigiliae redditur et loquelae.

128. Iudicem quemdam, nomine Alexandrum, beati Francisci miraculis detrahentem, per sex annos et amplius mirabantur homines loquela privatum. Qui, cum in eo quod peccaverat torqueretur, alta poenitudine revocatus, dolebat se contra sancti miracula delatrasse. Itaque non perstitit indignatio sancti, sed poenitentem ac se humiliter invocantem, restituta loquela, recepit ad gratiam. Ex tunc linguam blasphemam beati patris laudibus consecravit, longe devotior redditus per flagellum.

129. Quia de blasphemo fecimus mentionem, occurrit quiddam utile recitatu. Miles quidam, Gineldus nomine, de Burgo in provincia Massae, beati Francisci operibus et miraculorum signis impudentissime detrahebat. Inferebat multa opprobria peregrinis ad ipsius memoriam venientibus et contra fratres publica insania garriebat. Cum autem die quadam luderet ad taxillos, vesania et incredulitate plenus dixit ad circumstantes: Si Franciscus est sanctus, octodecim puncta veniant in taxillis. Mox triplicatus senarius in taxillis apparuit, et usque ad novem vices quolibet suo iactu ter senos accepit. Non quievit insanus, peccatum peccato addidit et blasphemiam blasphemiae cumulavit: Si verum est, inquit, quod Franciscus iste sit sanctus, gladio cadat hodie corpus meum. Si vero sanctus non est, evadam incolumis. Non distulit ira Dei, quin divino iudicio fieret eius oratio in peccatum. Ludo finito, cum nepoti suo inferret iniuriam, accepit ille gladium et patrui visceribus cruentavit. Eo die mortuus est sceleratus, inferni mancipium factus et filius tenebrarum. Timeant blasphemantes, nec putent cum aere verba transire, nec sanctorum iniuriis deesse ultorem.

130. Mulier quaedam, Sibilia nomine, caecitatem oculorum per plures annos perpessa ad sepulcrum viri Dei caeca tristis adducitur. Recuperato vero pristino lumine, gaudens et exsultans domum revertitur.

131. In castro Vici Albi, Soranae dioecesis, puella quaedam a nativitate caeca, ad quoddam oratorium beati Francisci a matre perducta, Christi nomine invocato, visum, quem nunquam habuerat, beati Francisci meritis meruit invenire.

132. In civitate Aretii, mulier quae per septem annos non viderat, in ecclesia beati Francisci prope civitatem constructa visum amissum recepit.

133. In eadem civitate filius pauperis mulieris a beato Francisco, cui eum voverat mulier, illuminatus est.

134. Caecus quidam de Spello, coram tumulo sacri corporis, visum diu perditum reinvenit.

135. In Podio Bonizi, Florentinae dioecesis, mulier quaedam caeca exsistens, per revelationem coepit oraculum quoddam beati Francisci visitare. Quae cum illuc delata coram altare miseranda iaceret, continuo visum recipiens sine duce ad propria remeavit.

136. Alia vero mulier de Camerino, cum esset dexteri oculi lumine privata ex toto, pannum quem beatus Franciscus tetigerat parentes eius supra praedictum oculum posuerunt, et sic voto facto, de recuperato lumine Domino Deo et sancto Francisco gratias persolverunt.

137. Simile aliud cuidam mulieri de Eugubio accidit; quae, voto facto, lucem pristinam se rehabere laetatur.

138. Civis quidam de Assisio, per quinquennium perdito lumine oculorum, qui cum adhuc viveret beatus Franciscus, familiaris fuerat ei, semper cum

8. *A B om.* Christi 23. propria] *A B* patriam

oraret beatum Franciscum, pristinam familiaritatem commemorans, ad tactum sepulcri eius exstitit liberatus.

139. Albertinus de Narnio, amisso lumine oculorum, palpebris usque ad genas dependentibus, beato Francisco se vovens, illuminari meruit et sanari.

140. Iuvenis quidam, Villa nomine, ambulare non poterat neque loqui. Pro quo mater, fidei voto ceream imaginem faciens, ad locum in quo beatus pater Franciscus requiescit, magna cum reverentia deportavit. Quae domum regrediens ambulantem reperit filium et loquentem.

141. Homo quidam, in episcopatu Perusii, loquela et verbo privatus omnino, semper os ferens apertum, horribiliter oscitabat. Habebat enim guttur valde tumidum et inflatum. Cumque pervenisset ad locum ubi requiescit sanctissimum corpus, et per gradum ad sepulcrum eius vellet attingere, sanguinem multum evomuit et peroptime liberatus coepit loqui et os claudere, ac sicut expedit aperire.

142. Mulier quaedam, lapidem habens in gutture, prae nimio ardore linguae ariditatem incurrit. Non enim poterat loqui, non comedere, neque bibere. Quae cum, multis medicamentis adhibitis, nullum sentiret commodum nec levamen, tandem beato Francisco in corde se vovit et subito, carne aperta, lapidem per guttur emisit.

143. Bartholomeus de castro Arpini, Sorani episcopatus, per septennium privatus auditu, ad invocationem nominis beati Francisci ipsum recepit.

144. In Sicilia mulier quaedam, de burgo Plaziae, loquelae officio privata, cordis lingua beatum Franciscum oravit, et desideratae locutionis gratiam reinvenit.

145. In oppido Nicosino, sacerdos quidam ad matutinum ex more surrexit, et a lectore de bene-

7. *A B* nec 22. non] *A B* nec

dictione solita requisitus, quid barbarum nescio respondens infrenduit. Sic mente captus, pertractus domum, loquelam per mensem unum penitus amisit. Qui cum ad cuiusdam viri Dei consilium se sancto Francisco voveret, loquelae officium, ab insania liberatus, assequitur.

De leprosis et sanguifluis. XV.

146. Apud Sanctum Severinum iuvenis quidam, Acto nomine, totus leprosus erat. Cuius membris exsistentibus omnibus turgidis et protensis, horrendo aspectu cuncta cernebat ipse. Sic miser in loco aegritudinis assidue iacens, parentibus suis multam tristitiam ingerebat. Quem pater die quadam aggrediens, ut se beato Francisco voveret illi suasit. Quo gaudenter consentiente, pater fecit apportari candelae licinium, de quo ipsius longitudine mensurata, singulis annis huius longitudinis candelam beato Francisco iuvenis portare se vovit. Qui, voto emisso, illico de loco consurgens a lepra mundatus est.

147. Vir alius, nomine Bonushomo, de civitate Fani, paralyticus et leprosus, ad ecclesiam beati Francisci a parentibus deportatus, utriusque morbi plenam consecutus est sanitatem.

148. Nobilis quaedam mulier, Rogata nomine, in episcopatu Sorano, cum per viginti quatuor annos fluxum sanguinis passa foret, audiens quemdam puerum romano sermone canentem miracula quae Deus per beatum Franciscum fecerat hiis diebus, nimio dolore commota, tota prorupit in lacrimas, sicque intra se fide accensa dicere coepit: O beatissime pater Francisce, per quem tanta miracula coruscant,

si me digneris ab hac aegritudine liberare; adhuc tam magnum miraculum non fecisti. Nam [pro nimio] sanguinis fluxu videbatur praedicta mulier saepius exspirare. Et si quando fluxus restringebatur, toto corpore tumescebat. Quid plura? Paucis elapsis diebus, sentit se beatissimi Francisci meritis liberatam. Filium quoque eius, Marium nomine, qui brachium habebat contractum, sanctus Dei solo voto sanavit.

149. Feminam quamdam de Sicilia, per septennium fluxu sanguinis fatigatam, beatus Franciscus Christi signifer sanam fecit.

De insanis et daemoniacis. XVI.

150. Petrus de Fulgineo, qui ad visitandum limina beati Michaelis quodam tempore properavit, cum fontis cuiusdam aquam gustaret, visum est sibi daemones imbibisse. Unde et per tres annos obsessus, discerpebatur in corpore, pessima loquens et horrenda praetendens. Tandem, mox ut sepulcrum beati patris manu contigit et sancti patris virtutem humiliter invocavit, a daemonibus eum crudeliter discerpentibus mirifice liberatus fuit.

151. Mulieri cuidam de civitate Narnii daemonium habenti praecepit in somnis ut crucis se signaculo consignaret. Quae cum mente perdita se signare penitus ignoraret, beatus pater ei signum crucis impressit et cunctam ab ea passionem diabolicam effugavit.

152. In Maritima, mulier quaedam, mentis alienatione per quinquennium passa, visu et auditu pri-

1. *FA* dignaveris 2. magnum] *FA* maximum 2-3. pro nimio] *M* praevio 11. *FA* fluxum

vata est. Indumenta dilaniabat dentibus, ignis et aquae periculum non timebat, et caduci morbi ad summum incurrerat horribilem passionem. Nocte quadam, cum disponeret sibi divina misericordia misereri, somno arripitur salutari. Vidit enim beatum Franciscum super solium sedere pulcherrimum, ante quem prostrata sanitatem suppliciter expetebat. Illo vero nondum favente precibus, firmat mulier votum, promittens pro ipsius amore petentibus, donec haberet, eleemosynam non negare. Illico sanctus pactum recognovit, quod olim cum Deo simile fecerat, et signans eam crucis signaculo, integram sibi restituit sanitatem.

153. Puella quaedam apud Nursiam, languore diu pervasa, tandem daemonio vexata innotuit. Nam saepe stridens dentibus seipsam dilacerabat, nec praecipitia vitans, nec discrimina pavens. Sicque loquela perdita et membrorum officiis destituta, nihil rationale praetendebat. Parentes eius, hereditaria confusione obsessi, ligatam in grabato super iumentum Assisium detulerunt. Cumque in die Circumcisionis Dominicae coram altari sancti Francisci, dum missarum agerentur solemnia, proiecta iaceret, subito nescio quod evomuit maledictum. Continuo super plantam se erigens, altare sancti Francisci deosculata est, et ab omni morbo plenarie liberata, in hanc vocem prorupit: Laudate Deum et sanctum eius.

154. Caduci morbi non minus horrendo quam dolendo cruciatu cuiusdam nobilis filius tenebatur. Ore spumabat, truci aspectu cuncta cernebat, et membrorum abusu nescio quid diabolicum exspuebat. Clamabant parentes ad sanctum Dei, poscentes remedium, et miserum filium pedibus eius affectibus offerebant. Apparuit igitur dormienti matri nocte quadam pietatis amicus, et ait ad eam: Ecce nunc veni salvare filium tuum. Ad quam vocem exper-

gefacta mulier tremebunda surrexit, et filium suum perfecte sanatum invenit.

155. In vita sua quam mirabili potestate contra daemones claruit, non arbitror esse silendum. In castello Sancti Gemini tempore quodam vir Dei, regnum caelorum evangelizans, apud quemdam timentem Deum, cuius uxor, sicut omnibus notum erat, a daemonio vexabatur, hospitaturus intravit. Rogatusque beatus Franciscus pro illa, hominum timens applausum, hoc facere penitus recusavit. Tandem multis precibus exoratus, in tribus angulis tres fratres qui cum eo erant ad orandum constituit, in Christo ipse oraturus secessit. Oratione completa, ad mulierem, quae miserabiliter torquebatur, confidenter accessit, in nomine Iesu Christi daemonio imperans ut exiret. Qui ad eius imperium tanta velocitate cum furore recessit, ut vir Dei putaret sibi fuisse illusum. Propter hoc ideo de loco illo cum rubore recessit. Unde cum alia vice per idem castrum transiret, mulier illa foris per plateam clamabat post eum, vestigia pedum eius deosculans, ut sibi eloqui dignaretur. Qui per multos tunc de liberatione illius certus effectus, vix tandem sibi loqui multis precantibus acquievit.

156. Cum esset alio tempore apud Civitatem de Castello, mulier quaedam daemonium habens, ad domum in qua ipse manebat perducta est. Quae, foris stans et dentibus frendens, omnes latratibus infestabat. Multum vero sanctum Dei pro illius liberatione suppliciter rogaverunt, gravatos se longo tempore illius insania conquerentes. Beatus Franciscus misit ad eam fratrem qui secum erat, experiri volens utrum foret daemonium an deceptio muliebris. At ipsa, sciens sanctum Franciscum non esse, eum derisit et pro modico duxit. Pater sanctus intus erat orans. Qui, oratione completa, ad mulierem foras exivit. Cuius praesentiam ferre non

valens, volutabatur cum fremitu super terram. Sanctus Dei exire daemonem per obedientiam imperavit. Qui statim egrediens incolumem mulierem reliquit.

De contractis et confractis. XVII.

157. In comitatu Parmensi natus est cuidam filius qui pedem habebat transversum, calcaneum scilicet ante et posterius digitos. Erat homo pauper, sed sancto Francisco devotus. Conquerebatur quotidie sancto Francisco de filio ad opprobrium nato, semper suam exagerans paupertatem. Cumque mente tractaret tenelli pueri pedem ad decentem situm reducere violenter, concedente nutrice, tempore quo in balneo pueri membra mollescerent, hoc ipsum facere disponebat. Verum antequam foret tanta temeritas attentata, cum puer a fascia solveretur, sancti Francisci meritis ita inventus est sanus, ac si nullam enormitatem primitus habuisset.

158. Apud Scopletum in Amiterno, vir et uxor, unicum habentes filium, quotidie illum velut hereditarium opprobrium deplorabant. Non enim homo, sed monstrum quoddam potius videbatur, cum perverso naturae ordine anteriora membra forent posterius devoluta. Brachiis siquidem collo connexis, iunctisque manibus pectori, et pedibus manibus alligatis, globus apparebat, [non] bustus. Nam et a parentum atque vicinorum aspectibus, ne illum cernerent, amovebant, satis dolore sed plus erubescentia sauciati. Proinde vir, dolore affectus, exprobrabat uxori quod non sicut caeterae mulieres filios procrearet, sed monstra quaedam quae nec erant brutissimis comparanda, torquens Dei iudicium ex

25. M umbustus

peccato provenire uxoris. Illa vero, moerore afflicta et rubore confusa, crebris gemitibus clamabat ad Christum, sancti Francisci auxilium invocando, ut infelici sibi et in tali opprobrio constitutae succurrere dignaretur. Nocte quadam cum propter huiuscemodi tristitiam tristi somno arriperetur, apparuit ei sanctus Franciscus, piis eam affatibus mulcens: Surge, inquit, et porta puerum ad locum propinquum meo nomine dedicatum, et ipsum in aqua illius putei balneabis. Mox enim ut tali aqua puerum superfundes, sanitatem integram consequetur. Neglexit mulier sancti mandatum adimplere de puero, et secunda vice sibi apparenti et haec eadem replicanti minime acquievit. Sed eius simplicitatem pie sanctus commiserans, stupendo modo addidit misereri. Tertio namque cum Virgine gloriosa et sanctorum Apostolorum nobilissimo comitatu sibi apparuit, et accipiens eam cum puero ante ianuam dicti loci transtulit in momento. Cumque iam aurora inciperet apparere omnisque corporea illa visio discessisset, obstupefacta mulier et ultra quam credi valeat admirata, pulsavit ad ianuam. Ingessit fratribus de rei novitate non modicam admirationem, exspectans tota fiducia pueri sanitatem, tertio iam oraculo repromissam. Advenere postmodum nobiles mulieres de eadem provincia causa devotionis, et quae contigerant audientes, admiratae sunt valde. Hauriunt extemplo aquam de puteo, et earum nobilior propriis manibus puerum balneavit. Statim puer, omnibus membris ad sua loca productis, sanus apparuit, et magnitudo miraculi omnibus admirationem induxit.

159. In castro Chorae, Hostiensis dioecesis, vir quidam crus perdiderat sic ex toto, ut nullo modo progredi vel movere se posset. Positus itaque in

27. *M* contingerant

angustia vehementi et auxilio desperatus humano, coepit nocte quadam, ac si praesentem cerneret beatum Franciscum, talem coram eo assumere materiam querelandi: Adiuva me, sancte Francisce, recolens meum servitium et devotionem tibi impensam. Nam in asino meo te portavi, sanctos pedes tuos et sanctas manus osculatus fui. Semper tibi devotus, semper benevolus exstiti; et ecce morior doloris huius durissimo cruciatu. Hiis pulsatus querelis, statim adfuit beneficiorum memor, devotioni gratus, et vigilanti viro cum uno fratre apparuit. Vocatus ab eo venisse se dixit, ferens remedia sanitatis. Tetigit locum doloris cum baculo parvulo, qui figuram thau in se habebat, et fracto mox apostemate, post consecutam sanitatem usque hodie signum thau super locum remansit. Hoc signo sanctus Franciscus suas consignabat litteras, quoties necessitatis vel caritatis causa scriptum aliquod dirigebat.

160. Puella quaedam allata est ad sepulcrum eius, quae per annum habens collum monstruose plicatum et caput humero adnexum, non nisi ex obliquo respicere quemquam poterat. Quae dum sub arca, in qua reconditum erat pretios[um sancti] corpus, caput immitteret, confestim collum erexit; et ex sua subita mutatione stupefacta, coepit fugere atque flere. Fovea quaedam apparebat in humero, cui applicitum fuerat caput eius, propter situm quem fecerat infirmitas diuturna.

161. In comitatu Narniensi, puer quidam tam enormi contractione tibiam retortam gerebat, quod nisi duorum baculorum suffragio nullo modo poterat ambulare. Ab infantia hac infirmitate detentus, mendicus effectus, patrem et matrem minime cognoscebat. Qui meritis beati Francisci a dicto periculo liberatus, absque baculo, quo voluit liber ivit.

23. *M* pretiosi famuli *correct. ex CG, cf. Leg. I, p. 136, 17.*
24. *AB om.* collum

162. Nicholaus quidam de Fulgineo, cum haberet crus sinistrum contractum, nimio dolore gravatus, ad recuperandam pristinam sanitatem tanta expendit in medicis, quod ultra velle ac posse se debitis obligavit. Tandem cum eorum auxilium in nullo sibi penitus profecisset, dolore tam maximo sauciatus, in tantum quod geminatis clamoribus vicinos de nocte non permitteret obdormire, vovens se Deo et beato Francisco, fecit se ad eius tumulum deportari. Cumque per noctem orans coram sancti tumulo moraretur, extenso crure, magno exhilaratus gaudio, sine baculo ad propria remeavit.

163. Puer unus etiam crus habens contractum, ita quod genu eius pectori et calcaneum natibus adhaereret, ad sepulcrum beati Francisci portatus, patre ipsius carnem propriam macerante cilicio ac matre pro ipso se graviter affligente, plena et subita sanitate convaluit.

164. In Fanensi civitate quidam contractus erat, cuius tibiae ulceribus plenae natibus adhaerebant, quae tantum exhalabant foetorem, quod hospitalarii nullo modo eum volebant in hospitali recipere vel tenere. Qui meritis beati patris Francisci, cuius misericordiam invocavit, se paulo post gavisus est liberatum.

165. Quaedam puella Eugubina, cum contractis manibus omnium membrorum officium per annum penitus amisisset, ad obtinendam gratiam sanitatis, nutrix eius cum imagine cerea ipsam ad beati Francisci tumulum deportavit. Cumque ibidem per octo dierum spatium moraretur, die una ita propriis usibus restituta sunt omnia membra eius, quod ad pristina officia idonea solita haberentur.

166. Alius quoque puer de Monte Nigro, ante fores ecclesiae ubi requiescit corpus sancti Francisci, per plures dies decubans, quia nec ire poterat nec sedere, a cingulo enim et infra omnibus erat viribus

et membrorum officio destitutus, quadam die intrans ecclesiam, ad tactum sepulcri beatissimi patris Francisci foras sanus et incolumis est regressus. Dicebat autem puerulus ipse quod, dum coram tumulo gloriosi sancti iaceret, adstitit ei iuvenis quidam, habitu fratrum indutus, supra sepulcrum exsistens, qui pira in manibus portans vocavit eum, et praebens ei pirum unum, ut surgeret confortavit. Qui pirum de manibus eius suscipiens, respondebat: Ecce contractus sum et nullo modo surgere possum. Pirum vero exhibitum manducavit, et ad aliud pirum, quod ei ab eodem iuvene offerebatur, coepit extendere manum. Qui dum iterum eum ut surgeret hortaretur, infirmitate gravatum se sentiens, non surgebat. Sed dum ad pirum manum extenderet, dictus iuvenis, exhibito illi piro, manum eius apprehendit, et foras educens eum disparuit ab oculis eius. Qui sanum et incolumem se videns, coepit alta voce clamare, quod factum in eo fuerat omnibus manifestans.

167. Quidam alius civis Eugubinus, cum filium suum in cista contractum ad sancti patris tumulum detulisset, sanum et incolumem recepit eum. Fuerat enim tanta enormitate contractus ut tibiae natibus adhaerentes forent penitus arefactae.

168. In dioecesi Vulterrana vir unus, nomine Riccomagnus, qui vix manibus per terram trahere se valebat, a matre propria propter mon[str]uosam turgiditatem relictus, beato Francisco humiliter se devovens, fuit continuo liberatus.

169. In eadem dioecesi mulieres duae, Viridis et Sanguinea nomine, cum sic essent contractae, ut penitus se movere non possent, nisi ab aliis portarentur, excoriatis manibus, quibus se movendo innitebantur, ex solo voto redditae sunt sanitati.

170. Vir quidam Iacobus, de Podio Bonizi, cum

27. *M* montuosam

adeo esset miserabiliter curvus atque contractus quod ore genibus adhaereret, mater eius mulier vidua ad quoddam oratorium beati Francisci ipsum portavit, et oratione pro ipsius liberatione ad Dominum fusa, sanum et incolumem illum domum reduxit.

171. In Vico Albo, cuiusdam mulieris manus sicca meritis sancti patris reliquae similis est effecta.

172. In civitate Capuae, mulier quaedam sepulcrum beati Francisci personaliter visitare se vovit; quae, propter curam rei familiaris voti emissi oblita, dexterum latus subito perdidit. Caput etiam et brachium, contractis nervis, in aliquam partem evolvere non valebat. Sicque tota plena doloribus, vicinos suos ululatu continuo fatigabat. Transeuntes igitur duo fratres ante domum illius, rogati a sacerdote quodam, ad miseram intraverunt. Quae de omisso voto confessa, benedictione ab illis recepta, eadem hora sana surrexit. Et per poenam sapientior facta, sine mora quod voverat adimplevit.

173. Bartholomeus de Narnio, sub umbra cuiusdam arboris dormiens, diabolica correptione ex toto tibiam perdidit atque pedem, et homo exsistens pauperrimus, quo se verteret nesciebat. Sed amator pauperum, signifer Christi Franciscus, ad quemdam locum, in somnis sibi apparens, eum ire praecepit. Ad quem cum ille se pertraheret, sed a directo itinere declinaret, audivit vocem dicentem sibi: Pax tibi. Ego sum ille cui te vovisti. Et perducens illum ad locum, manum unam, ut illi videbatur, super pedem et aliam super tibiam eius imposuit, et membra sic arida restauravit. Hic tunc provectae erat aetatis, et sex annorum spatio fuerat sic contractus.

174. Multa similia virtutum signa, dum adhuc in carne viveret, operatus fuit. Itaque per episcopatum Reatinum quandoque transiens, ad quamdam

30. *A B om.* eius

villam pervenit, in qua mulier lacrimis plena, octennem filium brachiis gestans, coram ipso deposuit. Iam etenim puer per annos quatuor sic enormiter exstiterat turgidus, ut nullo modo crura cernere posset. Quem sanctus benigne suscipiens, super ventrem eius illas vere sanctissimas manus deduxit. Ad cuius tactum, detumescente tumore, protinus incolumis factus, cum matre iam laeta, Deo et sancto eius copiosas gratias retulit.

175. In civitate Tuscanella, miles quidam beatum Franciscum suscepit hospitio; cui filius unicus claudus et toto corpore debilis erat. Qui licet annos ablactationis transisset, adhuc tamen in cunabulis decubabat. Hic pedibus beati viri humiliter se prostravit, filii sui ab eo flebiliter postulans sanitatem. Qui cum tantae gratiae se indignum cognosceret et clamaret, tandem precum illius instantia victus, oratione praemissa, puerum signavit et benedixit. Qui statim, cernentibus singulis et gaudentibus, surrexit incolumis et huc atque illuc, prout voluit, ambulavit.

176. Tempore alio cum apud Narnium devenisset, vir quidam eiusdem civitatis, Petrus nomine, paralyticus in lecto iacens, audiens sanctum Dei Narnium advenisse, rogari fecit Episcopum civitatis ut servum Dei altissimi ad sanandum ipsum mittere dignaretur. Ita erat omnium membrorum officio destitutus, ut solam linguam et oculos movere utcumque valeret. Beatus Franciscus ad eum accedens, a capite usque ad pedes signum cruci[s] super eum protraxit, et mox, omni morbo fugato, eum pristinae restituit sanitati.

177. Apud Eugubium, mulier quaedam manus ambas contractas habens, nihil cum eis poterat operari. Quae cum virum Dei civitatem intrasse cognosceret, dolens et moerens ad eum statim cu-

28) M cruci

currit, miseranda facie manus ei contractas ostendens. Super quam pietate permotus, manus eius tetigit et sanavit. Mulier autem, statim rediens domum, caseatam unam propriis manibus laetabunda paravit, eamque obtulit sancto viro. Ipse vero parumper ex ea suscipiens, ob devotionem intimam mulieris, reliquum iussit eam cum familia manducare.

178. Ad civitatem Ortensem aliquando hospitaturus advenit, cum puer quidam, Iacobus nomine, conglomeratus diu iacens, coram eo sanitatem una cum parentibus expetebat a sancto. Diuturna namque infirmitate caput genibus portabat applicitum et ossa nonnulla confracta gerebat. Signo itaque benedictionis a sancto Francisco suscepto, in instanti deglomerari coepit, et perfecte extensus optime liberatus fuit.

179. Alius eiusdem accola civitatis, strumam ad magnitudinem magni panis inter scapulas gerens, signatus a sancto Francisco, sic fuit de subito plenarie liberatus, ut nec vestigium aliquod remaneret.

180. In hospitali Civitatis Castelli, notus omnibus iuvenis, per septem annos contractus, per humum quasi bestia se trahebat. Pro quo mater sancto Francisco frequentius supplicavit ut reptilem filium gressui repararet. Cumque votum emissum sanctus exciperet et precantis matris gemitus exaudiret, statim monstruosis vinculis resolutis, naturali restituit filium libertati.

181. Praxedis, religiosarum famosissima in Urbe ac orbe Romano, quae a tenella infantia sua, propter aeterni Sponsi amorem, carcere arcto se per quadraginta iam fere annos abdiderat, apud sanctum Franciscum familiaritatis gratiam commeruit specialem.

29-30. Praxedis - Romano] *FA* Religiosa quaedam 31-3 *(p. 424)*. carcere - chordam] *FA* per triginta iam fere annos carcere se arcto abdiderat, beati Francisci, dum viveret, solatium familiaritatis commeruit.

Nam quod nulli feminae alteri fecit, ad obedientiam eam suscepit, pia devotione concedens ei religionis habitum, tunicam videlicet atque chordam. Cum haec die quadam pro rebus sibi opportunis solarium suae cellulae ascendisset, impulsione phantastica, crudeli casu corruit super terram. Sicque pede penitus cum crure confracto, insuper a positione sua ex toto se humerus sequestravit. Cumque per multos annos elapsos universorum virgo Christi ignoraret adspectus, et semper se ignoraturam firmum haberet propositum, quasi truncus super terram iacens et nullius solamen admittens, quo se verteret nesciebat. Cuiusdam Cardinalis iussu et religiosorum consilio ad frangendum carcerem cogebatur, ut alicuius religiosae feminae solatio frueretur, mortis periculum cavens, quod per incuriam et neglectum accidere potuisset. Ipsa vero hoc facere penitus renuens, modis quibus poterat resistebat, ne vel ad modicum votum suum contingeret violare. Miserationis proinde divinae pedibus obnixe provolvitur, et piis querimoniis beatissimo patri Francisco, cum sero factum esset, conqueritur: Sanctissime, inquit, mi pater, qui tantorum necessitatibus ubique benigne subvenis, quos in carne positus nesciebas, cur mihi miserrimae, quae tuam dulcissimam gratiam utcumque te vivente promerui, non succurris? Oportet enim, ut cernis, beate pater, aut mutare propositum, aut mortis subire iudicium. Cumque sermones huiuscemodi corde atque ore revolveret, et miserandum affectum ingeminatis singultibus aperiret, subito capta sopore, venit in excessu mentis. Et ecce benignissimus pater, vestimentis gloriae candidatus, carcere in obscuro descendens,

3. *FA om.* haec 7. *FA om.* insuper 8. Cumque-annos] *FA* Cum igitur per multos iam annos 10. se ignoraturam] *FA* nescire 13. Cardinalis] *FA* magni praelati 16. accidere] *FA* incurrere facile 17–19. modis-violare] *FA* ne veniret contra votum modis quibus poterat renitebatur 30 *FA* excessum

dulcibus affatibus alloqui eam coepit: Surge, inquit, filia benedicta, surge, ne timeas. Sanitatis integrae suscipe signum et inviolabiliter tuum serva propositum. Et apprehensa manu eius, elevans eam, disparuit. Ipsa vero per cellulam suam huc atque illuc se convertens, nesciebat quod per servum Dei in ea fuisset effectum. Putabat enim se visum videre. Tandem veniens ad fenestram solitum signum fecit. Ad quam citissime monachus quidam accedens, et ultra quam credi potest admirans, ad eam dixit: Quid factum est, mater, quod surgere potuisti? At ipsa adhuc somniare se credens et ipsum non esse putans, ignem accendi proposcit. Apportato iam lumine, in se reversa, nullum dolorem sentiens, cuncta quae acciderant per ordinem enarravit.

De quibusdam diversis miraculis. XVIII.

182. In Sabinensi dioecesi vetula quaedam octogenaria erat, quae duas filias prius habens, unius earum filium iam defunctae lactandum alteri commendavit. Qua tandem et ipsa de marito concipiente, lac a mamillis defecit. Nulla igitur erat quae orbato infantulo subveniret, nulla quae sitienti puero lactis stillicidium erogaret. Cruciatur pro nepotulo querula anus, et extrema paupertate infelix, quo se vertere posset ignorat. Debilitatur puer ac deficit, et simul cum eo avia compassione commoritur. Circuit vetula per vicos et domos, et nemo est a clamoribus liber. Nocte quadam ad mitigandos vagitus arentia ubera in ore ponit infantis, et lacrimis plena beati Francisci consilium et iuvamen exposcit. Statim

7. fuisset effectum] *FA* fuerat operatum 11. mater] *A B* mulier 15. *Post* enarravit *FA, quod hic explicit, addit*: Huic narrationi et nos iam finem imponimus, multitudine scribendorum miraculorum silentium indicente. Deo gratias. Amen.

adest innocentis amator aetatis, et solita pietate miseris miseretur: Ego sum, inquit, Franciscus, o mulier, quem tantis lacrimis invocasti. Pone, ait, mammas in ore pueruli, quoniam abundanter tibi lac Dominus dabit. Implet anus sancti mandatum, et statim octogenariae mammae lactis copiam fundunt. Fit notum omnibus, quia fidem oculi faciunt, et replentur omnes stupore, dum curva senectus iuvenili calore virescit. Accurrunt plurimi ad videndum; inter quos illius provinciae comes, quod rumori non credidit, experientia recognovit. Nam super adstantem comitem et de facto huiuscemodi perquirentem rugosa vetula rivum lactis influxit et a se tali eum aspersione fugavit. Benedicunt proinde omnes Dominum, qui facit mirabilia magna solus, et servum eius sanctum Franciscum sedulo venerantur obsequio. Crevit cito puer nutrimento mirabili, et aetatis suae in brevi iura transcendit.

183. Vir quidam, Martinus nomine, cum longe a castro suo boves duxisset ad pascua, crus unius bovis casu quodam sic est desperate confractum, ut nihil Martinus de remedio cogitaret. Dum autem pro decoriatione foret sollicitus et instrumentum aliquod non haberet, domum revertitur, beato Francisco bovis curam relinquens, ne ipsum lupi ante suum reditum devorarent. Summo mane ad bovem in silva relictum cum excoriatore revertitur, sed pascentem ita reperit bovem, quod nequaquam fractum crus ab altero discernebat. Gratias egit bono pastori, qui diligentem curam habuit et medelam donavit.

184. Vir alter de Amiterno, cum iumentum suum furto sublatum per triennium perdidisset, ad beatum Franciscum suas convertit querelas, supplici se illi lamentatione prosternens. Nocte quadam, cum se sopori dedisset, audivit vocem dicentem sibi: Surge, vade Spoletum, et inde iumentum tuum reduces. Evigilans ille ad vocem obstupuit, et iterum obdor-

mivit. Cumque iterum vocaretur, et similem denuo reciperet visionem, conversus ille interrogat quisnam esset: Ego, inquit, ille sum Franciscus, quem rogasti. Timens adhuc ille ne foret illusio, mandatum distulit adimplere. Sed tertio iam vocatus, devotus pro suis commodis obedivit; perrexit Spoletum, et iumentum sanum repertum ac liberaliter restitutum domum reduxit. Rem istam omnibus ubique narravit, et sancti Francisci servum se perpetuo fecit.

185. Quidam popularis homo de Interdoclo catinum valde pulchrum emerat, quod uxori tradiderat studiose servandum. Die quadam uxoris ancilla catinum accepit, et in eo pannos cum lixivio abluendos immisit. Sed tam solis ardore quam calore lixivii sic fuit usquequaque divisum, ut nulli usui deinceps aptum foret. Retulit catinum ad dominam suam famula tremebunda; plus lacrimis quam verbis indicat factum. Pavens non minus illa, furore mariti perterrita, certissime verbera exspectabat. Abscondit illud interim diligenter et sancti Francisci merita invocat, deposcit et gratiam. Subito per sancti suffragia partes partibus coniunguntur, et divisum per scissuras reintegratur catinum. Fit gaudium convicinis, quae prius timenti compassae fuerant, et ad mariti notitiam rem mirandam uxor prima deduxit.

186. In Marchia, quidam de Monte Ulmi, cum die quadam vomerem in aratro mitteret, fractus est vomer totaliter et divisus in partes. Tristis effectus homo, cum tam de fractura vomeris quam de perdita dieta lacrimaretur non parum: O beate Francisce, inquit, succurre mihi de tua misericordia confidenti. Annuatim fratribus tuis frumenti mensuram reddam et ipsorum servitiis occupabor, si modo gratiam experiar tuam, quam experiuntur innumeri. Oratione completa, consolidatus est vomer, reiunctum est ferrum, nec ullius remansit vestigium fractionis.

187. Clericus quidam de Vico Albo, nomine Mattheus, veneno mortifero bibito, in tantum gravatus fuit et manifeste laesus, quod aliquo modo loqui non valens solum finalem exitum exspectabat. Sacerdos quidam ut sibi confiteretur admonuit, et verbum unum ab eo extorquere non valuit. Ipse autem in corde suo humiliter Christum orabat, ut ipsum per beati Francisci merita liberaret. Moxque, cum beati Francisci nomen flebiliter nominavit, [coram] testibus qui aderant venenum evomuit.

188. Dominus Transmundus Anibaldi, Romanorum consul, tempore quo apud Senas Tusciae civitatem potestatis officio fungebatur, Nicholaum quemdam secum habebet, dilectum nimis et ad curae familiaris obsequia promptum. In cuius maxilla cum subito letalis subortus fuisset morbus, morte[m] vicinam medici praedicebant. Soporato aliquantulum Virgo Christi apparuit Mater, praecipiens ei ut beato Francisco se voveret et ipsius absque mora limina visitaret. Mane surgens, cum domino suo recitat visionem; miratus dominus ille ad rei experientiam festinus accurrit. Cum eo igitur usque Assisium veniens, ante tumbam sancti Francisci amicum extemplo sanatum recepit. Mirabilis huius restitutio sanitatis, sed mirabilior dignatio Virginis, quae tam dignanter et infirmo homini condescendit, et sancti nostri merita sublimavit.

189. Succurrere novit hic sanctus omnibus invocantibus ipsum, nec dedignatur hominum qualescumque necessitates. In Hispania, apud Sanctum Facundum, vir quidam cerasum habebat in horto, quae uberes ex se fructus annuatim producens cultori proficiebat ad lucrum. Tempore quodam desiccata est

2. veneno-bibito] *FA* venenum mortiferum bibit, de quo 4. finalem] *FA* subitum 5. quidam-admonuit] *FA* vero ut ei confiteretur ad eum accessit 8. Moxque] *FA* Qui 9. flebiliter nominavit] *FA* denique nominaret *M om.* coram 16. *M* morte

arbor et a radicibus arefacta. Quam dum vellet succidere dominus, ne terram ulterius occuparet, monitus a vicino ut eam beato Francisco committeret, concessit hoc ipsum. Miro igitur modo contra spem suo tempore viruit, floruit, fronduit, fructusque, sicut fuerat consueta, produxit. Unde propter tanti miraculi gratiam annuatim fructus eius fratribus transmittit.

190. Cum apud Villesios quorumdam vermium peste vineae laederentur, a quodam de ordine Praedicatorum incolae consilium pro huiusmodi pestis remedio petierunt. Qui cum duos sanctos quales vellent doceret eligere, ac sorte unum ex eis ad removendum pestem habere patronum, sanctum Franciscum et sanctum Dominicum elegerunt. Missa proinde sors cecidit super sanctum Franciscum; et ad sua suffragia hominibus devolutis, statim omnis pestilentia fugit. Ipsum propterea speciali reverentia colunt et suum Ordinem affectione multiplici venerantur. Nam et singulis annis pro miraculo vinearum transmittunt fratribus vini eleemosinam specialem.

191. Iuxta Palentiam sacerdos quidam horreum habebat ad triticum conservandum, quod in sacerdotis damnum quolibet anno gurgulionibus, vermibus scilicet frumentariis, replebatur. Cumque sacerdos, tanto conturbatus dispendio, remedium aliquod cogitaret, beato Francisco custodiendum horreum assignavit. Quo facto, post modicum extra horreum omnes vermiculos congregatos et mortuos reperit, nec ultra pestem huiuscemodi toleravit. Sacerdos vero, pro exauditione devotus et pro beneficio non ingratus, sancti Francisci amore praebet de tritico pauperibus annuam pensionem.

192. Temporibus illis, quando brucorum odiosa pestis regnum Apuliae devastavit, dominus cuiusdam castri, quod dicitur Petramala, beato Francisco terram suam suppliciter commendavit. Quae meritis sancti a

maledicta peste penitus indemnis remansit, cum tamen in circuitu omnia essent praedicta pestilentia devorata.

193. Domina quaedam nobilis de castro Galetae, inter mamillas morbum fistulae tolerabat; quae, foetore simul et dolore afflicta, salubre nullum iuvamen invenerat. Intravit haec die quadam, causa orationis, ecclesiam Fratrum; ubi libellum cernens sancti Francisci vitam et miracula continentem, quidnam in eo contineretur sollicite perquisivit. Cumque de veritate instructa foret, librum lacrimis perfusa suscepit, eumque super morbidum locum expandit: Sicut vera, inquit, sunt, sancte Francisce, quae de te in hac pagina sunt conscripta, ita nunc tuis sanctis meritis liberer ab hac plaga. Et aliquandiu flens et devotioni insistens, protinus submotis tegminibus tam plena salute consolidata est, ut nullum posset deinceps cicatricis vestigium deprehendi.

194. Accidit huic simile in Romaniae partibus, cum pater pro filio gravi ulcere sauciato sanctum Franciscum piis pulsavit precibus: Si vera, inquit, sunt, sancte Dei, mira quae de te toto orbe vulgantur, experiar in hoc filio ad Dei laudem tuae clementiam pietatis. Repente fracto desuper opertorio, coram cunctorum oculis stuellum erupit de vulnere, caroque pueri sic exstitit solidata, ut sine signo morbi praeteriti remaneret.

195. Beato Francisco adhuc in carne vivente, frater quidam infirmitate horribili torquebatur, ex qua sic totus saepe allidebatur, ut membra eius omnia quasi in circulum verterentur. Nam quandoque extensus et rigidus totus, pedibus capiti coequatis, quantum viri statura est elevabatur in altum, subitoque ad terram resiliens, volutabatur spumans. Cuius languorem sanctus pater nimium miseratus, oratione

19. *A B* Romanis

super eum effusa, signo crucis ita eum sanavit, ut talis infirmitatis molestias nullas de caetero sustineret.

196. Post mortem beati patris alius quidam frater morbum fistulae in iliis adeo gravem habebat, quod ab omni cura sanitatis omnino iam fuerat desperatus. Qui cum a ministro suo visitandi locum beati Francisci licentiam postularet, et minister ei non daret licentiam, ne propter laborem itineris periculum maius incurreret, frater aliquantulum contristatus est. Cui beatus Franciscus adstitit quadam nocte, dicens: Noli, fili, contristari de caetero: sed, proiecta pelle qua indueris, emplaustrum depone de plaga, servaque regulam tuam, et continuo liberaberis. Qui mane consurgens, fecit quae sibi sanctus mandaverat, et subitam obtinuit sanitatem.

197. Vir unus, cum sagitta ferrea graviter esset vulneratus in capite, nullo poterat medicorum auxilio adiuvari, quia sagitta per oculi capsam intrarat et in capite remanserat interclusa. Qui devotione supplici beato Francisco se vovens, dum aliquantulum quiesceret et dormiret, audivit beatum Franciscum sibi dicentem in somnis, quod per posteriorem partem capitis faceret trahi sagittam. Sicque, prout in somnis audierat faciens, die sequenti sine difficultate magna exstitit liberatus.

3. Post-frater] *FA* Frater quidam 4. gravem habebat] *FA* gravissimum tolerabat 6. *FA* visitare 7. *FA* postulasset 7-9. minister-est] *FA* ei minister ne propter fatigationem maius incurreret periculum denegaret, contristatus frater aliquantulum doluit 10. *FA* sanctus 12. *FA* sepone... observaque 14-15. fecit-sanitatem] *FA* iuxta praeceptum eius omnia fecit et subitam salutem obtinuit quam audivi. 16-23. *FA* Vir unus cum esset in capite sagitta ferrea graviter vulneratus, et sagitta illa intrans per capsam oculi remansisset in capite, nullo poterat medicorum auxilio adiuvari. Vovit se deinde devotione supplici sancto Dei Francisco, sperans se posse ipsius suffragio liberari. Qui dum aliquantulum quiesceret et dormiret dictum est ei a sancto Francisco in somnis quod per posteriorem partem capitis faceret eam trahi 24. audierat] *FA* viderat

Finalis conclusio miraculorum beati Francisci. XIX.

198. Cum igitur immensa Christi Dei pietas ea quae de sancto suo et patre nostro scripta sunt et vulgata sequentibus signis vera esse confirmet, et absurdum merito videatur humano subiacere iudicio quod divino miraculo approbatur, rogo supplex ego et humilis dicti patris filius universos, quatenus ea dignanter suscipiant et reverenter auscultent. Quae licet minus digne sint dicta, in se tamen dignissima omni sunt veneratione colenda. Non enim despiciant imperitiam referentis, sed fidem, sed studium considerent, sed laborem. Non possumus quotidie nova cudere, non rotundis quadrata mutare, non omnium temporum et voluntatum varietatibus tam multiplicibus quod in uno accepimus applicare. Minime ad haec scribenda nos vitio vanitatis ingessimus, nec in tanta diversitate dictorum propriae voluntatis instinctu immersimus, sed rogantium fratrum extorsit hoc importunitas et nostrorum perfici iussit auctoritas praelatorum. Amen.

Finito libro sit laus et gloria Christo.

non rotundis] *A B* nec rotundis

OPUSCULA LITURGICA

I. LEGENDA AD USUM CHORI

TABULA COLLATORUM CODICUM

CODICES MANUSCRIPTI

A Assisiensis.
C Chisianus.
Co Corsinianus.
F Farfensis 21.
Fa Farfensis 23.
R Reginae Sueviae.
V Vallicellianus.

CODEX TYPIS EDITUS

P Papini (*seu editio codicis Assisiensis*).

TEXTUS EDITIONIS DESUMITUR

Num. 1-8 incl. *ex cod. A.* — Num. 9, lin. 9-14 *ex cod. V*; lin. 14 - Num. 13 incl. *ex cod. C.* — Num. 14-16 incl. *ex cod. R.* — Num. 17 *ex cod. C.*

II. SEQUENTIAE

I. Iuxta hodiernum Missale Romano-seraphicum.
AS Acta Sanctorum *ex duplici ms. cod. membran. Assisiensi.*
P Missale Parisiis editum anno 1520 (ap. Kehren *Lateinische Sequenzen des Mittelalters*, Mainz, 1873).

II. Iuxta A. Daniel, *Thesaurus Hymnologicus*, tom. V, p. 314, n. 631 Lipsiae, 1856.

LEGENDA AD USUM CHORI

Prooemium.

1. Rogasti me, frater Benedicte, ut de legenda beatissimi patris nostri Francisci quaedam exciperem et ea in novem lectionum seriem ordinarem, quatenus in breviariis deberent haec poni, cum ob suam brevitatem ab omnibus possent haberi. Feci quod potui, et quia vir desideriorum es, devote (licet minus digne) tuo beneplacito satisfeci. Peto mercedem huius brevis laboris manentem fructum sanctae orationis.

2. Beatus Franciscus de civitate Assisii ortus a puerilibus annis nutritus exstitit insolenter. Qui negotiator effectus fere usque ad vigesimum quintum aetatis suae annum tempus suum vane vivendo consumpsit. Dum enim mundi huius implicamentis evolvi nullius virtutis expeditione curaret, infirmitatis eum Dominus flagello corripuit, sicque mutatione dexterae Excelsi subito in virum alterum conversus est, et ad mercandum regnum caelorum spretis huius mundi divitiis tota deliberatione se dedit. Vendidit cuncta, quae habuit, lucratam pecuniam cuidam presbytero pauperi obtulit, quam, timore parentum illo recipere formidante, coram ipso incunctanter proii-

5. *A* eam 10. *P om.* brevis 12. *C* puerilibus operans annis 13. *Fa om.* ad *et leg.* vigesimum octavum *V om.* quintum 13–14. *C om.* quintum – suae 14. *F, Fa, R om.* suae *Co om.* vivendo 15. *P* consumit *Co* Cum mundi] *V* vivit 16. *Co* evolvitur *F* involvi *C* evolvitur nec ullius 19. mercandum] *P* merendum 19–20. *Fa om.* et addedit 20. *F* se Deo dedit 21. *F, Fa* ergo cuncta 23. formidante] *C* recusante ipso] *F* episcopo 23–1 *(p. 436). C* proiiciens in fenestram ecclesiae tanquam

ciens tanquam pulverem vilipendit. Ligatur proinde a carnali patre, includitur, caeditur, vinculatur, sed salutem corporis pro nomine Salvatoris contemnit.

3. Spernitur a civibus, luto, saxis impetitur, sed animum figens in Deum, surdum hiis omnibus se reddit. Die quadam, cum in Evangelio audiret quae locutus est Dominus discipulis suis missis ad praedicandum, statim ad universa servanda tota virtute assurgit. Solvit calceamenta de pedibus, tunica una sed vili induitur et pro corrigia immutavit funiculum. Reliqua vero summa cum diligentia, quoad vixit, ad litteram implere curavit. Relinquit patriam, mundo mortuus intrepidus ambulat. Tempore nivis capitur a latronibus et nudus ab eis in nivem proiicitur. Declinat ad quoddam coenobium, sed ibidem spretus vacuus recedit, nudus abscedit. Interea plus ac magis se sibi vilescens transfert se ad leprosos, et quos ante valde despexerat, omni diligentia colit; abstergit ulcera, saniem lavat, amplectitur in eis quidquid ab aliis fastiditur.

4. Interea Dominus aperit manum suam, ut de hac benedictione reliquos impleat. Dat sibi socios et sequaces, quos piis moribus felix pater informat;

1. proinde] *F, Fa* inde 2. patre] *F* parente 3. *Co* contempsit 4. civibus] *C* cunctis 5. *Fa* animum suum figens 5–6. *C* surdus in hiis omnibus redditur. Coram episcopo nudum se spoliat, habere se Deum in patrem affirmat et Petrum Bernardonem patrem suum carnalem refutat. 6. *Co, V* reddidit in Evangelio] *V* Evangelium 7–8. *C* cum audiret Evangelium in quo discipulis a Domino missis praecipitur ut nihil ferrent in via, statim 8. *F, Fa, R om.* servanda 9–20. *V om.* Solvit – fastiditur 10. *C, F, Fa om.* sed *C* commutavit *F* mutavit 11. *C* reliqua vero Sancti Evangelii summa *P om.* cum vixit] *R* iunxit 12. *F* adimplere *C, Co, F, Fa* Reliquit 13. *F, Fa* ambulavit *C* ambulans tempore nivis. 15. *Fa* ibi 16. *F, Fa* abscessit *C om.* nudus abscedit. *et add.* Accedit Eugubium, amicum primum quaerit, qui ipsum tunicula paupercula contexit 18. quos – colit] *C* eorum obsequio se mancipavit *Co om.* valde 19–20. *Fa om.* abstergit – fastiditur 19. ulcera] *Co* vulnera 20. ab] *C* in 21. *Fa* aperuit 22. *C om.* reliquos 23. informat] *Co* infortiat

evangelicam sequi docet perfectionem, summae paupertatis apprehendere titulum et viam sanctae simplicitatis incedere. Proponit verbum poenitentiae omnibus, et verbo licet simplici, sed corde magnifico annuntiat verbum Dei. Ante omnem suum sermonem pacem praemittit et salutationis gratia in verbo pacis praevenit omnes. Propterea multi, qui pacem oderant pariter et salutem, Domino cooperante pacem amplexati sunt toto corde, facti et ipsi filii pacis et aemuli salutis aeternae. Multi proinde nobiles et ignobiles, clerici et laici eius adhaerent vestigiis, et spreta saeculi pompa iugo Dei colla submittunt.

5. Ardet in sancto Dei sinceriter pietatis affectus; vigilantius adhibet studium in meliora proficiendi, sui atque suorum profectum concupiscit addiscere. Orat instanter, sacra compunctione afflatur, sopitur sensus carnis, introducitur in sanctuarium Dei; luculenter

1. *C* professionem 2. titulum] *F, Fa* culmen 4. *V* licet et simplici 6. salutationis] *V* Salvatoris *Co om.* in 8. cooperante] *C* cogente 9-10. et ipsi f. p. et aemuli] *C* Christi sancti filii pacis aemuli 11. *C* vestigiis eius et 12. spreta saeculi] *V* spectaculi *Post* submittunt *C add.* ferventer Domino servientes et paupertate et vera humilitate eleemosynas pro Dei amore petentes 13. *C, F* sincerae 14. in] *V* ut in - proficiendi] *C* semper in meliora proficere 15-5 *(p. 438)*. Orat - confirmavit] *C* Orat instanter et frequenter cum lacrimis sacra compunctione afflatus. Et crucifixus Domini a...(?)... loquens, ut ecclesiam suam ruinis iam proximam restauraret, iniunxit. Et ipso non solum illam ecclesiam Sancti Damiani, sed et gloriosae Virginis Mariae et Sancti Petri fideliter reparavit. Et cum oraret in monte, Salvator ei apparuit sicut in cruce confixus iniungens et inspirans ei, quod si vellet perfectus esse, mundo se crucifigeret, temporalia cuncta spernendo et crucem poenitentiae in anima et corpore ferventer portando. Saepe in suis devotis orationibus rapitur in excessu, sopitur in eo sensus carnis, introducitur in sanctuarium Dei et luculenter inspicit futurum sui gregis augmentum. Gratias agit Domino. Revelat filiis haec et plura, quae vidit. Inspiratus a Domino scribit sibi et fratribus suis praesentibus et futuris regulam evangelicam, omnem perfectionem sanctitatis et caritatis continentem, quam in calceamentis et vestibus opportunis et in ieiuniis pie et discrete temperavit, ministris et custodibus iniungendo, ut in necessitatibus fratribus condescenderent et retentionem pecuniae omnimode devitarent. Quam regulam Dominus Innocentius Papa approbavit et Papa Honorius postea confirmavit. 16. *V* sancta *F, V* afflatus

inspicit futurum sui gregis augmentum. Gratias agit Deo, revelat filiis haec et hiis plura, quae vidit. Scribit proinde regulam evangelicam sibi et suis habitis et habendis, quam Dominus Papa Innocentius, operante Dei gratia, confirmavit. Fiducialius itaque exit in orbem ad opus Evangelii, nulli[s] utens verborum adulationibus, sermonum respuit blandimenta et [in] prudentiam responsionum eius viri obstupescunt doctissimi. Binos et binos confoederat secundum Evangelium fratres suos et mittit in universum mundum. Minores eos vocat, ut nominis sui p[rofess]ionem praecipue humilitatis virtute decorent.

6. Edocet eos mortificare vitia, carnis incentiva reprimere, exteriores sensus reddere insensibiles ad cuncta quae perstrepunt. Nam et ipse, quoties, ut assolet, carnis titillatione pulsatur, toties in foveam plenam glacie immergitur. Hoc etiam mortificationis exemplum imitantur et caeteri. Cauta examinatione fratrum acta perquirit, nihil impune relinquens, ipsos summe obedientes facit. Abstinentia summa praeditus appositorum sapores immutat, vinum perraro gustans, etiam insufficienter aquam ebibit. Nuda humus lectus eius, saepius sedendo quam iacendo dormitat. Ut abiectus reputaretur et vilis, plura simplicitatis ostenta effecit, fugiens in om

1. *V* inspicere 3. evangelicam] *P om.* *V* evangelica *R om.* suis *V* et fratribus suis 4. *R om.* Papa 5. *V* Deo *et om.* gratia 6. *C* agens exit *R* exstitit *A* nullius *R* nulli 6–7. *C* nullis utens verbo. Adulatoribus 8. *A om.* in 11. *Post* mundum *C add.* praedicare verbum salutis. 11–12 *A* perfectionem 12. *Post* decorent *C add.* ut semper humiles permanerent 13. *C* Docet 16. *C* pulsatus esset 17. plenam – immergitur] *C* nivis et glaciei immergitur aut acriori disciplina et flagello se castigabat *R* se immergit 18. imitantur – Cauta] *C* imitati sunt caeteri fratres. Sollicita 19–20. *Post* relinquens *C add.* corrigibile et ips. s. ob. facit praelatis 21–23. appositorum – ebibit] *C* app. ciborum sapores insipidat aqua vel cinere, vinum raro gustans, etiam insuff. ad sitim frigidam aquam bibit 23–24. *C* eius lassato corpusculo sedendo potius quam iac. dorm. cervical lapis vel lignum. Et ut 25. ostenta effecit] *C* opera agebat, seipsum nu-

nibus admirationem, ne incurreret vanitatem. Honorabat praecipue sacerdotes, et divinae legis doctores miro venerabatur affectu.

7. Amplioris gratiae munere dignus effectus, abundantius Spiritus sancti rore perfunditur. Nam in solari specie, quadriga vectus, inter medias noctis tenebras visitat fratres, conscientias discutit, occulta cordium aperit; absentium acta cognoscit et merita futura praedicit. Ad summum perfectionis apicem sanctus iste pertingens, columbina simplicitate plenus omnes creaturas ad Creatoris hortatur amorem. Praedicat avibus, auditur ab eis, tanguntur ab ipso, nec nisi licentiatae recedunt. Garriunt hirundines nec sinunt eum populo loqui, silentium indicit et statim quiescunt. Silvestres bestiae laesae ab aliis ad ipsum confugiunt, experiuntur in eo pietatis amorem et inveniunt apud eum in tribulatione solatium. Quo amore erga salutem hominum flagrat, qui bestiis sic compatitur? Nam frequenter agniculos liberat et oves a nece, propter naturae simplicioris gratiam. Vermiculos legit de via, ne transeuntium vestigiis laederentur.

8. Miro et ineffabili gaudio replebatur ob Creatoris amorem, cum solem et lunam intueretur et stellas. Revera terram et caelum, ignem et aërem sincerissima puritate ad divinum monebat amorem. Melle dulcius nomen Domini in ore suo supra hominum intellectum nominando afficitur; fastidit pro-

dum et ligatum trahi faciens per plateas, glutonem et potatorem se fuisse in occulto proclamans in publico 1. *C* inc. inanis gloriae vanitatem 1–2. *P* Honorat 3. *R* venerabiliter *Post* affectu *C add.* et fratres suos ad honorandos sacerdotes fideliter informabat 7. *R* conscientia 10. *C* perveniens 12. ipso nec] *C* eo, nec non 13–14. Garriunt – indicit] *C* Garriebant hir. impedientes eum populo praedicare. Silentium indixit 15. laesae] *C* fugatae 16. *C, R* eum 18. *C* hominum vir Dei flagrabat 19. *C* compatiebatur – liberabat 21. legit] *C* colligebat 26. *C* ob sincerissimam puritatem amorem] *P* affectum 28. *P* efficitur

pterea mundum, martyrii gratia dissolvi cupit et esse cum Christo. Versus Marrochium arripit iter, ut Miramolino regi et Saracenis Christi Evangelium praedicet; sed ad Italiam revocatus voluntate divina, tertio decimo conversionis suae anno, ad partes Syriae pergit, festinat ad Soldanum, atteritur verberibus, lacessitur, praedicat Christum, remittitur tamen ab infidelibus ad fideles.

9. Magnificatur ab omnibus, crescit quotidie in eum, Dei nutu, fides et devotio populi. Concurrit omnis homo ad videndum eum, obtruncat quandoque vestimentum eius ob devotionis amorem. Fit conversio multorum ad Deum, augetur quotidie numerus immensus fratrum. Procedunt obviam, et cum arborum ramis solemniter ipsum recipiunt pulsatis campanis; confunditur haeretica pravitas et catholica fides extollitur. De puritate cordis facit sibi securitatem dicendi sermonem; [eadem] mentis constantia multos ut paucos alloquitur. Offerunt ei panes ad benedicendum, quibus longo tempore reservatis, ad eorum gustum infirmi sanantur.

10. Miraculorum luce coruscans aquam convertit in vinum. Claudo cuidam in Tuscanella gressum restituit; apud Narnium paralyticum curat; ibidem mulieri caecae, pulsis veteribus tenebris, reddit lumen. In Eugubio mulierem sanat contractam. [Fratrem] quemdam percussum a daemone incolumem reddit. Mulieres quasdam alias spiritu maligno vexatas ad sensum revocat et salutem. [Ob sanctitatem suam] morbi multi sanantur, multiplicat in navi cibaria, naufragantes ducit ad portum. Summa studet devotione recolere cuncta, quae Christus fecit in carne, et sic ad singula intentus efficitur, ut nihil

2. *C* arripuit 5-6. *C om.* tertio - festinat *et leg.* ad Soldanum accedit *et quae sequuntur vix legi possunt ad lin. 14.* Procedunt 18. *C* ea 26. Fratrem] *C legi nequit.* 29. [Ob sanctitatem suam] *C valde obscur. forsan:* Per sancti tactum

eorum eius memoriam fugiat, et sacram Christi passionem meditabatur in gemitu, lacrimando die noctuque, studens humili Iesu humiliter conformari, et ad devotionem Redemptoris nostri et Matris eius sanctissimae, verbis devotis et exemplis utilibus, omnes inducere; et verus mundi supplantator nunc per sancta desideria et caritatis fervorem ascendebat in Dominum per lucidam contemplationem, et postea per veram pietatem et compassionem condescendebat ad proximum.

11. Duobus namque annis, antequam vir sanctus migraret ad Deum et spiritum redderet caelo, in excelso monte Lavernae orationi vacans, Dei amore et desiderio vehementius solito accensus, vidit de caelo venire ad se Seraphim sex alas habentem, manibus extensis et pedibus perforatis in modum crucis, in dextro latere habentem vulnus rubeum, qui in famulo Dei sic crucifixionis suae signa impressit, ut crucifixus videretur, et ipse consignatur, manus, pedes et latus crucis caractere. Resultant in sancto Dei Francisco pretiosa stigmata Christi; ipse vero Seraph verba efficacissima Sancto dixit, quae ipse nulli voluit revelare. Quantum vero potest, vir Deo fidelis haec sacra signa ab oculis hominum studet abscondere, ne in data sibi gratia detrimentum pateretur.

12. Biennio iam expleto, cum corpus suum vehementius infirmitate urgeretur, ad diem propinqu[ans] extremum, iam caecus oculis prae multitudine lacrimarum, sicut Patriarcha Iacob, in modum crucis cancellatis manibus, filios et fratres praesentes et futuros in Christi nomine benedixit. Et cum instaret hora resolutionis eius, rogat fratres de transitu suo laudes Deo decantare; et ipse in iubilo, sicut potuit, dixit: Voce mea ad Dominum cla-

28-29. *C* pro|inquum

mavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum, et sic psalmum complevit. Legunt fratres Evangelium, et nudum se facit poni in cilicio, et valedicens filiis, anima illa sanctissima carne soluta est et in abysso aeternae claritatis absorpta; sanctum corpus eius obdormivit in Domino.

13. Conspicitur anima eius a quodam fratre, velut stella clarissima, nubecula candida subvehi et in caelum conscendere. Catervatim concurrunt undique populi civitatis Assisii gaudentes et omnes de regione. Lacrimabantur filii pro subtractione tam amabilis patris, et maxima replebantur laetitia, cum deosculabantur in eo signacula summi Regis. Reportatur ad civitatem corpus sanctum cum hymnis et laudibus, et sacrae virgini Clarae et suis sororibus osculandum in Sancto Damiano offertur. Ad civitatem relatus in ecclesia Sancti Georgii, ubi ipse puerulus litteras didicerat, in arca saxea reverenter reconditur, quousque ecclesia mirifica in eius honore et nomine construeretur, in qua postea translatum est corpus sacrum a fratribus capituli generalis.

14. Eo igitur die quo sepultus fuit, signorum fulmina spargit. Nam puellam quamdam, curvam et valde contortam, ad condecentem statum reduxit. Deinde ubique, sed praecipue ad suam memoriam venientibus, et gravibus infirmitatibus afflictis, gratiam sanitatis impendit. Contractos multos ad statum de-

22. *C om.* igitur 23. *R* puellam parvam quamd. curv. 24 *C om* valde 25. *C post* ubique *add.* invocatus Dominus per ipsum sua dona largitur memoriam] *C* ecclesiam 27–18 *(p. 444)*. Contractos – portavit] *C* Contractos multos reformat, caecis multis restituit visum, et orbos, qui numquam viderunt, illuminat. Surdis reddidit auditum et mutis loquelam. Leprosos duos mundavit, hydropicos et paralyticos plures sanavit et obsessos a daemonibus liberavit. In civitate Capuae suffocatum in flumine puerum resuscitavit, et alium puerum contritum a ruina domus in civitate Suessa reduxit sanum ad vitam. In Sicilia vero alium iuvenem a morte consimili resuscitavit, et in Alemannia alium mortuum resuscitavit. Alios vero septem in ultimo constitutos a morte li-

bitum reformat: quorum quidam crura retorta usque ad nates gerebant, quidam genibus pectori iunctis et cruribus fractis conglomera[t]i iacebant. Quidam in lectulis decubantes, non nisi tracti ab aliis movebantur, quidam vero contractis manibus et reliquis arentibus membris omni erant solatio destituti.

15. Caecis multis restituit visum, quorum cuidam, quia numquam habuerat, dedit. Alteri vero, qui fusos habebat exterius [oculos], tenui venula super maxillas pendentes, ad locum suum reduxit. Surdos etiam fecit audire et mutos loqui, ex quibus cuidam linguam tribuit, quam si prius habuerit, pro sua nimia brevitate vix aut numquam videri potuit. Leprosos duos mundavit, de quibus unus etiam paralyticus fuit, sed utriusque morbi consecutus est sanitatem. A pluribus obsessis daemonia expulit. Hydropicos et paralyticos et passiones diversas patientes, quorum ignoratur numerus, Christi virtute sanavit. Revera in civitate Capuae a morte quemdam puerum suscitavit, qui iocando cum pueris in flumine cecidit, cuius cadaver limus fluminis diu in modum sepulchri obtexit. In civitate Suessa iuvenem quemdam domus ruens subito interfecit, qui ad vocationem sanctissimi patris Francisci non solum revixit, sed etiam illaesus apparuit. In Sicilia a consimili morte iuvenem alium ad vitam gloriose reduxit. In Alamannia vero mortuum alterum suscitavit.

beravit A ruptura et pondere intestinorum plurimos liberavit. Mulierem fluxum sanguinis passam per 23 annos plene liberavit, et aliam feminam, quae per annos septem fluxum sanguinis passa fuerat, similiter curavit. Clericum, qui venenum biberat, evomere fecit. Captivos multos a carceribus catenis solutos eripuit et liberos abire fecit. Sicque in omnibus partibus mundi sedula miracula patrans a diversis periculis multos liberavit per virtutem Salvatoris nostri Iesu Christi, quem vir Dei totis viribus semper dilexit et honoravit, et cui perfecte et fideliter semper adhaesit in paupertate et humilitate fideliter et ferventer serviendo. 3. *R* conglomerari 9. *R om.* oculos

16. Alios vero septem, qui iam ad exitum propinquabant, ab ipsa fauce mortis eduxit. Quosdam ab informi genitalium pondere, quorum ad illas inferiores partes intestina omnia defluebant, tam mirabiliter in momento sanavit, quod stupidi effecti per somnium sibi putarent illudi potius, quam vera suae curationis tam cito remedia experiri. Mulierem quamdam, per viginti tres annos fluxus sanguinis passam, misericorditer liberavit. Aliam vero eiusdem morbi passione per septennium fatigatam sana[m] effecit. Clericu[s] qu[i]dam, qui mortiferum biberat, ad eius invocationem venenum evomuit. Captivorum plurium liberator piissimus aperuit carceres, vincula dissolvit, liberos abire permisit. Sic in omnibus partibus mundi, sedula miracula patrans, a diversis cladibus liberat multos, per virtutem eius, quem semper amavit, quem tota mente dilexit, quem semper in corde portavit.

17. Anno Dominicae Incarnationis 1226, quarto nonas Octobris, S. Franciscus expletis viginti annis ex quo perfectissime adhaesit Christo, vitae mortalis compedibus absolutus, die sabbati in sero feliciter migravit ad Deum, sepultus in die Dominico. Qui dum nova miraculorum luce claresceret, summus Pontifex Papa Gregorius IX, cum tota ecclesia catalogo Sanctorum ipsum adscripsit et festum ipsius sancti die obitus sui mandat solemniter celebrari. Ampliat in eo beneficia multa; ecclesiam in nomine ipsius fieri iubet, sumptus impendit, primarium lapidem fundamenti posuit, ab omni iurisdictione inferiori ecclesiam eximit; mittit auream crucem pretiosis lapidibus ornatam, in qua lignum Dominicae Crucis interclusum exsistit. Ornamenta quoque ac vasa ad ministerium Altaris pertinentia, necnon et

10-11. *R* sanavit effecit. Clericum quemdam 12-13. *R* plu-
rimum

alia solemnia indumenta pretiosa transmisit. Clarificat etiam locum eius indulgentiis et remissionibus plurimis, per quas fides et devotio populi quotidie magis accrescit, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, Patris et Filii et Spiritus sancti, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.

SEQUENTIA

Fratris Thomae a Celano de Beato Francisco.

Sanctitatis nova signa
Prodierunt laude digna,
Mira valde et benigna,
In Francisco credita.
Regulatis novi gregis
Iura dantur novae legis,
Renovantur iussa regis
Per Franciscum tradita.
Novus ordo, nova vita
Mundo surgit inaudita;
Restauravit lex sancita
Statum evangelicum.
Legi Christi paris formae
Reformatur ius conforme;
Tenet ritus datae normae
Culmen apostolicum.
Chorda rudis, vestis dura
Cingit, tegit sine cura,
Panis datur in mensura,
Calceus abiicitur.
Paupertatem tantum querit,
De terrenis nihil gerit,
Hic Franciscus cuncta terit,
Loculus despicitur.

5. laude] *P* valde 6. et] *P* sed 8-9. *P* n. regis Vita datur ... *AS*, *P* Legis *P* pariformae 18. *P* datur 25. terrenis] *P* mun-...is 25. *P* Haec terrena

Quaerit loca lacrimarum,
Promit voces cor amarum,
Gemit moestus tempus carum
Perditum in saeculo.
Montis antro sequestratus
Plorat, orat humi stratus,
Tandem mente serenatus
Latitat ergastulo.
Ibi vacat rupe tectus,
Ad divina sursum vectus,
Spernit ima iudex rectus,
Eligit caelestia.
Carnem frenat sub censura
Transformatam in figura,
Cibum capit de Scriptura,
Abigit terrestria.
Tunc ab alto vir hierarcha
Venit ecce rex monarcha,
Pavet iste patriarcha
Visione territus.
Defert ille signa Christi,
Cicatrices confert isti,
Dum miratur corde tristi
Passionem tacitus.
Sacrum corpus consignatur,
Manu, pede vulneratur,
Dextrum latus perforatur,
Cruentatur sanguine.
Verba miscent, arcanorum
Multa clarent futurorum,
Videt sanctus vim dictorum
Mystico spiramine.

6. *P* humo 14. *P* Transformatum 16. *P* Abiicit 22. *P* Cicatricem 26-28. *P om.* Manu - vulnerat. *et leg.* Dextr. lat. perf. Cum amore inflammatur Cruentatum sang.

Patent statim miri clavi
Foris nigri, intus flavi,
Pungit dolor, poena gravi
Cruciant aculei.
Cessat artis armatura
In membrorum apertura,
Non impressit hos natura,
Non tortura mallei.
Signis crucis, quae portasti
Per quae mundum triumphasti,
Carnem hostem superasti
Inclita victoria,
Nos, Francisce, tueamur,
In adversis protegamur,
Ut mercede perfruamur
In caelesti gloria,
Pater pie, pater sancte,
Plebs devota, te iuvante,
Turba fratrum comitante,
Mereatur praemia.
Fac consortes supernorum,
Quos informas vita morum,
Consequatur grex Minorum
Sempiterna gaudia.
Amen.

9. *P* Signa 10. Per quae] *P* Unde

SEQUENTIA ALTERA

Fregit victor virtualis
Hic Franciscus triumphalis
Crucis adversarium:
Crucis lator cordialis,
Princeps pugnae spiritalis,
Insignis amantium,
Quem praemisit rex futurus,
Pugnaturus, praevisurus
Celebri consilio,
Praemunivit, ut securus,
Suis armis, congressurus
Salubri praesidio.

Chorus.

Dicas nobis, o Francisce,
Cur affixus sis in cruce?

Quia Crucis contemplator
Atque carnis supplantator
Semper fui sedulus.
Quia mundi abdicator
Atque crucis imitator,
Vitae Christi baiulus.
Amor Iesu me accendens
Atque dulcor cor absorbens
Auxit desideria.
Sursum fixa mente tendens
Vidi Iesum infra fervens
Specie seraphica.

Chorus.

Dic, Francisce, quid fecisti
Postquam Iesum adspexisti?

Dulcem Iesum quo ardebam
E vicino distinguebam
Adspectu seraphico.
Grato vultu aestuabam
Et effectum excedebam
Affectu mirifico.
Alis senis convelatus,
Plagis quinis sauciatus,
Totus dire cruentatus,
Sic erat insignitus:
Mox amore stimulatus
Et dolore conclavatus,
In dilectum immutatus
Innovator spiritus.

Chorus.

Dic, Francisce, quid fecisti
Contemplando plagas Christi?

Mente mire inflammari
Et sic carnem sigillari
Ac dilecti transformari
In fulgidam speciem:
Manus, pedes conclavari,
Dextrum latus lanceari,
Christum servum imitari,
In sua effigie.

Chorus.

Dic, Francisce, crucifere,
In te signa scimus vere?

Duo.

Certe multis argumentis
Constat forma redimentis.

Chorus.

Dic nobis, Francisce,
Quid vidisti in cruce?

Duo.

Filium Dei viventis
Crucifixum pro amore gentis.

Chorus.

Credendum est magis soli Francisco veraci,
Quam mundanorum turbae fallaci.

Duo.

Scimus Christum pertulisse
Mortem crucis vere.
Tu nobis, victor rex, miserere.
Alleluia.

INDEX

Rerum, Personarum et Locorum

Primus numerus semper paginam indicat; secundus, si post virgulam Capitulum aut paragraphum, si post duo puncta lineam.

Abbreviationes: S. F. Sanctus Franciscus; f. Frater; *mir.* miraculum vel in tertio opusculo Legendae I narratum, vel in Tractatu de Miraculis.

abbas S. Iustini virtutem orationis S. F. sentit, 245, LVIII.
absconsio secretorum, 99 : 25.
abstinentia S. F. 54 : 3.
accidiae malum, 265, LXXXVIII.
Acto, vel Actus, *mir.* 148, I; 412, 146.
Adelasia, *mir.* 399, 106.
« adoramus te, Christe », 47 : 8.
Adriensis episcopatus, X.
Aegidius (f.): eius conversio, 27 : 25; - versus S. Iacobum iter arripit cum fr. Bernardo, 31, 30.
aegritudo, *vid.* infirmitas.
« Aegyptum repetere » quid esse dicebat S. F. 223 : 30.
aenigma: contra adspectum mulierum, 256, LXXIX; - de unitate inter fratres, 313, CXLIV. - *vid.* parabola.
agniculos: specialiter diligebat S. F. 78, 77; - plures liberat a morte, 80, 79. - agniculum: a porca necatum lamentatur, 254, LXXVII; - portans comparet, *mir.* 379 : 16.
alae spirituales, 120 : 4.
Alamannia (in) S. F. mortuum suscitavit, 372, 48.
alaudae: aves praedilectae S. F. 319 : 8; - cantant in morte eius, 360, 32.
Albertinus de Narnio, *mir.* 141, VI; 411, 139.
Albertus de Aretio, *mir.* 390, 91. - Albertus (f.) de Pisis, XVI.
Albianum, *vid.* Alvianum.
Alessandri Leto, LX; LXXXII.
Alexander iudex, *mir.* 409, 128; - de vico Platiae, *mir.* 381, 63.
Alexander IV papa, XIX; - iubet Thomae ut scribat *Leg. S. Clarae*, XVIII; XLVI.
Alexandria Lombardiae, 230 : 1.
Alifia civitas, *mir.* 390 : 34.
Alverna mons, 97 : 18; 208 : 9; 344 : 10.
Alviani hirundines obediunt S. F. 62, 59; 356, 21.
ambientes regimen temerarii, 109, 104.
amicus S. F.: cui loquebatur allegorice de thesauro invento, 10 : 21; - eum vestit Eugubii, 20 : 1.
Amiterno (in) apud Scopletum, *mir.* 416, 158; - vir quidam de Am. *mir.* 426, 184.

Amoni canonicus Leopoldus edidit *Legeudas f. Thomae*, LXX.
amor S. F.: in Iesum, 121 : 17; - in creaturas, 81, XXIX. - amorem (ad) Dei qualiter afficiebatur, 316, CXLVIII. - posuerat in corde suo nemini pro Deo petenti aliquid denegare, 21 : 7.
Anagnia, *mir.* 405 : 1.
Analecta Bollandiana, *vid.* Van Ortroy.
Ancona, 57 : 17; 58 : 8; 361 : 15, 21. - *mir.* 375, 52 - *vid.* Marchia.
Anconitani nautae, *mir.* 387, 85.
Angelus (f.) XXXIII; - *vid.* Socii. - Clarenus, *vid.* Clarenus.
angelos (ad) devotio S. F. 317, CXLIX.
Anglici currunt ad ordinem, 29 : 25.
anima S. F. videtur caelum conscendere, 116 : 3; 333 : 16.
annus tertius, sextus, etc. conversionis S. F. *vid.* chronologia.
« ante sex dies Paschae » evangelium, 115 : 16.
Antonius (s.): dum praedicaret [Arelate] comparet S. F. 51 : 11; 343 : 27; - a S. F. vocatur episcopus, 292 : 16; - comparet cum S. F. *mir.* 404 : 21. - Antonii (s.) legenda non est opus f. Thomae, XLVII; - huius legendae rariores sunt codices quam Celanensis, XLV. - Antonii (S.) de Urbe codex, LXVII.
apes: in hieme nutriri curabat S. F. 82 : 8; 294 : 9. - favum fabricant in vase quo usus erat, 296, CXVIII; 359, 28.
apparitiones S. F. *vid.* currus igneus; Monaldus; praedicator; *mir.* 138, VII; 139, X; 144, VII; 146, XIII; 147, XV; et in *Tract. de Miraculis* num. 13, 46, 50-52, 58, 59, 80, 82, 88-91, 93, 94, 105, 106, 114, 115, 117, 152, 154, 158, 159, 166, 173, 181, 184, 196, 197.
Apuliam (in) ire se parat S. F. 9 : 5, 28; 12 : 5; 171 : 26; 172 : 4. - Apulia (in), *mir.* 408, 126; 420 : 35.
aqua : in vinum conversa, 63 : 30; 354, 17; - educta de rupe, 205, XVII; 352, 15.
Aragonia (de) Ioanna erigit monasterium S. Ioannis de Varro, XIX. - Aragoniae regni archivum XLVIII.
arboris visio, 35 : 14.
Aretii daemones fugat S. F. 251, LXXIV. - Aretina in dioecesi, Aretinis in partibus, *mir.* 65 : 19; 400, 108; - 144, IV; 382, 69; - 399, 106; - 408, 127; - 410, 132, 133.
armis pleni palatii visio, 9, 5; 171, 6.
Arpini, *mir.* 383, 72, 73; 411, 143.
« asine (eia frater) » 259 : 20. - asino utitur S. F. 193 : 2; - 205 : 23; 352 : 35; - 243 : 26; - 276 : 21.
Assisii civitas, 5 : 7; - per totam civitatem fune collo alligato se trahi facit S. F. 54 : 23; - eo infirmus vult deportari, gaudium civitatis in eius adventu, 110 : 24; - infirmatur in palatio episcopi, 113 : 23; 208, XXI; LXXIII; - concursus civium in eius morte, 117 : 9. - *vid.* canonizatio; Gregorius IX; translatio; ecclesia S. F. - Assisio (de) civis familiaris S. F. *mir.* 141, V; 410, 138.
Assisienses codices; *Leg. II*, XXVI; XXVII; LIX; - *fragmentum Leg. I.* LIX; - *fragmentum de Miraculis*, LXVIII; *Leg. breviatae* LXXXVI.
Assisinatis episcopus, Guido: coram eo se denudat S. F. 17, VI; -

diligebat et honorabat S. F. et fratres, 33 : 23; - loquela privatur cernens S. F. orantem, 245, LXVI; - in illius palatio S. F. infirmus iacet, 113 : 23; 208, XXI; - eius visio in hora transitus S. F. 335, CLXVI.
astutia diaboli, 219 : 22.
Augustini (s.) dictum, 379 : 14.
Augustinus (f.), minister in Terra Laboris: moriens videt S. F. 334, CLXIV; - comparet cum S. F. 404 : 22.
Auximum (apud): oviculam liberat, 79 : 1; - ab episcopo suscipitur, 79 : 27.
avaritia: horrendum malum, 207 : 14; - clericorum, 234 : 16.
avibus praedicat S. F. 60, XXI; 356 : 1.
avicula: fluvialis in manibus S. F. se reclinat, 295, CXXVI; 357, 23; - miraculose oblata S. F. infirmo ad manducandum, 362 : 10. - aviculae nutritae a S. F. 206, XVIII.

Baiocco P. Constantinus, *Cronaca serafica di Penne*, IX; XII; XXI.
balantis ovis more S. F. Bethleem dicit, 87 : 22.
barba S. F. nigra, pilis non plene respersa, 84 : 31. - barbam longiorem nutrientes, 286 : 30.
Barbari (f.) humilitas 286 : 2.
Barbati canonicus Iacobus, *Tommaso da Celano e le sue opere*, X; XIII; XXII.
Barbone familia e qua fertur Thomas originem habuisse, XIII.
Barcinonensis codex *Leg. I*, XLVIII.
Barelitanus portus, *mir.* 385 : 11.
Bartholi f. Franciscus, *Tractatus de Indulgentia S. M. de Portiuncula*, XXXIX.
Bartholomaeus, *mir.*: puer 376, 54 - Arpini, 411, 143; - Gaietanus civis, 379, 59; - de Narnio, 139, X; 421, 173.
Bartholomaeus Pisanus, *Liber Conformitatum*, X; XXXIX; XLV.
Barum (prope) pecunia versa in colubrum, 222, XXXVIII.
Beatrix, *mir.* 394, 96.
benedictio S. F.: manu scripta f. Leoni, LXXIII; 208, XX; - ante obitum, 112, 108; 331, 216; - specialis f. Bernardo XXX; - f. Heliae, XXX; 112, 108; 331, 216; - benedictione S. F. *felices qui se praedicant*, 287 : 19; - benedictionem *nullus sibi usurpet*, 332 : 10.
Benedictus (f.) ab Aretio, XLVI; 435 : 3.
Beneventum, 335 : 19; - *mir.* 366 : 8.
Benigni (S.) monasterium Divione, LII.
Bernardone, *vid.* Petrus Bernardonis.
Bernardus (f.) a Bessa, *Liber de laudibus B. Francisci*, XXVI; XXIX.
Bernardus (f.) a Quintavalle: eius conversio et expropriatio, 26 : 24; 180, X; - iter versus S. Iacobum cum f. Aegidio 31, 30; - tentatur a daemone et prophetia S. F. de illo, 207, XIX; - ipsi benedixit S. F. moriens, XXX.
Bethleem, 87 : 2, 19, 22, 24.
Bevanium pergens S. F. 257 : 6; - ibi apud matrem cuiusdam fratris hospitatur, 407 : 17; - praedicat avibus 356 : 2; *mir.* 407, 124.
Bianco Eduardus, LXXX.
Blasius, *mir.* 396 : 23.

Bonaventura (s.), XXXVIII; XLII-XLIV. - *Opera omnia*, cit.: XLII; XLIV. - Bonaventura (f.), *mir.* 387, 86.
Boncompagni bibliotheca, *vid.* Massiliensis codex.
Bononiae fratres exire de domo mandat S. F. 215, XXVIII; - quisnam fuerit frater aegrotus e domo eiectus? XIV.
Bontadosus, *mir.* 145, XII; 384, 77.
Bonushomo, *mir.* 148, II; 412, 147.
Bouhier, Buheriana bibliotheca, LII.
Boves: sanati, *mir.* 354, 18; 426, 183. - *vid.* Iohannes simplex.
Briscia (de) frater quidam videt stigmata S. F. 273, XCIX.
Burgi in provincia Massae, *mir.* 409, 129.
Burgus S. Sepulcri, 243 : 27.
Bullarium Franciscanum vid. Eubel, Sbaralea.

caduco (a) morbo S. F. fratrem liberat, 69, 68; 430, 195.
caeco a canicula ducto se comparat S. F. 278 : 6. - caeci illuminati a S. F. *mir.* 141, 136; 404, XIV; - mulier apud Narnium, 68, XXIV; 396, 121. - caeci innumeri videntur a quodam fratre in circuitu ecclesiae S. Mariae de Portiuncula, 184, XIII.
Caelanum, *vid.* Celanum.
Caesarius (f.) Spirensis, XVI.
Camerinum, *mir.* 141, III; 410, 136.
campana fratrum Corneti, 376 : 27.
Campania (in), *mir.* 374 : 9; 397 : 2, 26; 402 : 18; 406 : 10, 22.
Campilii (Rocca), 239 : 24.
canonicus, *vid.* Gedeon.
canonizatio S. F. 127-135; 336 : 1; XCIII.
Capistrano (de) Ioannes, *vid. Chronica (pseudo).*
capitale S. F. Parisiis veneratum, 128 : 24; - *vid.* pulvinar.
Capitinatae provincia, *mir.* XI; 375, 51.
capitulum: [Arelatense] in quo comparet S. F. 51 : 4; 343 : 25; - Ianuense praecipit ut scribantur miracula S. F. XXXIII; - Narbonense postulat s. Bonaventurae ut concinnat historiam S. F. XLII; - Parisiense praecipit destructionem Legendarum antiquarum, XLI. - in quodam capitulo commonitio S. F. contra tristitiam, 268 : 2.
caponis membrum Alexandriae vertitur in piscem, 229, XLVIII.
captivitas S. F. Perusii, 170, 4.
Capuae, *mir.* 369, 44; 421, 172.
caputium: tunicae non consutum, 193 : 28; - fratris qui sine obedientia venerat in igne proiici iubet S. F. 285, CXIV.
carcerati et vincti liberati a S. F. 388, XI.
cardinalis: quidam interrogat S. F. de obscuris Scripturae, 248, LXX. - Hostiensis, *vid.* Hostiensis episcopus. - Sanctae Crucis, *vid.* Leo.
Carini Isidorus, XLVIII.
Carmichael Montgomery, LV.
carnis maceratio primorum fratrum, 43 : 10. - carnes: pullorum cum comedisset S. F. infirmus, se glutonem praedicat, 54 : 25; - pro infirmis fratribus publice conquirit, 300 : 21. - carnium esus: in Nativitate Domini, 318 : 25; - in ordine Minorum, LXIII.
Carvio (de) quidam nobilis, *mir.* 394 : 25.
Casalis (Mons) *vid.* Mons Casalis.

caseata oblata S. F. 68 : 25 ; 423 : 4.
« castaldi Dei sunt daemones », 261 : 23.
Castellae (in regno), *mir.* 349 : 26.
Castelleonum stirps, XII.
Castiglione, vid. Castelleonum stirps,
Castrum in Campania, *mir.* 406, 120.
Castrum Plebis, *mir.* 66, 64 ; - 149. I ; 407, 125.
Celano, Celanum Aprutinis in partibus, seu in dioecesi Marsicana, IX et ss. ; 235, LIII ; 367 : 8.
Celanum in Capitinata, XI ; 375 : 1.
Cella de Cortona, 198 : 15 ; 236 : 13.
cellam suo nomini factam non vult intrare S. F. 215, XXIX.
Cellanum, *vid.* Celanum.
Cellino Attanasio, IX.
Cellino S. Marco, XI.
Cenomanensi (in) civitate, *mir.* 396, 100.
Ceperani, *mir.* 377, 56.
cerasus arefacta virescit intercessione S. F. 428, 189.
Cervone P. Marcellinus, *Compendio di storia dei Fr. Minori nei tre Abruzzi*, XI.
Cetto (de) Baro, LVI.
charitas : fraterna primorum fratrum, 40 : 27 ; - S. F. erga proximum, subditos, infirmos, 77, XXVIII-81, XXIX ; 298, CXXXI-304, CXXXVII. - *vid.* amor, compassio.
Chevalier Ulyss., *Topo-Bibliographie* (Répertoire des sources historiques du moyen-âge), XXVIII-LVII.
Chigi, Chisiana Bibliotheca, Codex Chisianus, LXXVI.
Chorae, *mir.* 417, 159.
chorda : se cingit S. F. 25 : 16 ; - S. F. miracula operantur, 66, 64 ; 355 : 18 ; 394 : 20. - chordam S. F. petit et accipit s. Dominicus, 282, CX.
Chronica anonyma, IX ; XVIII.
Chronica (pseudo) f. Ioannis de Capistrano, LXXV.
Chronica f. Iordani a Iano, *vid.* Iordanus.
Chronica f. Nicolai Glassberger, *vid.* Glassberger.
Chronica f. Salimbene Parmensis, *vid.* Salimbene.
Chronica provinciae Argentinae, XVII.
Chronica XXIV Generalium, XXIX ; XXXIII ; XXXIX ; XLV ; LXI ; LXVII ; LXVIII ; LXXIII.
Chronicon Casauriense, X.
chronologia vitae S. F. : Fere usque ad vigesimum quintum aetatis suae annum tempus suum miserabiliter perdidit et consumpsit, 6 : 23. - Factum est, cum ecclesiam S. Mariae de Portiuncula reparasset, conversionis eius annus tertius, 24 : 17. - Sexto conversionis suae anno, ad partes Syriae voluit transfretare, 57 : 8. - A conversione beati Francisci fere sex annorum spatio iam elapso exordium sumpsit Ordo Pauperum Dominarum, 22 : 3. - Tertio decimo anno conversionis suae ad partes Syriae pergens, 59 : 14. - Expletis viginti annis ex quo perfectissime adhaesit Christo, anno siquidem Dominicae Incarnationis 1226, quarto nonas Octobris, ad caelum felicissime convolavit, 91 : 13. - Tertio anno ante obitus sui diem, apud castrum Graecium celebrat Nativitatem Domini, 85 : 25. - Expleti sunt decem et octo anni ex quo, mundo re-

nuntians, Christo adhaesit, et duobus tantum annis dehinc in hac vita manens viam universae carnis introibit. (*Revelatio facta f. Heliae*). 114 : 10. - Duobus annis antequam animam redderet caelo, stigmata recipit, 97 : 18. - Conversionis suae tempus iam erat viginti annorum spatio consummatum quando feliciter obiit, 114 : 2.

cibaria: ostiatim quaerit S. F. 179, IX; - miraculose oblata, 36 : 26; 203, XV; 362, 34, 36; - et multiplicata, 58 : 5; 361, 33.

cicada, 298, CXXX; 359, 27.

Cicani in Campania, *mir.* 402, 112.

Ciccarelli Alphonsus, LXXVI.

Cisternae in Maritima, *mir.* 401, 111.

cithara angelica quam audivit S. F. 266, LXXXIX.

Civezza (de) P. Marcellinus, XXXV.

Civitas de Castello, 71, XXVI; 415, 156; - *mir.* 390, 92; 423, 180.

Clara (s.): laudatur adhuc vivens a f. Thoma, XXXI; - eius Legendam scribit iussu Alexandri IV, XLVI; - eius laudes et virtutes, 22 : 5; - dolor in morte S. F. 122 : 17. - *vid.* dominae pauperes.

Clarenus, f. Angelus XLIV.

claritas S. F. et ignorantia nostra, 212, XXIV.

claudus apud Thuscanellam sanatur a S. F. 67, 25; 422, 175.

claustrum (ad) monachorum se recipit S. F. 19 : 22.

clavis paradisi est Regula, 325 : 8.

Clemens IV Papa, X.

clericos magnos venientes ad ordinem qualiter S. F. volebat expropriari, 315, CXLVI. - clericorum: avaritia reprehenditur, 234 : 16; - in adiutorium missi sunt Minores, 279 : 10.

codex evangeliorum, *vid.* evangelium. - codices citati in hoc opere, *vid.* Antonii (S.) de Urbe, Assisienses, Barcinonensis, Chisianus, Corsinianus, Ebroicensis, Farfenses, Heidelbergensis, Ioyacensis, Isidori (S.) de Urbe, Londinensis, Longipontis, Massiliensis, Monspessulanus, Neoburgensis, Ossecenus, Oxoniensis, Parisiensis, Phaleronensis, Puppiensis, Reginae Sueviae, Vallicellianus, Wirceburgensis.

Colbertina bibliotheca, LV.

collatio utilis inter fratres, 36 : 9.

Collegium Corporis Christi, Oxonii, LIV.

Collis, in comitatu Perusii, 236 : 27.

coluber venenosus servis Dei est pecunia, 223 : 10.

Columnae Ascanii uxor, *vid.* Aragonia (de) Ioanna.

Columnas (ad), vicus in civitate Suessae, *mir.* 370 : 24.

commercium: cum sancta paupertate, 37 : 19 - inter mundum et fratres, 224 : 24 - *vid. Sacrum Commercium.*

communia omnia S. F. volebat inter fratres, 303, CXXXVI.

communicabat saepe S. F. 319 : 28.

compassio S. F.: ad pauperes et etiam ad animalia, 77, XXVIII; 233, LI; 240, LX; - ad infirmos 300, CXXXIII; 301, CXXXIV.

concordia utriusque hominis in S. F. 101 : 13.

concursus: omnium nationum ad Ordinem, 29 : 17; - populorum ad praedicationem S. F. 64, 62; - post mortem S. F. 117 : 8; 345 : 16; - ad canonizationem, 133 : 5.

confessio: perfecta primorum fratrum 32 : 12; - nuda et vera S. F. 56, 54; - contra hypocrisim et vanam gloriam, 270, XCIV, XCV.
confessio sacramentalis: admirabile donum Dei, 367 : 1; - eius virtus, 191 : 8; 366 : 32.
confiteri renuentis fratris casus, 190, II.
confracti sanati a S. F. *mir.*, 416, XVII.
congregationis et societatis bona, 193, VI.
constantia S. F. 16 : 18; 74 : 1.
Constantinopoli (de) lapis pro fonte S. F. apud Assisium, 378, 58.
constitutiones Gulielmi Farinerii et Narbonenses, LXIII.
Contarini P. Franciscus Antonius, LXIX.
contemplatio: S. F. et eius fructus, 94 : 22; 95 : 17. - Creatoris in creaturis, 293, CXXIV.
contemptus sui: in primis fratribus, 43 : 21; - in S. F. 54 : 23. - contemptus pecuniae, *vid.* pecunia.
contracti sanati a S. F. 68 : 18; 416, XVII.
conversatio: S. F in habitu et animo saeculari, 5, 1; - dominarum pauperum, 21, VIII; - S. F. et fratrum 184, XIV - 188.
conversio: S. F. 10, III; - multorum ad Deum, 38, XV. - conversionis S. F. annus tertius, sextus, etc., *vid.* chronologia.
cor francum et nobile gessit S. F. 129 : 6. - cordis totum et corporis dedicabat Christo, 240 : 20.
corium vulpinum sub tunica consui recusat S. F. 269 : 13.
Corneti in dioecesi Viterbiensi, *mir.* 376, 54; 377, 55.
corona, *vid.* radi quomodo volebat S. F.
Corpus (ad) Domini devotio S F. 319, CLII.
corpus mortuum imago veri obedientis, 284, CXII. - corporis et cordis totum dedicabat Christo, 240 : 20. - corpori cum discretione providendum, 268, XCII. - corpore (de) toto S. F. fecerat linguam, 101 : 13.
correctio dura fratris qui pecuniam tetigit, 220, XXXV. - *vid.* reprehensio.
« corrige stultum et erit amicus », 221 : 15. - corrigendos a necessitate recedentes a paupertate, pronuntiat S. F. 224, XL.
Corsignani Petrus Antonius: *Reggia Marsicana, de Viris illustribus Marsorum, Acta SS. MM.* IX; XXI-XXIII.
Corsiniana bibliotheca, Corsiniani codices, LXXVI, LXXVII.
Cosmae et Damiani (Ss.) Pisis, parochia, 387 : 29.
Coxe O., *Catalogus Codicum qui in Collegiis Oxoniensibus adservantur*, LIV.
Cozza-Luzi Abbas, *Il Codice Magliabecchiano della storia di S. Chiara*, XLVII.
Creatoris contemplatio in creaturis, 293, CXXIV.
creaturae sensibiles et insensibiles obediunt S. F., et ipsi rependent vicem amoris, 60, XXI; 294, CXXV; 352, III; 355, IV. - creaturas: amabat S. F. propter Creatorem, 81, XXIX; - invitabat ad laudem Creatoris, 82 : 81; 332 : 25.
« crede et manducasti », 379 : 15.
Crescentius ab Aesio, generalis Mi-

norum praecipit Thomae ut scribat Leg II, XVIII; XXIV; XXXIII; XL; LXI: 167 : 6; 168 : 28.
Cristofani Antonius, *Il più antico poema*, XXVII.
critica subiectiva seu interna, XXIV.
Crucifixi imago loquitur S. F. 175, VI; 343 : 5 - crucifixus: apparet S. F. adhuc vivens, 343 : 23 ; - post mortem propter stigmata videtur, 117 : 20.
crux: aurea prodiens de ore S. F. 253 : 11 ; - radicata in corde eius, *ibid.*, 20. - crucem (ad) devotio S. F. 321, CLIV. - crucis imaginem ferentem tunicam assumit 25 : 16.
Cucoranum, *mir.* 139, VIII.
cultus exhibitus f. Thomae, XIX.
cuniculus obedit S. F. 63 : 8; 360, 30.
Curia Romana honorifice suscipit S. F. apud Reatum, 103 : 10. - curia (in) commorantibus de fratribus visio, 262, LXXXV.
curialitas S. F. 21 : 1.
currus ignei visio, 49, XVIII.
custodia qua S. F. super fratres vigilabat, 53, XIX.
custodia: Brundusina, XI; - Marsicana, X; 201, 27; - Pennensis, X.
Cypri insula, 286 : 3.

Damiani (S.) ecclesia, 13 : 14; 21, VIII; 122, X; 175, VI; 178 : 20; 179 : 13; 324 : 8. - *vid.* dominae pauperes.
Damiatae obsidium et praedictio S. F. 191, IV.
daemones: « sunt castaldi Dei », 261 : 23; - qualiter verberaverunt S. F. 261, LXXXIV; 263, LXXXVI; - S. F. effugat de Aretio, 251. LXXIV. - *vid.* diabolus.
daemoniaci liberati a S F. 69, XXV; 71, XXVI; 413, XVI.
denudatio S. F. coram Episcopo Assisiensi, 18, 15.
Desnoiville P. Iohannes Baptista, LVII.
descriptio utriusque hominis S. F. 84, 83.
desideriis S. F. praesto fuit divina clementia, 361, V.
destructio Legendarum iussu Capituli Parisiensis, XLI.
detractione (de) et quomodo S. F. volebat detractores puniri, 305, CXXXVIII.
« Deum et nos nescimus », 213 : 6.
devotio populorum erga S. F. 64 : 20. - devotiones speciales S. F. 316, CXLVIII-321, CLIV.
diabolus, *vid.* daemones. - cum diabolo confligebat S. F. 73 : 22. - diabolum videt S. F. super quemdam fratrem, 193, 32-34.
Dies irae, vid. sequentia mortuorum.
disciplinae primorum fratrum rigor, 45 : 7; 184, XIV.
discipuli a S. F recepti, 26, X; 31 : 3; 32 : 23; 58 : 16; 59 : 6; 64 : 18. - *vid.* socii. - discipulos S. F. mittit ad praedicandum, 31, XII.
discretio: S. F. 59: 7; 185, XV; - auriga virtutum, 285 : 18.
Divionense monasterium S. Benigni, LII.
doctores sacrae theologiae honorari volebat S. F. 292 : 10.
Domenichelli P. Theophilus, *Legenda 3 Soc. in sua integritate*, XXXIV.
domina paupertas, 240 : 1.
dominae pauperes: earum virtutes, 21, VIII; 131 : 5; - visitantur a

Gregorio IX, 131 : 2; - earum planctus in morte S. F. 122, X; - quomodo S. F conversabatur et volebat fratres conversari cum eis, 322, CLV-324, CLVII; - illarum monasterium S. Ioannis de Varro, XIX.
Dominicus (s.): cum S. F. coram domino Hostiensi, 280, CIX; - alter alteri se commendat, 282, CX; - nominatur, 429 : 15. - Dominici (s.) legenda, XLIII.
dominium S. F. super creaturas, 352, III; 355, IV. - *vid.* apes, aqua, aves, cicada, cuniculus, falco, fascianus, hirundines, ignis, lepusculus, piscis.
domorum (de) paupertate, 214, XXVI-215, XXVIII. - domo (de) apud Portiunculam ... Bononiensi, *ibid.*

Ebrach (de) monasterium B. V. Mariae, LVI.
Ebroicensis codex *Leg. I*, XLIX.
Ecclesia Romana, *vid.* Romana.
ecclesia S. F.: Aretii, 410 : 12; - Assisii, 389 : 16; - Capuae, 370 : 2; - Gaietae, 379 : 8; - Graecii, 88 : 23; - Lentini, 378 : 13; - Ortonae, 385 : 30; - Praescriptii (Pesquitii), 380 : 4; - Velletri, 402 : 7; - Venusii, 408 : 19; - Vicum Album (iuxta) 383 : 16. - ecclesiam videntes fratres se prosternebant versus eam, 47 : 24.
Eccleston *vid.* Thomas (f.) de Eccleston.
editiones scriptorum f. Thomae, LXIX, cap. IV.
eleemosyna (de) petenda: commendatio, 225, XLI; - exempla S. F. 226, XLII-229, XLVII.
Elisabeth (s.) comparatur mater S F. 169 : 16.
enigma, *vid.* aenigma.
Episcopus Assisinatis, *vid.* Assisinatis episcopus, item pro aliis *vid.* nom. dioecesis. - episcopi debentne fieri fratres? 280, 148. - episcopos visitare solebat S. F. 76 : 13.
epistolae S. F. *vid.* litterae.
equo utitur S. F. 65 : 28; 240 : 7; 242 : 22. - *vid.* habenae.
eremiticum habitum ferebat aliquando S. F. 24 : 19.
eremitorium, eremus, *vid.* nomina locorum. - eremitoriis (in) contra male commorantes, 303, 179.
Ermini Philippus, *Il dies irae*, XXXII; XLVI.
Esculum (apud) praedicat S. F. 64, XXII. - Esculo (de) frater quidam, *mir.* 387 : 81,
Eubel P. Conradus, *Provinciale ordinis fr. Min.* XI; - *Bullarium Franciscanum t. V*, X; - *Hierarchia catholica medii aevi*, XI.
Eugubii: S. F. vestitur ab amico, 20 : 1; - *mir.* 68 : 18; 422, 177; 440 : 26; - 141, IV; 410, 137; - 145, XI; 383, 71; - episcopatus, 254 : 16. - Eugubina puellula, *mir.* 138, VI; 419, 165. - Eugubini civis filius, 139, IX; 420, 167.
evangelista novus, 92 : 16.
Evangelium audiens vocationem suam novit S. F. 24, 22. - Evangelii medulla est Regula, 325 : 7. - Evangeliorum codicem: ter aperit S. F. 95 : 92; 180, X; - apportari iubet ante mortem, 115, 110.
exempla: contra pecuniam, 220, XXXV-222, XXXVIII; - de petenda eleemosyna, 226, XLII-227, XLIV.

exemplum bonum vel malum, 285, CXV-286, CXVI.
exercitium primorum fratrum, 42 : 11.
exhortatio ad eleemosynam petendam, 227, XLIV.
expropriatio: f. Bernardi, 180, X; - intrantium ordinem, 231 : 6; - magnorum clericorum, 315, CXLVI.
exsilium et peregrinationem utensilia omnia cantare volebat S. F. 216 : 15.
Extractiones de Legenda antiqua, LXIV; LXVI.
Ezechielis verbum interpretatur S F. 247, LXIX.

Facundum (S.) apud in Hispania, *mir.* 428, 189.
falco amicus S. F. 296, CXXVII; 358, 25.
fama S. F. 28, XV.
fames post mortem S. F. futura, 210, XXIII. - famem patiente cum fratre charitas S. F. 185, XV.
familiaritas specialis S. F. cum Praxede religiosa romana, 423 : 181; - familiaritate S. F. qui se iactant pro velle potitos, 287 : 20. - familiaritates (contra) mulierum, 255, LXXVIII-257, LXXX.
Fani, *mir.* 138, V; 419, 164; - 145, IX; 383, 70; - 148, XII; 412, 147.
Faraglia, *Saggio di Corografia Abruzzese*, X.
Farfenses codices *Leg. breviatae* LXXVII.
Farinerii Gulielmi constitutiones, LXIII.
fascianus a S. F. nutritus, 297, CXXIX; 358, 26.
Febonio Mutius, *Vita di S. Berardo e d'altri santi della diocesi de' Marsi, Vita del B. Tomaso*, IX; XX; XXI; XXIII.
Felder P. Hilarinus, XVII; - *Liber de laudibus B. F.* XXVI.
femina gibbosa S. F. ostensa a diabolo, 174 : 30. - feminas tantum duas in facie cognoscebat S. F., 255 : 28.
ferculum quod S. F. appetebat in morte, 364 : 27.
festum S. F.: die obitus sui celebrandum, 134 : 29; - non servantes puniuntur, 393, XII.
Fidelis (P.) a Fanna, LI.
fides sanctae Romanae Ecclesiae servanda, 65 : 6.
Florentiae S. F. visitat dominum Hostiensem, 76 : 8. - Florentinus pugil, 305 : 19.
flores: amabat et eis praedicabat S. F. 82, 81; - excoli volebat in hortulis, 294 : 2.
foenum praesepii apud Graecium miracula operatur, 88, 87; 355 : 20.
fortitudo S. F. 96 : 25.
Franciam: diligebat S. F. ut amicam Corporis Domini, 320 : 3. - Franciam (in): ire vult S. F. 76 : 7; - defertur tunica S. F. 209 : 10. - Francia (in) mirabilia patrat, 128 : 22. - *vid.* Gallica lingua.
Francigenae veniunt ad Ordinem, 29 : 24.
Francisca filia Matthaei de Tolentino, *mir.* 398, 104.
Franciscus quidam puer, *mir.* 396 : 22.
Franciscus Xaverius (P.) ab Arenys-de-Mar, XLIX.
Frangipani, *vid.* Frigia Pennates.
frater carnalis S. F. eum persequitur, 177, VII.

« frater asine », 259 : 20; - Iacoba, *vid.* Iacoba de Septem Soliis; - musca, 220 : 10; 231 : 18.
frater quidam dubitans de stigmatibus, 348, 10.
fraterno nomine S. F. vocabat creaturas, 83 : 5; 294 : 11; - *vid.* agniculos, alaudae, cicada, fascianus, hirundines, ignis, infirmitates, lepusculus, mors, pectus rubei, piscis, volucres.
Fratres Minores: unde sic dicti, 40, 38; - commodati sunt mundo ut electi compleant unde a Iudice commendentur, 225 : 17; - missi a Deo ut lucis exempla monstrent, 285, CXV.
Fregit victor virtualis, LXXVIII; 449.
Frigia Pennates Iohannes filius Iacobae de Septem Soliis, XLI; 365 : 28.
Fulgineum, 13 : 5; 114 : 6.
Fulman Gullielmus, LIV.
Fundanus episcopus increpat duos fratres barbam longiorem nutrientes, 286 : 28.

gaidam tunicae S. F. dat pauperi, 237, LVII.
Gaietanus civis, *vid.* Bartholomaeus; Mancanella.
Galetae castrum, *mir.* 430, 193.
Galianum castrum in Valvensi dioecesi, *mir.* 353, 16.
gallica lingua S. F. petit eleemosynam, 178 : 28. - gallice: loquebatur cum ardore sancti Spiritus repleretur, 179 : 1; - cantabat, 267, XC. - gallicis fratribus duobus S. F. dat tunicam, 304, CXXXVII. - *vid.* Francia.
gallinae visio, 186, 20. - gallinarum carnes comedit S. F. tempore infirmitatis, 55 : 2.
Galterius puer de Aretio, *mir.* 144, IV; 382, 69.
gambarorum, gammarorum pastillae, 203 : 23; 363 : 15.
Gapharus, *mir.* 369 : 8.
Gattinara, *Storia di Tagliacozzo*, XIX.
gaudium civitatis Assisii in reditu S. F. 110 : 24.
Gedeon canonicus sanatus a S. F. 200, XII.
Gemini (S.) castrum, *mir.* 415, 155.
Geminiani (S.) castrum, *mir.* 380, 61; 392, 94.
generalis Ministri: officio se abdicat S. F. 277, CIV; - descriptio, 307, CXXXIX. - generali ministro epistola nuncupatoria Leg. II, 167, 1. - pro ipso oratio Sociorum, 337, 222. - *vid.* Crescentius ab Aesio; Ioannes de Parma.
Georgii (S.) ecclesia Assisii (non nominatur) ubi S. F. didicerat legere, incipit praedicare, primum fuit sepultus, 26 : 9; 125 : 2.
Gerlandinus, *mir.* 372, 47.
Giacometti Petrus, LXII.
Gineldus miles de Burgo, *mir.* 409, 129.
Girardus miles, *mir.* 405, 117.
Glassberger (f.). Nicolaus, *Chronica*, IX.
gladiis in formam crucis signatum f. Pacificus videt S. F. 249, LXXII.
glutonem se dicit S. F. 55 : 1.
Graecii, eremus de Graecio: ibi lepusculus obedit S. F. 62, 60; 359, 29; - ibi celebrat Nativitatem Domini, 85, XXX; 355 : 20; - ibi dat exemplum paupertatis in festo Paschae, 216, 61; - factum plumei pulvinaris, 218, 64; - homines liberat a lupis et grandine,

195, VII; - nominatur, 204 : 32; 295 : 24; 357 : 18; - *mir.* 151, V; - ibi tres Socii scribunt litteras ad generalem Ministrum, XXXIV.
Graecus quidam in Romania, *mir.* 388, 88.
grandine (a) S. F. liberat homines de Graecio, 195, VII. - grandinum tempestates repellunt res a S. F. benedictae, 355 : 15.
gratiosos volebat S. F. esse fratres, 268 : 9.
Gregorius (s.) Magnus, XL.
Gregorius IX Papa : cuius iussu Thomas scribit Leg. I, XVII; XXIV; XXVI; 3 : 7; - eam confirmat XXVI; LVI; 152; - eius nomine dicitur *Leg. Gregorii*, XXVII; LXXVIII; - laudatur a f. Thoma, XXXI; - S. F. in cathalogo sanctorum solemniter adnotat, 127-135; - Assisii visitat pauperes dominas, 131 : 4; - miraculum in Alamannia operatum attestatur, 372, 48. - sedente domino Gregorio papa nono, 390 : 31. - *vid.* Hostiensis episcopus.
Gualfreducius quidam sanat infirmos cum chorda S. F. 66, 64; 355 : 18.
Gualterius, *vid.* Galterius.
guardianum semper habere voluit S. F. 283, CXI. - guardianus S. F. 331 : 11.
Guidaloctus de S. Geminiano, 392, 94.
Guido : episcopus Assisinatis, 34 : 1. - *vid.* Assisinatis episcopus. - Episcopus Soranus, XVIII.
gulosis (de) lamentum ad S. F. 291, CXXI.

habenae quas S. F. tetigerat mulierem sanant, 65 : 19; 400, 108.
Harleiana bibliotheca, LI.
Heidelbergensis codex *Leg. I*, L.
Helias (f.) saepius: nominatur in Leg. I, eius dotes, XXVIII; - 71 : 1, 9; - videt vulnus lateris S. F. 99 : 4; 273 : 25 - illius sollicitudo pro S. F. infirmo, 102 : 20; 110, 105; - benedicitur a S. F. 113 : 1; 332 : 6; - revelationem habuerat de morte S. F. 114, 109.
hepatis (ex) vitio laborat S. F. 110 : 11.
hilares esse fratres volebat S. F. 268 : 7.
hirundines obediunt: S. F. 62, 59; 356, 21; - eius nomini, 357, 22.
Hispaniam (in) usque ivit S. F. 58 : 30; - infirmitate redire cogitur, 59 : 2; - providentia Dei in itinere, 362, 34; - in regressu recipit plures fratres, quos inter Thomas, XIII; 58 : 29. - Hispania (in) *mir.* 349, 11.
Hispani: festinant ad Ordinem, 29 : 24; - fratres et eorum bonum exemplum, 302, CXXXV; - multi caeduntur apud Damiatam, 192 : 19.
homo interior et exterior in S. F. 84, 83.
honestas morum in primis fratribus, 44 : 1.
Honorius III Papa : coram eo praedicat S. F. 74, 73; 187, 25; - constituerat episcopum Hostiensem protectorem Ordinis, 103, V.
horas canonicas devote reddebat S. F. 242, LXII.
hostiae de micis confectae visio, 326, CLIX.
Hostiensis episcopus vel dominus, Hugo, venerabatur S. F. qui ei adhaeserat; nascentem Ordinem

tuetur, 72, XXVII; 103, V; - legatus in Tuscia monet S. F. ne perficiat iter in Franciam, 76 : 5; 77 : 1; - ab Honorio III constituitur protector, 103 : 15; 187, XVII; - laudes illius, 76 : 1; 103, V; 218 : 16; - eius humilitas gloriosa, 103 : 20; - devotissime recipit S. F. apud Reatum, 103, V; - ad mensam suam illum invitat, 226, XLIII; - coram eo conveniunt s. Dominicus et S. F. 280, 148; - visitat fratres tempore capituli, 218, XXXIII; - proclamat domum Bononiensem suam esse, 215 : 14; - monebat S. F. curam gerere suae salutis, 106 : 11; - ipsi S. F. praedixit summum Pontificatum, 104 : 11; - dedit regulam pauperibus dominabus, 23 : 25; - utrum imposuerit electionem Heliae? XXVIII; - *vid.* Gregorius IX Papa. - Hostiensis dioecesis, 417 : 33.

Hubertinus (f.) de Casali, *Arbor vitae*, XXVIII.

Hugo, Hugolinus, *vid.* Hostiensis episcopus.

humilitas: S. F. 55 : 16; 109 : 2; 275-282; - Hostiensis episcopi, 103 : 20; - primorum fratrum, 40 : 21.

hydropici sanati a S. F. 145, IX; 383, IX.

hypocrisim (contra), 269, XCIII-270, XCIV.

hypocritas ne se ostendant fratres, 268 : 5.

Iacob patriarchae comparatur S. F. moriens, 112 : 24.

Iacoba de Septem Soliis, XLI; 363, VI.

Iacobus (f.): de Assisio comparet cum S. F. *mir.*, 404 : 22; - Reatinus salvatur a naufragio, *mir.* 386, 83; - de Yseo sanatur a S. F. *mir.* 400, 109.

Iacobus: episcopus Marsicanus, XX; - a Voragine, LXIX; - puer apud Ortensem civitatem, *mir.* 423, 178; - de Podio Bonizi, *mir.* 420, 170.

Iacobutiis (de) Hieronymus, episcopus Verulanus, XVIII

Iesum in corde, in ore, etc. semper portabat S. F. 121 : 23.

ignis non laedit S. F. 294, CXXV; 352, 14. - in igne: proiecit caputium fratris qui sine obedientia venerat, 285, CXIV; - conflat vasculum ab ipso confectum, 243, LXIII.

ignorantia nostra, 212, XXIV.

Illuminatus dicitur puer caecus sanatus a S. F. *mir.* 407 : 15.

Imolam deveniens episcopo reverentiam exhibet S. F. 279, CVIII.

imperator Oddo *vid.* Oddo.

« incipiamus, fratres, servire Domino Deo », 108 : 24.

« in corde meo abscondi eloquia tua » frequenter in ore habebat S. F. 100 : 2.

infirmi sanantur pane quem benedixerat S. F. et rebus quas tetigerat, 65, 63; 355, 19. - infirmorum compassio, 300, CXXXIII.

infirmitas S. F.: in iuventute, 7, II; - in Hispania, 59 : 2; 362, 34; - oculorum, 100, IV; 103, 99; 113 : 4; 203, 44; 219 : 4; 238 : 18, 266 : 6; 294 : 22; 352 : 3; - hepatis 110 : 11; - splenis et stomachi, 269 : 14. - infirmitates variae S. F. 54 : 24; 100, IV; 110, VII; 276 : 21; 277 : 22; 327-330.

informatio primorum fratrum, 38, XV.
Ingeramus episcopus Marsicanus, XI.
Innocentius III Papa regulam confirmat, 33, XIII; 181, XI; - illius laudes 35: 1; - eiusdem visio, 182: 20. - Innocentius IV Papa, XVIII; XIX.
insani sanati a S. F. 413, XVI.
insula: Cypri, 286: 3; - lacus Perusini, 63: 10; 360, 6.
intellectus S. F. in sacris litteris, 246-249.
Interamnensem (ad) Episcopum humilitas S. F. 276, 141.
Interdoclum, *mir.* 427, 185.
Ioannis (s.) evangelium ante mortem sibi legi poposcit S. F. 115: 15.
Ioannes prius vocatus est S. F. 169, I. - Ioannis Baptistae (s.) festum celeberrimum ducebat, 170: 4.
Ioannes (f.): de Florentia, 51: 2; 305: 20; - de Parma Minister generalis praecipit Thomae ut scribat *Tractatum de Miraculis*, XVIII; XXIV; XL; - de Plano Carpinis, XVI; - simplex 311, CXLIII.
Ioannes: quidam, *mir.* 403, 114; - de Ceperano, notarius apostolicae Sedis, XXVII; XXXIV; - de Graecio, 86: 2; - de S. Paulo, episcopus Sabinensis, 34: 12.
Ioannis (S.) de Varro monasterium, XIX-XXII.
Iordanus (f.). a Iano, *Chronica*, IX; XVI; XVII.
Ioyacensis codex *Leg. I.* LVI.
Isidori (S.) de Urbe codex, LXVII.
Iuliana quaedam, *mir.* 394, 97.
Iulianus de Spira, *Legenda*, XXVII; XXX; XXXIV.
Iulius II Papa unit monasterium S. Ioannis de Varro conventui Taleacotii, XX.
Iustini (S.) abbas, 245, LXVII.

Labbe, *Conciliorum collectio*, XLVIII.
La Bigne (de) Margarinus, *Bibliotheca Veterum Patrum*, XXVII.
laborabat S. F. et volebat omnes fratres laborare, 290, CXX; - *vid.* exercitium.
lacus: Perusii, 63: 10; 360: 6; - Reatinus, 63: 15; 295: 23; 357: 17, 31; 387, 84.
laeta paupertas primorum fratrum, 37: 16.
laetitia (de): vera spiritus, 265-268; - inepta, 269-271.
lamentum: fratrum in morte S. F. 117, IX; - pauperum dominarum 122, X; - S. F. de quibusdam ministris, 309, CXLI; - ad S. F. de otiosis et gulosis, 291, CXXI.
lardo condita cibaria S. F. confitetur se comedisse, 270, XCIV.
Lateranensis basilica a S. F. sustentatur, 182: 23.
latroni se comparat S. F. 271: 5. - latrones proiiciunt S. F. in nive, 19, VII.
laudandus nemo cuius incertus est exitus 270: 25. - contra se laudantes verba S. F. 270, XCVI.
Laurentius (s.) sacerdote minor, 320: 15.
laus: et oratio ad S. F. 116, 111; - S. F. 119, 114; - paupertatis, 213. XXV. - laudes: de creaturis quas composuit S. F. 330: 6; 332: 25; - de virtutibus quas fecit S. F. 311: 17; - Domino lingua francigena decantabat, 19: 12;

267 : 11; - Domino decantare ante obitum praecipit, 114 : 21.
lectionis s. Scripturae bonum, 249, LXXI.
lectorum paupertas, 218-219.
Legenda : antiqua, hoc nomine aliquando dicta fuit Leg. Thomae, XXX:X; - *s. Antonii* non est opus Thomae, XLVII; - rariores sunt codices Leg. Antonianae quam Celanensis, XLV; - *brevis*, XXVII; - *s. Clarae*, XVIII; XLVI; *s. Dominici*, XLIII; - *Gregorii*, XXVII; LXXIII; - *minor*, XLII; - *nova*, seu s. Bonaventurae, XXXIX; XLII; - *Trium Sociorum*, XXXV.
Lemmens P. Leonardus, LI; - *Monumenta antiqua Franciscana*: *Speculum*, XV; XXX; XXXVI; - *Catalogus ss. Frat. Minorum*, LXVI; - *Extractiones de Leg. antiqua*, LXIV; LXVI.
Lempp, *Fr. Elie de Cortone*, XXIX.
Lentini, *mir.* 378, 57.
Leo (D.nus) card. S. Crucis, 261 : 6.
Leo (f.) XIV; XXIII; LXXIII; - tentatione vexatus cupit habere scriptum de manu S. F. 208, XX; - illi S. F. dat tunicam, 208, XXI - *vid.* socii.
Leonardus (f.) de Assisio cuius cordis abscondita novit, 192, V.
leprosos abhorrebat S. F., illis servit, 19, VII; 109 : 4; 174, V; - illis serviunt primi fratres, 42 : 11. - leprosus unus accepta eleemosyna disparet 175 : 10. - leprosi mundati a S. F. *mir.* 148, 146; 412, XV.
lepusculus obedit S. F. 62, 60; 359, 29.
levita erat S. F. 87 : 14.
liber vitae est regula, 325 : 7. - libros paucos haberi volebat S. F. 217, XXXII. - libris (in) sacris quandoque legebat, 247 : 3.
Lipsin P. Ludovicus, LIX.
litterae sacrae, *vid.* intellectus S. F.
litterae ex quibus componitur Dei nomen, 83 : 26.
litteras : consignabat signo Thau, 343 : 33; - in hiis non patiebatur deleri litteram, 84 : 1; - scripsit ad s. Antonium, 292 : 16 - ad episcopum Hostiensem, 105 : 15; - ad Iacobam de Septem Soliis, 364 : 7.
litterati quidam viri, inter quos Thomas de Celano, adhaerent S. F. XIV; 59, 57. - *vid.* clerici magni; unitas.
Little A. G. XLIII.
Londinensis codex *Leg. I*, LI; LXXIII.
Longipontis codex *Leg. I*, LVII.
lotura manuum S. F. miracula operatur, *mir.* 354, 18.
Luca (de) nobilis puer venit ad religionem, 200 : 14.
Lucas Tudensis Episcopus, *De altera vita fideique controversiis*, XXVII, XXIX.
Ludovicus Antonius (P.) a Bruntuto, LXI.
lupis (a) liberat S. F. homines de Graecio, 195, VII.
luxuria (de) tentatur S. F. 258, LXXXII.
Lyra (de) monasterium, XLIX.

maceratio carnis primorum fratrum, 43 : 10.
Machilone (de) mulier, 238 : 19.
magnanimitas S. F. 59 : 18.
Maitz, *Handschriften*, LII.
maledictio S. F. contra illos qui dant malum exemplum, 287 : 15.

Mancanella Petrus civis Gaietanus, *mir.* 384, 75.
Mancinus quidam nomine, *mir.* 144, III.
mantellum dat S. F.: pro redimendis agniculis, 81 : 3; - pauperibus, 235-238.
manus sacerdotis: osculatur S. F. 13 : 22; - reverendae, 320 : 8; *vid.* sacerdotes. - manu: S. F. scriptum aliquod cupiebat frater tentatus, 208, XX. - quae S. F. tetigerat rebus sanabantur infirmi, 64, XXII. - manuum eius lotura sanantur boves, 354, 18.
Marchia Anconitana, de Ancona, 79 : 1; 80 : 18; 147 : 10; 148 : 2; 231 : 10; 249 : 16; 378 : 31; 427 : 26.
Marci (S.) ecclesia in Urbe, 368 : 2.
Marcus quidam de Castro Plebis, *mir.* 149 : 13; 408 : 2.
Maria (B.) Virgo, cui commisit ordinem, 318, CL. - Maria (S.) de Portiuncula, *vid.* Portiuncula.
Maria quaedam, *mir.* 353, 16.
Mariana P. Ioannes, *vid.* Lucas Tudensis.
Maritima (in), *mir.* 401 : 35; 413, 152.
Marius quidam, *mir.* 413 : 7.
Marrochium (versus) iter arripit S. F. 58 : 20; 362 : 5.
Marsicana custodia, et dioecesis IX-XXI; 201 : 27.
Marsicanus episcopus, XI; 235 : 15; *vid.* Iacobus; Ingeramus.
Martène et Durand, *Thesaurus anecdotorum*, LVI.
Martino (s.) comparatur S. F. 171 : 10.
Martinus quidam, *mir.* 426, 183.
martyr (frater) quidam moritur tenens regulam, 325, CLVIII. - martyr dicitur S. F. propter infirmitates quas passus est, 112 : 10.
martyrii desiderium quo ferebatur S. F. 57, XX; 361 : 9.
Massa (in) S. Petri, *mir.* 389 : 1.
Massae provincia, *mir.* 320 : 22; 409 : 16.
Massiliensis codex *Leg. II.* et *Tractatus de Miraculis*, LXI-LXV; LXVII-LXVIII.
Mater totius bonitatis, i. e. B. V. Maria, 24 : 16.
mater S. F.: eius laus et prophetia de filio, 169 : 14; - liberat eum a vinculis, 17, VI.
« mater carissima », ita vocabatur S. F. a f. Pacifico, 273 : 10. - matrem nostram dicebat S. F. matrem fratrum, 238 : 3.
Mathaeus: de Tolentino, *mir.* 398, 104; - de Tuderto, *mir.* 143, I; - clericus de Vico Albo, *mir.* 428, 187.
Mazzatinti, *Inventario dei manoscritti*, LIX; LXV.
medicamina adhibita pro cura oculorum S. F. 106 : 26.
« medicinam creavit Altissimus », 102 : 24.
medicus: quidam comitans S. F. 240 : 5; - sancto Dei sat devotus, 297 : 23; 358 : 34. - medicum suum invitat ad prandium, 203, XV; 362, 36. - « medice (frater) audacter pronostica mortem », 333 : 7.
meditatio primorum fratrum, 42 : 28.
medulla Evangelii est regula, 325 : 7.
memoria Passionis impressa cordi S. F. 343 : 9. - memoriam pro libris habebat, 247 : 5.
Memoriale B. Francisci in desiderio animae, XXXVI; LX; 169 : 1.

mendicatio, *vid.* eleemosyna (de) petenda.
mensae vanae ornatae accumbere non vult S. F. 216, XXXI.
Mevanium (prope) S. F. praedicat avibus, 60 : 13.
Michael (s.) : devotio S. F. ad illum, 317, CXLIX; - illius ecclesia seu limina, 142 : 3; 413 : 14; - 335 : 17.
Migne, *Patrologia Latina*, XLIX.
miles quidam Celani S. F. recipit hospitio, XI; 367, 41.
minister, *vid.* generalis; provincialis; lamentum S. F. - ministri teneantur reddere rationem in die iudicii, 277 : 24. - ministris (de) Verbi Dei, 291, CXXII; - *vid.* praedicator.
Minores fratres, *vid.* fratres.
mirabilis fuit ortus religionis, 341, I.
miracula : « sanctitatem non faciunt », XL; 72 : 12; - diversa S. F. 58 : 4; 63 : 29; 65 : 12, 19; 67-72; 88, 87; 202, XIV; 203, XV; 205, XVII; 294, CXXV-29⁸, CXXX; - lecta in canonizatione S. F. 136-152. - *Tractatus de Miraculis*, 341-432.
Miramamolinus Marrochii, 58 : 24.
Miscellanea Francescana, XXVII, LVIII.
missam quotidie audiebat S. F. 319 : 26.
missio prima fratrum ad praedicandum, 31, XII. - missiones apud infideles et eorum meritum, 284 : 21; 404 : 27. - *vid.* Teutonia.
mollibus vestitos exsecrabatur S. F. 223 : 14.
Monaldus (f.) videt S. F. dum praedicaret s. Antonius, 51 : 9; 343, 26.
monita S. F. primis fratribus, 28, XI.
Montfaucon, *Bibliotheca bibliothecarum*, L; LII.
Mons : Alvernae, *vid.* Alverna; - Casalis, 320 : 21; - Garganus, 407 : 3; - Montis Marani castrum, 366 : 8; - Montenigro (de) puer, *mir.* 138, VII; 419, 166; - Montis Pessulani codex *Leg. I.* LII; - Montem Traphanum (ad), *mir.* 382 : 35; - Monte Ulmi (de) quidam, *mir.* 427 : 26.
mores fratrum famulantium S. F. 107, VI. - morum honestas primorum fratrum, 44 : 1.
Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica*, LXIX.
mors S. F. *vid.* transitus. - « soror mea Mors », 333 : 6.
mortificatio, *vid.* maceratio carnis.
mortui suscitati a S. F. 366, VII.
Moysi comparatur S. F. 112 : 25.
muliere (de) cui praedixit virum suum de malo futurum bonum, 198, IX. - mulieres liberatae a periculo partus, 65 : 19; 393, XII. - *vid.* familiaritates (contra) mulierum; feminas.
Muratori, *Rerum italicarum scriptores*, X.
musca (frater), 228 : 10; 231 : 18. - muscas denarios vocabat S. F. 229 : 15.
muti sanati a S. F. 149-151; 404, XIV.

Narducci Henricus, *Catalogo di manoscritti posseduti da D. Bald. Boncompagni*, LXII.
Narnium (apud), Narniensi (in) comitatu, *mir.* : Petrus paralyticus, 67, 66; 422, 176; - mulier caeca, 68 : 15; 406, 121; - puer contractus, 137, II; 418, 161; - Albertinus caecus, 141, VI; 411, 139; - daemoniaca, 142, II; 413, 151; - mulier quaedam, 144, VII;

385, 80; - iuvenis quidam, 145, VIII; 384, 79.
Narniensis episcopus, 68 : 6.
Nativitatem Domini celebrat S. F. apud Graecium, 85, XXX. - de devotione eius ad Nativitatem Domini et quo modo volebat tunc omnibus subveniri, 318, CLI.
naufragi liberati a S. F. 385, X.
Neapoli fr. Robertus caecus sanatur a S. F. 404, 116.
necessitate (a) corrigendos recedentes a paupertate pronuntiat S. F. 224, XL.
negotiator cautus fuit S. F. 7 : 6.
Neptunum (apud), *mir.* 376, 53.
Nicolaus: quidam Ceperani, *mir.* 377, 56; - capellanus Cicani, *mir.* 402, 112; - de Fulgineo, *mir.* 137, III; 419, 162; - servus Transmundi Anibaldi, *mir.* 428, 188.
Nicosino in oppido, *mir.* 411, 145.
nive (in) proiicitur S. F. a latronibus, 19, VII. - nivem (in) se demergit nudum ad tentationem superandam, 259, 117.
Nomen Domini nominans S. F. afficiebatur, et de eius reverentia ad illud Nomen, 83, 82.
notarius quidam Romanus, *mir.* 368, 42.
« novitio unius horae obedirem », 283, 21.
Novum Testamentum dare facit pauperi, 237, LVIII.
Nuceriae: infirmus iacet S. F. 229: 5; - *mir.* 368, 43.
Nursiae, *mir.* 414, 153.

obedientia: primorum fratrum, 41 : 19; - vera iuxta S. F. 47 : 10; - bona, tutior, summa, 284 : 20. - exemplum S. F. 283, CXI. - obedientiam (per) non est de levi praecipiendum, 284, CXIII. - obedientia (sine) qui venerat fratris caputium proiici iubet in igne, 285, CXIV.
obedientis veri descriptio, 284, CXII. - obediendum primo verbo, 209 : 29.
obitus S. F. *vid.* transitus.
occulta cognoscebat S. F. 50, 48-52; 193, V, VI; 204 : 5; 208, XXI.
occultandis (de) virtutibus, 99 : 25; 274, CI.
occultatio stigmatum, 99, 96; 271, XCVIII.
Octavianus, subdiaconus Papae, legit miracula S. F. in canonizatione, 134 : 9.
oculorum infirmitas, *vid.* infirmitas oculorum.
Oddo Imperator transit prope Rigum Tortum, 45, 43.
officiales quinque liberati a S. F. *mir.* 389, 90.
Oleti, *mir.* 397, 102.
opinio S. F. de se ipso, 264 : 10; 271 : 5.
Opuscula liturgica f. Thomae, LXXV; 431.
orare quomodo S. F. docuit primos fratres, 47, XVII.
oratio S. F. devota, 73 : 12. - orationis studium, 240-246. - oratione omnia praeveniebat S. F. 38 : 7. - orans (non tam) quam oratio factus videbatur S. F. 241 : 27.
oratio : ad S. F. 52 : 28; 116, 111; 125 : 8; - sociorum S. F. ad eumdem, 336, CLXVII.
oratorium seu oraculum S. F. : in Podio Bonizi, 410 : 21; 421 : 3; - in Vico Albo, 410 : 7.

ordo: quomodo vocatur fratrum Minorum, 40, 38; - numquam deficiet, 288, CXVII. - ordinis (de) futuro statu visio S. F. 29, 27; 288, CXVII.
ornamenta ecclesiastica pauperculis sacerdotibus exhibebat S. F. 174 : 12.
Ortensem (prope) civitatem morantur fratres cum S. F. in reditu ab Urbe, 37 : 5; - ibidem hospitaturus advenit et puerum Iacobum sanat, *mir.* 423, 178; - accola eiusdem civitatis sanatur, *mir.* 423, 179.
Ortonae, ecclesia S. F. *mir* 385 : 30.
Ossecenus codex *Leg. I.* LIII.
Ostiensis episcopus, *vid.* Hostiensis.
otiosa (contra) verba apud Portiunculam, 290, CXIX. - otiosos odibat S. F. 290, CXX. - de otiosis et gulosis lamentum, 291, CXXI.
otium (contra) et otiosos, 289–291.
Otto Imperator, *vid.* Oddo.
Oudin Casimirus, *Commentarium de Scriptoribus ecclesiasticis*, LVII.
oves salutant S. F. 360, 31. - ovicula liberata a S. F. 79 : 7; - *vid.* agniculos.
Oxoniensis codex *Leg. I.* LIV.

Pacificus (f.) sanctus homo, 232 : 15; - eius interpretatio de quadam visione S. F. *ibid.*; - illius conversio 249, LXXII; - videt S. F. duobus gladiis signatum, *ibid.*; - signum Thau super frontem S. F. depictum, 250 : 25; 343 : 34; - ostendit stigmata cuidam fratri, 273, XCIX.
palatii armis pleni visio, 9, 5; 171, 6. - palatio (in) episcopi Assisinatis S. F. infirmus moratur, 113 : 24; - item in palatio episcopi Reatini, 200 : 29; 238 : 17; 362 : 12.
palatini fratres, 262, LXXXV.
Palentiam (iuxta), *mir.* 429, 191.
panis benedictio et fractio ante mortem, 332, CLXIII. - panes ab eo benedicti sanabant aegros, 65, 63; 355, 19.
pannus: pro tunica in necessitate S. F. oblatus, 202, XIV; 362, 35; - quem tetigerat sanat infirmam, 410, 136. - pannos exquisitos horrere iubebat S. F. 224 : 2.
Papa, *vid.* Gregorius; Honorius; Innocentius. - Papa (pro) Hostiensem dominum petit S. F. 187, XVII.
Papebrochius P. Daniel, LVII.
Papini, *Notizie sicure*, XVII.
parabola: pomorum et piscium, 30, 28; - de ove quam recitat S. F. episcopo Auximano, 80 : 2; - mulieris pauperculae quam coram Innocentio III proposuit S. F. 181, XI; - de discretionis virtute, 185 : 22; - *vid.* aenigma.
Paradiso (in) ante ecclesiam S. Petri, cum pauperibus mendicat S. F. 174 : 3.
paralytici sanati a S. F. : Narnii 67, 66; - *mir.* 144, 141; 383, IX.
parentibus non pauperibus sua tribuens reprobatur a S. F. 231, XLIX.
Parisius venerantur S. F. sapientes et litteratissimi viri, 128 : 26; - *vid.* capitale S. F.
Parisiensis codex *Leg I.* LV.
Parmensi (in): civitate obedientia hirundinis, 357, 22; - comitatu, *mir.* 416, 157.
partus (a) periculo mulieres liberatae, *vid.* mulieres.

Paschae die, Graecii S. F. dat exemplum paupertatis, 216, XXXI.
Passio Domini: semper coram oculis S. F. posita, 176 : 28; - cordi eius impressa, 343 : 8; - occurrit S. F. in apertione libri Evangeliorum, 96 : 17.
pastillae gammarorum, 203 : 23; 363 : 15.
pater S. F. eum persequitur, 14, V; 17, VI; 177, VII; - *vid.* Petrus Bernardonis.
patientia: vera S. F. 15 : 25; - in infirmitate, 111, 107; 328, CLXI; - primorum fratrum, 42 : 20.
Paulinus Puteolanus, *Provinciale Ordinis Minorum*, XI.
Paulo (s.) comparatur S. F. 172 : 18.
Paulus (f.) minister in provincia Marchiae de Ancona, 79 : 1, 20.
pauper Domina i. e. B. V. Maria, 233 : 21; 235 : 5; - paupercula Virgo, 319 : 7.
pauperes Dominae, *vid.* Dominae pauperes.
pauperum compassio, 20 : 28; 77, 76; 233-240. - pauperiori invidebat S. F. 233, 84.
paupertas: primorum fratrum laeta 37 : 16; 41 : 25; - eius custodia, 53 : 19; - eius laus, 213, XXV; - domorum, 214-216; - utensilium, 216-217; - lectorum, 218-219; - haeredes et reges regni caelorum instituit, 226 : 10; - Domini et B. V. Mariae, *vid.* pauper Domina; - *vid.* visio quae facit ad paupertatem; eleemosyna.
pax: primorum fratrum, 43 : 25; - cum clericis servanda, 279 : 14. - pacem annuntiat S. F. 26, X.
pectus rubei nutriti a S. F. 206, XVIII.
pecuniae exsecratio et exempla contra pecuniam, 220-223. - pecuniam contemnit S. F. 14 : 6.
peregrinus quidam a naufragio liberatur, *mir.* 386, 82. - peregrini sub specie S. F. petit eleemosynam fratribus, 217 : 5.
perfectionis fervor, 108, 103.
Perfectus quidam nauta, *mir.* 385 : 22.
persecutionem patris et fratris patitur S. F. 14, V; 177, VII.
Pertz, *Archiv*, LII.
Perusinos (inter) et Assisinates bellum, et captivitas S. F. 170, 4.
Perusium: adit Gregorius et ibi agitur de canonizatione S. F. 132 : 7, 10; - (apud) S. F. praedicit seditionem, 197, VIII. - Perusii in episcopatu mutus sanatur a S. F. *mir.* 150, III; 411, 141. - *vid.* Iustini (S.) abbas.
petiolae habitus S. F. miracula operantur, 355; 18.
Petraemalae castrum in Apulia, *mir.* 429, 192.
petras (super) S. F. ambulabat reverenter, 293 : 27.
Petri (s.): limina visitat S. F. cum primis fratribus, 36 : 6; - ante ecclesiam cum pauperibus manducat et eius oblatio ibidem, 173, IV.
petrosillus iussu S. F. de nocte inventus, 209, XXII.
Petrus Bernardonis, de Bernardone, pater S. F. 56 : 1; 177 : 26.
Petrus (f.): 66 : 1; - Cathanii designatur Superior a S. F. 277, CIV; - vicarius S. F. 221 : 19; 238 : 1; 283 : 11; 305 : 11.
Petrus quidam, *mir.*: - de Alifia accusatus de haeresi, 390, 93; - de Fulgineo daemoniacus, 142, I; 413, 150; - paralyticus Narnii,

67, 65; 422, 176; - Nuceriae blasphemia punitur, 368, 43; - Romanus de Monte Gargano, 407, 122; - in Sicilia, 404, 115.
Phaleronensis codex *Leg. I.* LVIII; LXX.
phantasmata cordis qualiter S. F. orans abigebat, 243, LXIII.
Philippus (f.) sequitur S. F., eius laus, 28 : 1.
philosophia S. F. 95 : 6.
Phoebonius, *vid.* Febonio.
physici cuiusdam testimonium de praedicatione S. F. 251, LXXIII.
Pillei (castrum) in Campania, 397 : 26.
Piscanus quidam: sanatur a S. F. *mir.* 401, 110; - liberatur a naufragio, 387, 87.
piscis obedit S. F. 63 : 10; 357, 24. - piscium parabola, 30, 28.
pixidibus (cum) pretiosis voluit quandoque mittere fratres per mundum, 320 : 5.
planctus Dominarum apud Sanctum Damianum in morte S. F. 122, X. - Plangit S. F. passionem Christi, 176 : 26.
Platiae, Plaziae (burgus) in Sicilia, *mir.* 381, 62-64; 411, 144.
plumeum pulvinar, *vid.* pulvinar.
Plummer Rev. Carolus, LV.
Podio (de) eremitorium, 270 : 3.
Podio (in) Bonizi, Florentinae dioecesis, *mir.*: Ubertina puella, 383, 74; - caeca, 410, 135; - Iacobus quidam, 420, 170.
poëta saecularis quidam, 5 : 25.
Pomaricum, castrum in Apulia, *mir.* 371 : 15.
pomorum parabola, 30, 28.
Poncius scriptor codicis Barcinonensis, XLIX.
Pontisarae conventus *Martyrologium*, XLIII.
Pophis in Campania, *mir.*: sacerdos Thomas, 374, 50; - puer quidam, 406, 119.
porca maledicta a S. F., 254, LXXVII.
Portiuncula (de) ecclesia Sanctae Mariae reaedificatur a S. F. 24, IX; 46 : 23; - illius nomen praesagium futurorum, 183 : 6; - in ea Minorum ordo principium sumpsit, 91 : 18; 183 : 12; - ibi se transtulit S. F. cum fratribus, 46 : 19; - amor S. F. in hunc locum quem commendat fratribus, 111, 106; 183 : 15; - disciplina rigidissima ibi servata, 183, 19; 290, CXIX; - ibi S. F. vult mori, 111 : 3; 113 : 27; - dicebatur etiam S. Maria de Angelis, 184 : 6; - visio cuiusdam fratris, 184, XIII. - apud S. Mariam de Portiuncula : Capitulum celebratum, 80 : 13; 214 : 15; 218 : 7; - domum destruere coepit S. F. 214, XXVII; - pecunia deponitur a saeculari in ecclesia, 220 : 10; - nominatur: XIII; XV; XVI; XXX; 59 : 4; 221 : 20; 228 : 21; 245 : 7. 298 : 4; 359 : 9.
Potentiam (apud) in Apulia, *mir.* 346, 6.
Potthast, *Regesta Pont. Rom.* XLIX.
praedicare incipit S. F. 26, X. - mittit fratres ad praedicandum, 31, XII. - praedicat una die in quatuor aut quinque castellis, 101 : 8.
praedicatio S. F.: sincera 38 : 20; - secura, non praecogitatus inaudita loquebatur et meditata quandoque non recordabatur, 74 : 4; - coram Papa, 74, 73; 187, XVII;

- pauperibus Dominabus, 324, CLVII; - avibus, 60, XXI; - floribus et aliis creaturis, 82 : 27; - illius fructus, 92, 89; - testimonium cuiusdam physici, 251, LXXIII.
praedicator qualis esse debeat, 291, CXXII. - fratri praedicationibus intento apparet S. F. 316 : 15.
Praedicatorum: (de ordine) magister interrogat S. F. 247, LXIX; - et Minorum dissidia, 281, 149.
praedictio, *vid.* prophetiae.
praelati quomodo se gerere debeant, 109 : 11.
praelationis pericula, 109, 104; 278, CVI. - praelationem resignat S. F. 277, CIV.
praemium promissum S. F. pro suis infirmitatibus, 328, CLXI.
praerogativa S. F. 50 : 12.
Praescriptii (castrum) in dioecesi Sipontina, *mir.* 380 : 5.
praesepium, *vid.* Nativitas Domini.
prandium: dat amicis S. F. 172, III; - (ad) invitatus primum fragmenta panum quaerebat, 226, XLII, XLIII.
Praxedis religiosa romana, quae familiaritatis S. F. gratiam commeruit specialem, 423 : 181.
presbyter, *vid.* sacerdotes.
prophetiae spiritus quem habuit S. F. 28, XI; 189-213. - prophetiae diversae S. F.: *ibid.*; - Perusii in captivitate, 170, 4; - prophetia pauperum virginum, 178, VIII; - *vid.* providentia futurorum.
proprietatis abiectio, 38 : 1; 46 : 9; - *vid.* expropriatio.
providentia futurorum in S. F., 186, XVI. - providentia divina praesto fuit semper desideriis S. F. 361, V.
provincia: Argentinae et eius *Chronica*, XVII; - Pennensis et eius divisiones, X.
provinciales Ministri quales esse debeant, 309, CXL. - de quibusdam Ministris lamentum S. F. 310, CXLI. - Minister provinciae: Marchiae, f. Paulus, 79 : 4; - Provinciae, f. Ioannes de Florentia, 51 : 2; - Terrae Laboris, f. Augustinus, 334 : 7; - in Theutonia, XVI.
psalmum *Voce mea*, ante obitum S. F. decantat, 114 : 21. - psalmos paupertatem sonantes cum iubilo decantabat, 225 : 4.
psalterium habere volenti cinerem obtulit S. F. 316 : 13.
puerorum vana doctrina, 5 : 12.
pugil Florentinus, *vid.* Ioannes de Florentia.
pulvillum pro capite S. F. affert Iacoba de Septem Soliis, 364 : 26. - pulvinari (pro) plumeo quid accidit S. F. 218, XXXIV.
punitio: non servantium festum S. F. *mir.* 396-400; - detrahentium miraculis et blasphemantium nomen S. F. *mir.* 409 : 128, 129.
Puppiense fragmentum *Leg. II.* LXV.

Quasi stella matutina: Incipit Legendae notarii Ioannis, XXVII; - initium sermonis Gregorii IX, in canonizatione, 134 : 4.
Quo elongati, bulla Gregorii IX, LV.

radi quomodo volebat S. F. 314, CXLV.
Ragusiae mortuus suscitatus a S. F. *mir.* 372, 47.
Rao (f.) notissimus praedicator in omni Roma, 368 : 15.

raptus, seu mentis excessus, 243, LXIV.
Raynerius Cardinalis edisserit miracula S. F. in canonizatione, 134 : 10.
Reatum: (apud) commoratur S. F. 103, V; 203 : 9; 238 : 18; 239 : 22; 266 : 6; 362 : 17; 421 : 35; - accedit Gregorius IX, 130 : 28. - Reatina in provincia *mir.* 354 : 18. - Reatinus lacus, *vid.* lacus.
Reddau D. J. H. LII.
regimen ambientium temeritas, 109, 104.
Reginae Sueviae codex *Leg. breviatae*, LXXVII.
regula primum confirmatur ab Innocentio III, 33, XIII. - allusio ad confirmationem ab Honorio, 326 : 5. - regulae: commendatio, 325, CLVIII; - ad commendationem visio, 326, CLIX. - regulae antiquae verba de infirmis, 300 : 25.
Religiosa nostra sollicitudo, Incipit epistolae Thomae in transmissione *Tractatus de Miraculis*, XL.
reliquias (ad) sanctorum devotio S. F. 320, CLIII.
reprehensio fratris mendicare nolentis, 228, XLV.
Rete (apud) dioecesis Cusentinae, *mir.* 381, 65.
revelatio Heliae facta de futuro obitu S. F. 114, 109. - *vid.* servus Dei; visio.
reverentia quam primi fratres sacerdotibus impendebant, 48 : 14.
rex et regina Franciae capitale S. F. venerantur, 128 : 25. - rex versuum, *vid.* Pacificus.
Riccerius (f.) cuius abscondita cordis novit S. F. LXIV; 51, 49; 204 : 5.
Riccomagnus sanatur a S. F. *mir.* 420, 168.
Righini P. Franc. Ant. *Provinciale ordinis Minorum*, XI.
rigor disciplinae primorum fratrum, 45 : 7; 184, XIV.
Rigum Tortum (apud) moratur S. F. cum primis discipulis, 44, XVI.
Rinaldi P. Stephanus, editor *Leg. I.* et *II.* LXIX; - nominatur: XV; XVII; XX; XXX; XLIII; LVIII; LX.
Ripoll, Rivipullense monasterium, XLVIII.
Robertus, quidam vir religiosus, videt S. F. in visione, *mir.* 404 : 1.
Robertus (f.) caecus sanatur a S. F. *mir.* 404, 116.
Rodulphius Tossinianensis *Histor. Seraph. Relig.* XIX; XXIII.
Rodulphus, nobilis Romanus, *mir.* 373, 49.
Rogata, nobilis mulier, *mir.* 412, 148.
Rogerius clericus dubitans de stigmatibus S. F. *mir.* 346, 6-7.
Romae, ante ecclesiam S. Petri petit eleemosynam S. F. 173, IV. - Romam venit undecim habens fratres, 33, XIII; - ab Urbe reditur in vallem Spoletanam, 36, XIV. - Romae: interrogatur a quodam Cardinali, 248, LXX; - moratur apud Cardinalem Sanctae Crucis, 261, LXXXIV. - Roma aliquando revertens, 242 : 21. - Romae: mortuus suscitatur a S. F. *mir.* 368, 42; - miles liberatur, *mir.* 373, 49.
Romana matrona dubitans de stigmatibus S. F. *mir.* 347, 8-9. - Romani seditiosum hominum genus et ferox, 130 : 17. - Romanis in partibus, *mir.* 394, 96.

Romanae Ecclesiae fides servanda, 65 : 6; - ipsi S. F. commendat religionem suam, 186, XVI.
Romania (in): *mir.*: Graecus liberatur a S F. 388, 88; - apud Thebas caeca sanatur, 405, 118; - vulneratus sanatur, 430, 194.
Rosedale, H. G. *St Francis of Assisi according to Brother Thomas of Celano*, LI; LIV; LV; LXII; LXXII.
Rotenham (de) Borussiae Minister, LI.
Rufinus (f.) unus ex auctoribus *Leg. 3 Soc.*, XXXIII; - unus ex fratribus famulantibus S. F. 107, VI; - manibus contrectavit vulnus lateris S. F. 99 : 5; 274 : 2; 345 : 6.
rusticus: cum asino apud Rigum Tortum, 46 : 10; - sitiens miraculose potatur a S F. 205, XVII; 352, 15; - monet S. F. esse bonum ut dicebatur, 276, 142.

Sabatier Paulus, XXIV; LIX; LXVIII - *vid. Speculum perfectionis.*
Sabinensis Episcopus, *vid.* Ioannes de S. Paulo. - Sabinensi (in) dioecesi, *mir.* 425, 182.
sacerdotes: venerabatur S. F. 65 : 10; 174 : 12; - reverebantur primi fratres, 48 : 14. - *vid.* manus sacerdotis.
saccum consuebat S. F. super tunicam, 224 : 5
sacramentum occultum in stigmatibus, *vid.* stigmata.
sacrificium sale conditum Deo reddendum, 185 : 23.
Sacrum commercium B. F. cum domina paupertate, XXVIII.
Salem (in) monasterium B. V. Mariae, L.
Salerno (de) medici, *mir.* 381 : 33.
Salimbene fr. *Chronica*, IX; XXXIII; XXXVI; LXI.
Salmansweiler, *vid.* Salem.
Sanctitatis nova signa, XLVI; LXXVIII; 446.
sanguifluae liberatae a S. F. *mir.* 412, XV.
Sanguinea quaedam nomine sanata a S. F. 420, 169.
sanguinem evomit S. F. 110 : 12.
Saracenis praedicare vult S. F. 57, XX.
Sartiani, de Sartiano eremus, 215 : 26; 258 : 26.
Satrianum, villa pauperrima, 229 : 9.
Sbaralea P. Hyacinthus, *Bullarium Franciscanum*, XVIII-XX; LXIX.
scandalum inferens fratri cognoscitur a S. F. 199, X.
scarulatici panni, 13 : 4; 224 : 12.
schola prima S. F. i. e. primi discipuli, 32 : 17.
scientia S. F. *vid.* theologia. - « scio Christum pauperem crucifixum », 249 : 12.
scientiati, *vid.* clerici magni; litterati.
Sclavoniae in partibus iactatur S. F. a tempestate, 57 : 14; 361 : 12; - *mir.* 393 : 95.
Scopletum (apud) in Amiterno, *mir.* 416, 158.
scripta etiam paganorum studiose colligebat S. F. propter reverentiam nominis Domini, 83, 82.
Scripturas: (ad) confugium habebat S. F. 249, LXXI; - intelligebat et interpretabatur f. Philippus, 28 : 4. - *vid.* intellectus S. F. in sacris litteris.
secretorum absconsio, 99 : 25; - *vid.* occultatio.

securitas: primorum fratrum, 42: 4; - praedicationis S. F. *vid.* praedicatio S. F.
« sedeo (modo) ut frater Minor », 217: 12.
sedes angelica reservata humili S. F. 263: 32.
Selanum, *vid.* Celanum.
Senas (apud), Senis: ibi moratur S. F. pro infirmitate oculorum curanda, 110: 9; 194: 12; 297: 7; 358: 18; - consulitur a quodam magistro de ordine Praedicatorum, 247, LXIX; - frater quidam videt stigmata manuum S. F. 273, XCIX. - Senas cum properaret, 239, LX. - Senis (de): venit Assisium, 110, VII; - cum reverteretur, 236: 2; - iter faciens, 360: 7. - Senas (apud), *mir.* 428, 188.
sensus proprii loculos qui retineret non omnia reliquisse, dicebat S. F. 275: 26.
sepultura S. F. 122, X.
Sequentiae fr. Thomae in honorem S. F. XLVI; LXXVIII; 446-451. - *Sequentia mortuorum*, XXI; XLVI.
Seraph, Seraphim imaginem crucifixi habentis visio, 97, III; 344, 4. - *vid.* alarum expositio.
servus Dei quando esset et quando non, revelatio, 289, CXVIII.
Severini (S.) abbas, *vid.* Iustini (S.) abbas.
Severinum (apud S.) oviculam dat monialibus, 80: 6; - *mir.*: Acto quidam, 148, I; 412, 146; - lapis de Constantinopoli, 378, 58.
sexto conversionis S. F. anno, *vid.* chronologia.
Sibilia caeca sanatur a S. F. *mir.* 141, I; 410, 130.
Sicilia (in) *mir.*: mulier non servans festum S. F. 399, 107; - *vid.* Gerlandinus; Petrus; Platiae.
Silvester (f.): eius avaritia et conversio, 252, LXXV; - effugat daemones de Aretio, 251, LXXIV; - videt crucem auream ex ore S. F. prodeuntem, 253: 11; 343: 21.
simplicitas sancta: primorum fratrum, 48, 46; - S. F. 61: 21; 310-316; - *vid.* Ioannes simplex; unitate (de) parabola.
singularitas cavenda, 190, II; 191, III; 193, VI.
Sipontina dioecesis, 380: 5.
Sixtus IV Papa, XX.
socii speciales S. F. 94: 18; - eorum mores, 107, VI; - illos resignat, 278, CV; - *vid. Legenda 3 Soc.*; - eorum iudicium de modo scribendi fr. Thomae, XXXII; - eorum oratio ad S. F. 336, CLXVII. - socii Ministri generalis quales esse debeant, 309: 3.
Solidano (a) Saracenorum honorifice suscipitur S. F. 59: 23.
sollicitudo S. F. pro subditis, 185, XV; 300, CXXXII.
somnium, *vid.* visio.
somnus sobrius S. F. 54: 15; - 244: 31.
Soranus Episcopus, *vid.* Guido. - Sorano (in) episcopatu, *mir.*: Arpini puella, 382, 72; - Bartholomaeus, 411, 143; - in castro Vici Albi, 410: 131; - Iohannes quidam, 403, 114; - Rogata nobilis mulier, 412, 148.
« soror mea mors », 333: 6. - sorores vocabat infirmitates, 328: 30. - *vid.* fraterno nomine...
Speculum perfectionis praebet fragmenta operis 3 Soc. XXXVI. - Edit. Sabatier cit.: XIV; XXX; XXXIV; XXXVI. - Edit. Lemmens

cit.: XV; XXX; XXXVI. - *Vid.* Tabellae concordantiae.
speculum vitae S. F. 93 : 13. - speculum dominicae sanctitatis fuit S. F. 189 : 11.
Spello (de): caecus sanatur a S. F. *mir.* 141, II; 410, 134; - Imperator quidam nomine, 146, XIV; 403, 113.
spes salutis est regula, 325 : 7.
splenis infirmitatem patitur S. F. 269 : 14.
Spoletum accedit Gregorius IX, 131 : 1. - Spoleti quidam reinvenit iumentum furto sublatum, *mir.* 426, 184. - Vallis Spoletana, 5 : 8; 36 : 8; 60 : 13; 356 : 2; 360 : 8; 407 : 19.
sponsae: allegoria, 10, III; - visio, 171, 6. - sponsa est vera religio quam suscepit S. F. 12 : 12; - *vid.* paupertas, 213, XXV.
statuae visio, varie interpretatur, 232, L.
statu (de) futuro ordinis visio et revelatio, 29, 27; 288, CXVII.
stercori pecunia aequiparanda, 220, XXXV.
« sterilis peperit plurimos », expositio huius verbi, 292 : 25.
stigmata imprimuntur in corpore S. F. 97, III; 342, II. - stigmatorum descriptio, 98, 95; 118 : 10; 333 : 29; 345 : 20; *vid.* occultatio. - unus, Helias, vidit dum viveret S. F. vulnus lateris, 99 : 4; 273 : 25. - sacramentum in stigmatibus occultum, 93 : 23; 176 : 25; 321 : 21. - miracula, 346-351.
Stiltingus P. Ioannes, LVII.
stomachi infirmitas quam patiebatur S. F. 110 : 11; 269 : 14.
studium summum S. F. 72 : 24.
Suessae, in vico Ad Columnas, *mir.* 370, 45.
surdi sanati a S. F. 149, 147; 404, XIV.
Suyskenius (P.), XXVII; LVII.
Syriam petit S. F. ad praedicandum Saracenis 57, XX; 59 : 14; 361, 33.

Tabellae concordantiae: inter praesentem editionem et editionem can. Amoni, LXXXI; - inter *Leg. II* et *Speculum perfectionis*, LXXXIII.
Taleacotii conventus, XVIII-XXI.
tempus quomodo dividebat S. F. 94 : 14.
tentatio monti comparatur, 258 : 20. - tentationis bonum, 260, LXXXIII. - tentationes quas passus est S. F. 174, V; 258-263. - tentatione (a) plures fratres liberat, 253, LXXVI; 260, LXXXIII; 264, LXXXVII; - *vid.* Leo; Ricerius; ungues S. F.
Terra Laboris (de) duo fratres, 199 : 23. - Terra Laboris (in) minister fratrum, *vid.* Augustinus.
tertio, tertio decimo anno conversionis S. F. *vid.* chronologia.
Testamentum S. F. 20 : 13.
Teutonia, Theutonia (in), missiones, XV.
Teutonici currunt ad Ordinem, 29 : 25.
Thau signum: depictum super frontem S. F. videt f. Pacificus, 250 : 25; 343 : 34; - familiare S. F. 343 : 31.
Thebaldi P. Ubaldus, apographum *Leg. II* mittit ad Bollandistas, LX; LXX.
Thebas (apud) in Romania, *mir.* 405, 118.

theologia S. F. aquila volans, 248: 14.
thesauri inventi allegoria, 10, III.
Theutonia, *vid.* Teutonia.
Thomas quidam sacerdos, *mir.* 374, 50.
THOMAS DE CELANO: eius patria, IX; - ingressus in ordinem Minorum, XIII; - missio in Theutonia, XVI; - fuitne praesens tempore mortis S. F.? XVII; - scribit Legendas S. F. et S. Clarae, XVII; - eius mors, XVIII; - translatio corporis, sepultura et cultus, XIX.
Fr. Thomae scripta: neocritici illa fere despiciunt, XXIV; - *Legenda I* scripta fuit iussu Gregorii IX et ab illo confirmata, hinc dicta *Leg. Gregorii*, XXVI; 3: 8; 152, nota Cod. Paris.; - fons praecipuus historiae S. F. XXVIII. - Thomas notatur studio erga Heliam, XXVIII; - non interrogavit Socios et illorum nomina tacet, XXXI; - excedit in laudibus S. Clarae et Gregorii IX, *ibid.*; - eius dicendi genus quidam censura notant, alii laudant, *ibid.* - *Leg. II* scripta fuit iussu generalis Crescentii et capituli generalis quia prima incompleta remanserat, XXXII; 167; - ad illam scribendam Thomas usus est scriptis 3 Soc. XXXIV; - *Tractatus de Miraculis* scriptus fuit iubente generali Ioanne de Parma, XXXIV; 432: 16; - *Opuscula liturgica: Leg. breviata* scripta fuit ad preces f. Benedicti ante compilationem *Leg. II.* XLVI; - *Sequentias* etiam scripsit Thomas, *ibid.*; - *Legendam S. Clarae* ipsi commisit scribendam Alexander IV, XLVI; - non est auctor *Leg. S. Antonii*, XLVII.
Thomas (f.): de Eccleston, *De adventu fr. Min. in Anglia*, XXIX; - de Spoleto, apostata, 191, III.
Tiburtina (in) civitate, *mir.* 396, 99. - Tiburtinus Episcopus, 391: 2.
timor Domini fiducia fortitudinis, 17: 21.
Tölg P. Ambrosius, LIII.
Toppi, *Biblioteca Napolitana*, XII.
Tossinianensis, *vid.* Rodulphius.
transitus S. F. 114, VIII; 330-336; 345, 5; - *vid.* Iacoba de Septem Soliis.
translatio corporis S. F. de Portiuncula ad civitatem, 122, X. - in translatione ad Basilicam, *mir.* 400, 109. - translatio corporis B. Thomae, XIX.
Transmundus Anibaldi, Romanorum consul, potestas apud Senas, 428, 188.
tres mulieres apparent S. F. 239, LX.
triginta viri habitum religionis suscipiunt, 64: 18.
triplicibus vestitos exsecrabatur S. F. 223: 14.
tristem quemdam fratrem redarguit S. F. 267, XCI.
Tuderto (de): puer sanatur a S. F. *mir.* 143, I; 382, 67; - civis sanatur a S. F. *mir.* 145, X; 384, 76
tumbam (ad) S. F. miracula multiplicantur, 129: 16; - eam visitat Gregorius IX, 131: 25; - eamdem osculatur, 135: 19.
tunicam: crucis imaginem ferentem assumit S. F. 25: 16; - lana oviculae ab eo liberatae textam S. F. mittunt moniales S. Severini, 80: 10; - S. F. incidebant populi, 65:

15; - dat S. F. socio, quae fuit in Franciam transvecta, 208, XXI; - dat duobus fratribus gallicis, 304, CXXXVII. - *vid.* gaida; petiolae; saccus.
Tuscanellam, Thuscanellam (apud), clandus sanatur a S. F. 67, XXIII; 422, 175.
Tuscia (in): Hostiensis Episcopus legatus, 76 : 6; - *mir.*: mulier de Aretinis partibus, 399, 106; - servus Transmundi Anibaldi, 428, 188.

Ubertina puella in Podio Bonizi sanatur a S. F. 383, 74.
Ughelli, *Italia Sacra*, x; XVIII; LXIX.
ungues S. F. liberant fratrem a tentatione, XV; 201, XIII.
unitatem in filiis fovebat S. F. et de illa aenigma, 313, CXLIV.
Urbani (S.) eremus, ubi S. F. aquam in vinum convertit, 63 : 29; 354, 17.
Urbs, *vid.* Roma.
Ursinis (de) matrona erigit conventum Taleacotii, XVIII.
utensilium paupertas, 216, XXX.
uvas comedere cupientem infirmum in vineam duxit S. F. 301, 176.

vagationes spiritus tempore orationis, *vid.* phantasmata.
Vallicellianus codex *Leg. breviatae*, LXXVII.
Vallis Spoletana, *vid.* Spoletum.
Van Ortroy (P.) S. I. editor *Tractatus de Miraculis*, etc., XVII; XXVII; XLI; XLIII; LXII; LXIII; LXIV; LXVII; LXIX; LXXV.
vana doctrina puerorum, 5 : 12.
vanam (contra) gloriam et hypocrisim, 269, XCIII; - confessio S. F. 270, XCV. - vanae (contra) laudis appetitores, 292, CXXIII.
vanitas S. F. ante conversionem, 6 : 25.
vas (tanquam) perditum factus erat sibi S. F. 55 : 12.
vasculum quod fecerat conflat in igne, 243, LXIII.
venditis omnibus pecuniam susceptam contemnit S. F. 12, IV.
Verbi Dei ministri, *vid.* praedicatores.
verecundiae contemptus, 18 : 18; 178, VIII.
Verecundii (S.) monasterium, 255 : 15.
vermiculos colligebat de via S. F. 82 : 3.
Verona (de) redit S. F. per Bononiam, 215 : 6.
Verulanus Episcopus, *vid.* Iacobutiis (de).
vestimentorum paupertas, 223, . . XXXIX.
via perfectionis est regula, 325 : 8.
vicarius S. F. 190 : 21; - (Helias), 332 : 6; - *vid.* Petrus Cathanii.
Vicum Album (iuxta): ecclesia S. F. 383 : 16; - puella caeca sanatur, *mir.* 410, 131; - clericus venenatus salvatur, *mir.* 428, 187.
vidi, 348 : 22. - vidimus: (quantum oculis), 240 : 21; - (ut oculis), 267 : 7; - ista, 345 : 27.
viellam quam sibi faciebat S. F. 267 : 10.
Villa quidam nomine sanatur a S. F. *mir.* 150, II; 411, 140.
Villesios (apud), electo S. F. pro patrono, vineae liberantur a vermibus, *mir.* 429, 190.
vincti et carcerati liberati a S. F. 388, XI.

vindicta fratris: qui pecuniam collegerat, 220, XXXVI; - qui verbum iniuriae in fratrem iactaverat, 285, CXV.
Viridis nomine quaedam sanatur a S. F. 420, 169.
virtus probata S. F. 17 : 11. - virtutes occultandae, 274, CI. - virtutibus (de) laudes quas fecit S. F. 311 : 17.
visio: (visiones S. F.): palatii armis pleni et sponsae, 9 : 5; 171, 6; - cum proficisceretur in Apuliam, 171 : 31; - post ultimum prandium amicis datum, 173 : 9; - de futuro statu ordinis, 29 : 17; - arboris post approbationem regulae, 35 : 14; - gallinae, 186, 24; - statuae, 232, L; - hostiae de micis confectae, 326, CLIX. - visio Innocentii III, 182 : 20; - cuiusdam fratris de Portiuncula, 184, XIII; - cuiusdam fratris de sede angelica S. F. servata, 263, 123; - cuiusdam fratris post mortem S. F. 106: 3; 333, 16; - alterius fratris, 334, CLXV; - f. Augustini, 334, CLXIV; - f. Pacifici, 249, LXXII; 343 : 34; - f. Silvestri, 252, LXXV 343 : 21; - Episcopi Assisinatis, 335, CLXVI. - *vid.* apparitiones S. F.; currus igneus; palatini fratres.
Viterbium (apud) mulier a periculo partus liberatur, *mir.* 395, 98.
vocatio evangelica S. F. 25 : 1.
« voce mea » (psalmum) ante mortem S. F. cantat, 114 : 21.
volucres, *vid.* aves.
voluntas perfecta S. F. 96 : 7.
Volusianum (apud) mulieri praedixit S. F. virum suum de malo futurum bonum, 198, IX.
vulnus lateris S. F. *vid.* stigmata.
Vulterrana (in) dioecesi miracula, *vid.* Riccomagnus; Sanguinea; Viridis.
Vulturnum flumen, *mir.* 399, 44.
Waddingus, *Annales Minorum*, XIX; XX; XXVII.
Wirceburgensis codex *Leg. I.* LVI.

Zancato (in) castrum iuxta Anagniam, *mir.* 405, 117.
Zelano, Zelchio, *vid.* Celanum.